TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1371_IV**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine

https://www.techeudine.it/fondo-principale

https://www.sbhu.it/

Theologia
Moralis
de Sacra-
mentis in
genere.
T. III.

IV

1371

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

v

Theologia Moralis,
Quam
Anno. 1768. in Sem.° Utinensi
legit Gregorius Pojani de Sclavonico
sub Auspiciis
Illustrissimi, ac Reverendissimi
D. D.
Jo: Hieronymi Gradonici Archiep. Utinensis.

1010 Ch

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Tractatus Octavus.

De Sacramentis in genere.

Si quæ christianæ doctrinæ pars est, quæ sacerdotis scientiam, et diligentiam desiderat, ea præcipuè est, quæ complectitur sacramenta, per quæ, ut docet Trid. sess. 7. in Proœmio, omnis vera justitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur. Sacerdotes enim, ut ait Apostolus 1. Corint. 4., sunt ministri Christi, et dispensatores mysteriorum Dei, non quidem dispotici, sed fideles, tales nempe, qui ad participationem dignos admittant, indignos arceant, et repellant, ut præcipiendo monuit ipse Christus Math. 7. inquiens: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos. Neminem ergo vestrum, utpote cum omnes vel jam initiati, vel initiandi estis sacerdotio, laboris tædeat in addiscendis, ac seriò meditandis, ac memoriæ mandandis iis, quæ de novæ legis sacramentis hoc anno majori, qua potero claritate, sum dicturus, præsertim cum omnia tum ad sanctam susceptionem, tum ad rectam illorum confectionem, et administrationem spectabunt. Cum verò recta methodus exigat, ut primum pertractatio fiat de genere, antequam ad particularia fiat descensus, hinc in præsenti Tractatu dicam de Sacramentis in genere, illorum naturam, necessitatem, numerum, discrimen, auctorem, partes, seu constitutiva, et effectus exponendo, ac deinde de Ministris, ac suscipientibus tractando, ac demum nonnulla circa Sacramentalia declarando. Invocato itaque Patre luminum Deo Optimo Maximo, à quo omne datum optimum, et omne donum perfectum, accedamus ad hauriendas aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

Caput primum.

Hoc primo in Capite exponam nomen, et naturam sacramenti, ac deinde de necessitate, et numero sacramentorum novæ legis, ac illorum discrimine, quod tum inter se, tum à sacramentis veteris legis habent, pertractabo. Sit itaque

Articulus primus.

De nomine, et natura sacramenti.

1. Nomen hoc sacramentum à sacro derivatum, et commune tum profanis, tum ecclesiasticis Scriptoribus varias obtinuit acceptiones. A veteribus enim, et profanis Auctoribus aliquando usurpatur ad significandam pecuniam apud Pontificem in loco sacro depositam à litigantibus eâ conditione, ut qui à causa caderet, eam amitteret ærario publico applicandam. Quandoque verò, imò frequenter accipitur pro juramento, quod per rem sacram, idest divini nominis invocationem fieri solet: quo modo et in utroque jure sumitur, ut in Capit. Qui sacramento can. 22. q. 4.,

et in leg. sacramenta puberum, Cod. si adversus venditionem, et
alibi. A' sacris autem scriptoribus, et etiam in divinis scriptu-
ris quandoque accipitur pro secreto, ut Tob. 12. sacramentum
Regis abscondere bonum est: quandoque pro mysterio sacro, seu
re sacra abscondita, et arcana, ut Sap. 2. Nescierunt sacramen-
ta Dei: et Ephes. 1. ut notum faceret nobis sacramentum volunta-
tis suae. Atque de sacramenti nomine his, vel alijs similibus
modis usurpato hic non dicamus, sed illud cum SS. Patribus,
Concilijs, et Theologis Orthodoxis usurpabimus, prout est signum
rei sacrae, occultae quidem, sed sacrantis, seu sanctificantis,
atque initiantis hominem Dño cultui, et praesertim prout
significat id, quod à Xto Domino institutum fuit ad conferendam
gratiam sanctificantem homini viatori.

2. Sacramentum itaque hoc ultimo modo ac-
ceptum in genere, seu prout abstrahit à sacramentis tum
veteris, tum novae legis, in Catechismo Romano Part. 2. Cap. 1.
num. 11. definiri fit hoc pacto: sacramentum est res subjecta
sensibus, quae ex Dei institutione sanctitatis, et justitiae tum
significandae, tum efficiendae vim habet. Prout vero convenit
tantum sacramentis novae legis in eodem Catechismo citato
loco num. 9. sic definiri fit: sacramentum est invisibilis gratiae
visibile signum, ad nostram justificationem institutum: vel hoc
omissa definitione, sicuti et alijs pluribus, quas exhibent Do-
ctores, cum Domino de Ligorio hic Lib. 6. Tract. 1. Cap. 1. Dub. 1.
num. 2. dici fit, quod sacramentum est signum sensibile, sa-
crum, permanens, et practicum interioris gratiae, à Xto Dño
institutum ad nostram justificationem. Quae singula claritatis
gratia explicamus. Dicitur autem primo, quod sacramentum

3. sit signum loco generis, in quo sacramentum convenit cum
multis alijs rebus, quae sunt signa, ut cum suspirijs, lacrymis, ver-
bis etc., quae sunt animi nostri signa... Dicitur 2do signum sensi-
bile, tale namque, quod cadat sub sensibus, quia cum sacramen-
ta sint instituta propter homines, qui medijs sensibus moven-
tur ad intelligendum, debent esse signa bona, seu sensibilia, ut op-
time docebat S. Joannes Chrysostomus Hom. 60. ad Populum Anti-
ochenum inquiens =: Si enim incorporeus esses, nuda, et incor-
porea tibi dedisset ipse dona; sed quoniam anima corpori con-
serta est, in sensibilibus intelligibilia tibi praebet =..... Dicitur
3tio sacrum, et hoc non solum, quia est res ad divinum cultum
ordinata, sed etiam quia res per ipsum significata, qualis est
Dña gratia, est quid sacrum..... Dicitur 4to permanens, dura-
turum scilicet, quamdiu durat ipsa Religio, cujus est sacramen-
tum..... Dicitur 5to practicum, idest efficax, et operativum gratiae
quam significat, et proinde sacramentum non est signum me-
re speculativum, idest pure significativum Dñae gratiae.....Dicitur
6to interioris gratiae, quia sacramenta novae legis nedum sunt
signum rememorativum Passionis Xti, et Prognosticum, seu

præmuntiativum futuræ gloriæ tanquam effectus ipsius divinæ gratiæ; sed præcipuè sunt signum demonstrativum ipsius interioris gratiæ sanctificantis; et ita quidem, ut hanc infallibiliter producant in suscipiente, nisi ex parte ipsius ponatur obex seu impedimentum..... Dicitur 2do institutum à Xto Domino: et hoc ad duo indicanda, et primo quod Xtus Dominus est auctor, et institutor sacramentorum novæ legis, ut infra ostendemus: 2do quod quamvis sacramentum sit signum quandam habens cum re significata proportionem, seu analogiam, ut docet S. Aug. epist. 98, alias 23. ad Bonifacium inquiens: si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omninò sacramenta non essent: non est tamen signum naturale, sed ad placitum divinum, hoc est ex libera Dei instituentis voluntate pendens..... Dicitur ultimò ad nostram justificationem, quia sacramenti novæ legis proprium, et essentiale est, non solum significare, sed etiam conferre seu producere gratiam, quam significant, ut sess. 7. can. 6. definit Trid. Ex his porrò omnibus serio, et attentè per-

4 pensis facilè est colligere, neque sacrificium, neque Martyrium, neque linguas igneas super Discipulorum capita die Pentecostes apparentes, neque verba à Xto Magdalenæ dicta, neque cærimonias veteris testamenti, etsi figuras adimplendorum in lege nova, sicuti neque nostra sacramentalia inter verè, et propriè dicta sacramenta esse enumeranda. Non quidem sacrificium, quia licet sit signum sacrum significans Xti Domini passionem, et sanctificans Populum; per se tamen, et primariò, et immediatè ad Populum sanctificandum non est institutum, sed ad debitum cultum Deo præstandum, hoc est ad divinam excellentiam, et dominium in cuncta creata, nostramque submissionem protestandam. Non etiam martyrium, quia hoc non est à Xto Domino institutum, sed est à Dæmone, ejusque ministris in odium Xti, et Xtianæ Religionis, neque est signum stabile, ordinarium, ac perpetuum in ecclesia ad gratiam conferendam, ut per se patet. Non item linguæ illæ igneæ super Apostolos apparentes die pentecostes, et verba à Xto Domino Magdalenæ dicta, quibus significabatur remissio peccatorum ipsi facta, quia fuerunt signa transeuntia, nec moraliter pro aliquo statu veræ Religionis durantia. Non pariter cærimoniæ veteris testamenti, quia etsi utpotè figuræ perficiendorum in lege nova rem aliquam sacram futuram designarent; erant tamen signa merè speculativa, quæ scilicet nullam sanctitatem sive interiorem, sive exteriorem, seu legalem de se operabantur. Non denique nostra sacramentalia, seu ritus adhibiti in sacramentorum administratione, aut in alijs rebus sacris peragendis, tum quia non sunt immediatè à Xto Dño instituti, sed ab ecclesia; tum quia si quam gratiam tribuunt, eam tribuunt ex opere operantis, et non ex opere operato, ut certum est apud omnes. His verò expositis sit

Articulus secundus.

De necessitate, et numero sacramentorum novæ legis.

5. Attentis præsentis divinæ providentiæ decretis sacramenta novæ legis non esse superflua, et inutilia, sed ad æternam salutem consequendam necessaria, constat ex Trid.o sess. 7. can. 4. sic definiente =: Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis, aut eorum voto, per solam fidem homines à Deo gratiam justificationis adipisci, licèt omnia singulis necessaria non sint, anathema sit: =: Quinimò de nonnullis ex his sacramentis loquendo, et de Baptismo, et pœnitentia, illum omnibus sive parvulis, sive adultis; pœnitentiam verò omnibus adultis jam baptizatis mortali labe inquinatis saltem in voto esse necessariam necessitate medij, et non tantùm præcepti suo loco ostendemus, et constat ex illo Joan. 3: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei: et ex illo Lucæ 13: Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. Hâc autem breviter sacramentorum necessitate firmata, descendemus ad numerum.

6. Lutherani, et Calvinistæ secuti doctrinam magistrorum suorum, Lutheri nempe, et Calvini, septenarium numerum sacramentorum novæ legis impudentissimè infitiantur, et communissimè tantùm duo recipiunt sacramenta, Baptismum scilicet, et Eucharistiam, licèt et circa hanc perniciosissimè errant, ut suo loco ostendam. Ast sacramenta à Xto Domino instituta esse numero septem, et nec plura, nec pauciora, tenet certa veritas Catholica definita primùm in Concilio Florentino in Decreto Eugenij IV. pro instructione Armenorum, et deinde in Concilio Trid.o citato sess. 7. can. 1. his verbis =: Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Jesu Xto Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora, quàm septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium aut etiam aliquod horum septem non esse verè, et propriè sacramentum, anathema sit =. Unde salva fide nemini licet dubitare de laudato numero septenario sacramentorum, quem et innuunt ipsæ divinæ scripturæ, comprobat Traditio, et confirmat sanctorum Patrum unanimis consensus, ut videre est apud Bellarminum lib. 2. de sacramentis in genere cap. 24, et 25; nec non apud alios passim Theologos Orthodoxos, et tandem suadent rationes congruentiæ, quas S. Thomas 3. part. q. 65. a. 1. assignat, inter quas duas sequentes placet afferre.

7. Prima est, quæ ducitur ab ijs, quibus homo indiget, ut in vita corporali sit perfectus. Nam sicuti de vitæ corporalis perfectione loquendo homo primò indiget, ut per generationem in lucem edatur; 2do ut augeatur; 3tiò ut nutriatur; 4tò ut à morbis, si in quos incidit, curetur; 5tò ut vires fractas, et imbecilles reficiat; 6tò ut à Principibus, et Magistratibus regatur, et gubernetur, et 7mò ut proles gene-

retur, ne hūū genus pereat; ita et de vita spirituali loquendo
necesse est primò, ut homo ad vitam spiritualem per peccatū
Originale perditam regeneretur; quod per Baptismū præ-
statur: 2dò, ut in ea semel accepta crescat, et roboretur, q͞d
facit Confirmatio: 3tiò, ut spirituali alimento nutriatur; quod
efficit Eucharistia: 4tò, ut à spiritualibus morbis, qui sunt
peccata præsertim mortalia, si in quæ post baptismū in-
cidit, sanetur, quod præstat Pœnitentia: 5tò, ut ipsis mor-
bis sanatis, seu peccatis depulsis, etiam ipsorū reliquiæ
detergantur, et robur ad præliandū contra dæmonem
præcipuè in mortis articulo accipiatur, quod fit per extre-
mã Unctionē: 6tò, ut habeantur idonei Ministri, quibus in
via spirituali regamur, et opportuna remedia præstentur; q͞d
per Ordinem habetur: et tandem, ut per virū, et mulierem
legitimè conjunctos pariantur filij ad cultū divinū depu-
tandi, ne Populus Dei deficiat; quod per matrimoniū ob-
tinetur. . . Altera verò ratio congruentiæ sumi-
8 tur ex numero peccatorū, et vulnerū, et malorū, quibus homo
subjacet. Baptismus enim præcipuè institutus est contra
peccatū Originale, Confirmatio contra animi infirmitatē,
Eucharistia contra animi proclivitatē ad peccandū, Pœ-
nitentia contra peccatū actuale, extrema Unctio contra
actualiū peccatorū reliquias, Ordo contra ignorantiam,
et Multitudinis dissolutionē, et Matrimonium contra con-
cupiscentiā. Neque dicas primò cū sectarijs, scriptu-
9 ram Sanctā nullibi mentionem facere septenarij numeri
sacramentorū; imò Joan. 19 implicitè saltem innuere
duo tantū esse sacramenta, cū ibi dicatur, e latere Xti
fluxisse sanguinem, et aquam, Eucharistiā scilicet, et Bap-
tismū, ut Patres præsertim Græci exponunt .... 2dò, quod Pa-
tres præsertim veteres nusquam dixerint, sacramenta esse
septem; imò duo sacramenta enumerent, [illegible] esse
[illegible]; et ipse S. Aug. lib 3 de Doctrina Xtiana cap. 9.
asserit, duo tantū esse sacramenta, Baptismū scilicet,
et Confirmationē, et proinde tanquā res nova, et adeoque pe-
riculosa est rejicienda. Respondeo ad 1ū, quod certè si [illegible]
10. bat, et ipsos adversarios [illegible]. Scriptura enim nullibi etiam
expressè dicit, esse vel unū, vel duo, vel tria, vel tantū quatuor
Sacramenta. Septenū etsi non expressè, æquivalenter tamen
et implicitè Scriptura meminit septem sacramentorū. Nam
de Baptismi institutione fit mentio Matth. ultimo, et de ejusdē
vi sanctificandi Ephes. 5. v. 26, et ad Titū 3 v. 5: De Confirma-
tione verò sermo habetur Actor. 8; et 19, ubi Spiritus San-
ctus datus legitur per impositionem manuū Apostolorum:
Eucharistiæ verò institutio describitur 1 Corint. 11, et ejus-
dem vis sanctificandi Joan. 6. v. 55, et vires Matth 26. Insti-
tutio autem Pœnitentiæ, et vis sanctificandi asseritur Joan.
20, et 2 Corint. 5 v 19: Extrema Unctio, ejusque effectus Jacob. 5.

et, ut plures volunt, probabiliter Marc. 6. v. 13: Ordinis institutio Lucae 22. v. 19, ejusque vires 1. Timot. 4, et 2. Timot. 1: Matrimonii tandem institutio legitur Matth. 19, et Ephes. 5. Falsum ergo asserunt doctores; sicuti et falsum est, quod subjungitur, quia licet cum pluribus Graecis Patribus admittamus, per sanguinem, et aquam ex Christi latere manantem significari Baptismum, et Eucharistiam: quod tamen non ita exponunt alii, cum S. Cyrillus, et Hieronymus apud Bellarminum loco citato cap. 22 ita exponant, ut per aquam, et sanguinem intelligantur duo baptismata, unum in sanguine, idest Martyrium, aliud in aqua. S. Ambrosius vero, S. Aug., et S. Leo, et alii per sanguinem intelligant pretium Redemptionis, et per aquam Baptismum; nihilominus tamen intentum Haereticorum non sequitur, cum tamen talis significatio non sit exclusiva aliorum sacramentorum, sed solum expressiva illorum duorum, ut magis communium, et magis principalium.

11 Ad 2um fatendum est, antiquos Patres nusquam expressis verbis dixisse, sacramenta novae legis esse septem: Sed nusquam negant, esse septem, aut dicunt esse tantum duo, vel tria, vel quatuor. De illo autem determinato numero septenario sacramentorum expressam mentionem non fecerunt, tum quia tunc controversia nulla de eo habebatur; tum quia iis in locis, in quibus unum, vel alterum tantum enumerant, iis propositum erat de illo, aut de illis tantum loqui; non vero de caeteris; aut etiam illa duo, aut tria ponunt per modum exempli. Atque hinc patet non esse, quod de S. Aug. dicebatur, cum S. Doctor eo in loco non loquatur in sensu exclusivo, sed praecisivo allegando gratia exempli illa duo sacramenta; quia secus sibi contradiceret S. Aug., cum aliis in locis et alia quinque agnoverit sacramenta. Agnovit enim sacramentum Confirmationis lib. 2 contra literas Petiliani cap. 104, Sacramentum Poenitentiae, et extremae Unctionis lib. 5 de Baptismo cap. 20, sacramentum Ordinis lib. 2 contra epistolam Parmeniani, sacramentum denique Matrimonii lib. de bono conjugali cap. 24. Quod et de aliis SS. Patribus dici potest.

12 Ad 3um, quod additur, patet vocabulum, et expressionem esse novam in Ecclesia: non autem sententiam. Si enim inhaerendo Scripturis, Traditioni, et Patrum doctrinae, quorum sublimitatem tanquam certo, firmas, et certas habemus, [illegible] septenarium numerum sacramentorum ab eo tempore, quo vel juxta Haereticos Magister Sententiarum asserendo dicere coepit sacramenta esse septem, [illegible], nec [illegible], [illegible] Ecclesia non videbatur erat, aut [illegible] plures ex Theologis [illegible] contra [illegible] non [illegible] cum [illegible], ut contra errores adversus [illegible] Catholicam [illegible] et [illegible] scripto [illegible]. Quod cum [illegible] non

non fuerit in usu nostro; imò evenerit, ut Catholici omnes,
et ipsa ecclesia ultrò acceperint doctrinam de expresso numero
septenario sacramentorum, patet, observatione hæreticorum
nullam esse, imò nostram confirmare sententiam.

13. Sed hæretici jam ex hoc capite im-
pugnantes doctrinam catholicam labefactare, conantur osten-
dere plura esse, quàm septem, novæ legis sacramenta; atque
hoc primo, quia quilibet ex Ordinibus saltem sacris, et majo-
ribus est verum, et proprium sacramentum; sicuti ex pluribus
probabili sententia in Eucharistia sacramentum corporis Xti
est distinctum à sacramento sanguinis: 2do quia lotio
pedum, de qua Joan. 13. sermo est, à Sanctis Patribus inter
sacramenta enumeratur, ut à S. Ambrosio lib. 3. de Sacra-
mentis cap. 1, ubi eam lotionem vocat Mysterium sancti-
ficationis, et à S. Cypriano in Serm. de ablutione pedum,
ubi eam appellat mysterium, et sacramentum, et à S. Bernar-
do in Serm. de cœna Domini, ubi pedum lotionem comparat
Baptismo, et Eucharistiæ, et dicit esse sacramentum quotidi-
anorum peccatorum, et non pro solo exemplo, sed etiam pro
sacramento factam esse: et hoc quidem jure, qui tali pedum
lotioni conveniunt ea, quæ sunt propria sacramenti. Nam
in primis est signum externum, et sacrum, et quidem à Xto Dno
institutum, et præceptum, ut patet ex verbis his: cœpit lava-
re pedes discipulorum... exemplum dedi vobis, ut quemad-
modum ego feci, ità et vos faciatis: 2do continet promissi-
onem gratiæ, ut patet ex verbis illis: Si non lavero te, non
habebis partem mecum: et tandem ea etiam est necessaria
ad vitam æternam consequendam, ut indicant verba illa: Qui
lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet: ergo &c.

14. Respondeo, hæc puerorum objecta: et
quod ad primum spectat, licet sit magis recepta sententia docens
singulos Ordines, præsertim majores esse vera, et propria
sacramenta; et adeò in specie infima esse plura sacra-
menta; non propterea tamen sunt multiplicia sacramenta
Ordinis, quia omnes Ordines, qui sunt infra sacerdotium,
ad illud tanquam ad partem principalem, in qua tota ratio
Ordinis completa reperitur, uti partes minus principales
et subordinatæ, et totam rationem sacramenti ordinis non ha-
bentes referuntur; et propterea sit ex eis unum totum constitu-
unt, ut bene ostendit Angelicus Præceptor 3. part. Q. 37. A. 2.
ad 2dum: ex quo etiam patet ad dictum de Eucharistia, quia
quamvis ibi sacramentum corporis sit aliud [illegible] à
sacramento sanguinis, est tamen unum sacramentum Eucha-
ristiæ, quia hoc est per modum convivii spiritualis, de
cujus ratione est cibus, et potus. Ad 2dum pedum lotionem absolutè
15. negandum est, esse verum, et proprium sacramentum. Hinc ad
objectos SS. Patres dicendum est, eos lotionem pedum appellasse

ministerium, et sacramentum in sancto loto, et imparanio. Mysterium quidem, quia erat summa humilitas summi Dei: sacramentum vero, quia erat signum sacrum, quod habebat occultam significationem, quatenus significabat gratiam in Apostolis propter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Eucharistiam. Quod autem [illegible] [illegible] habeant laudati Patres, et praesertim S. Ambrosius, patet vel ex eo, quod in objecto loco sub nomine S. asserit, Ecclesiam Romanam caeterarum matrem, et Magistram, non illum pedes lavandi non observasse, quamvis particularibus Ecclesiis in loca [illegible] comitaret; sicuti et ipse Ambrosius in sua Mediolanensi [illegible] [illegible], dicta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quod certe [illegible] non potuisset, si [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] ablutionem inter sacramenta proprie talia [illegible] numerandam, ut in tota ecclesia Xti eadem sint sacramenta.

Ad rationem oppositam negandum est,

1. [illegible] in omnis [illegible] Xto Domino non est datum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et constat ex ecclesiae praxi talem [illegible] non [illegible] [illegible] etiam omnis saeculis, ut testatur non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 55, [illegible] [illegible] ad Januarium hisce verbis = Ne de [illegible] [illegible] sacramentum Baptismi videretur pertinere, (pedum lotio) multi hoc in consuetudine recipere noluerunt. Nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitaverunt. Aliqui autem ut hoc et sacratiore tempore commendarent, et a Baptismi sacramento distinguerent, vel diem tertium Octavarum, quia et ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit, vel etiam ipsum Octavum, ut facerent, elegerunt = Quare verba Xti [illegible] loco relata non praecipiunt lotionem materialem pedum, sed humilitatem, et charitatem, ut apud Bellarminum exponunt S. Chrysostomus, et S. Cyrillus. Praeterea dicta pedum lotio non est signum constans, et perpetuum in Religione Catholica, ut ex modo dictis constat; sicuti neque est signum efficax, et [illegible] gratiae sanctificantis, neque est necessaria ad [illegible] salutem consequendam. Nam verba illa: si non lavero te non habebis partem mecum: ad literam intellecta non [illegible] [illegible] gratiam, sed [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] S. Patres, Chrysostomus, Cyrillus, et Basilius apud [illegible] Bellarminum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible], quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Sat [illegible] sit

Articulus Sextus
De discrimine sacramentorum novae legis inter se, et a sacramentis veteris legis.

7. Non omnia sacramenta a Xto Domino instituta [illegible] [illegible], [illegible] = [illegible] constat ex eo, quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gratiae, et [illegible] [illegible] [illegible]; et dignitate, et excellentia [illegible] [illegible] sacramenta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] novae

nosc[illegible] sacramenta, [illegible] pluribus alijs inter se differunt, ut [illegible] annotant Doctores, et

8. Primo alia sunt sacramenta, quæ [illegible] mortuorum, et alia vivorum. Sacramenta mortuorum, quæ duo sunt, Baptismus scilicet, et Pœnitentia, ea sunt, quæ per se, et ex sua primaria institutione habent conferre primam gratiam justificantem remissivam peccati, sive originalis, ut fit in Baptismo, sive personalis, ut efficitur in Pœnitentia, [illegible] loquendo de Pœnitentia [illegible] per accidens [illegible] conferre gratiam secundam [illegible] ubi [illegible] solis [illegible] venialibus [illegible]. Sacramenta vero vivorum, quæ quinque sunt, [illegible] Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, et Matrimonium [illegible], quæ per se, et ex sua [illegible] institutione [illegible] gratiam [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sacramenta [illegible] [illegible] [illegible] in suscipiente [illegible]

9. Secundo inter sacramenta nova [illegible] [illegible] sunt [illegible], et alia [illegible] non Characteristica. Ea sunt [illegible] [illegible] in anima suscipientis [illegible] contineant vel prima, vel secunda gratia [illegible] [illegible] sacramenta [illegible] [illegible] [illegible] enumerandi annectuntur; et hujusmodi sacramenta sunt quatuor, Eucharistia nimirum, Pœnitentia [illegible] et Matrimonium. Sacramenta [illegible] [illegible] [illegible] Characteristica appellantur, ea sunt, quæ semel valide, etsi [illegible] illicite suscepta, iterato suscipi nequeunt, [illegible] Characterem indelebilem in anima [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Canonis IX, et [illegible] his: Si quis dixerit, in tribus [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] signum spirituale, et [illegible] unde ea iterari non possunt, anath[ema] [illegible]

10. [P]ostrema [illegible] sacramenta [illegible] formata, et alia informia. Sacramenta formata [illegible] sunt, quæ et valide, et simul licite [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habita scilicet [illegible], et [illegible] non habent [illegible] suum effectum, [illegible] debitas dispositiones, et adeo [illegible]

[illegible] causando, et in sacramenta [illegible] [illegible] forma, [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] gratiam [illegible] [illegible] ut [illegible]
[illegible] [illegible] in Sacramentis [illegible], Baptismo [illegible],
[illegible] firmatione et Ordine, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]
dispositionem, statim causant gratiam, ut suo loco dicetur

2. Etiam sacramenta nova [illegible] alia sunt
permanentia, [illegible] alia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quæ
non solum sunt sacramentum in fieri, seu cum fiunt; sed etiam
sunt sacramentum in facto esse, seu sunt factum permanens,
ut [illegible] [illegible] est Eucharistia, [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] etiam Matrimonium, quod quatenus [illegible] est signum
sacrum [illegible] [illegible] gratiæ sanctificantis matrimonialis, [illegible]-
[illegible] esse sacramentum in fieri; quatenus vero est signum [illegible]
[illegible] Christi cum ecclesia, aut [illegible] divini cum [illegible] [illegible]
[illegible] esse sacramentum in facto esse, seu permanens, [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sunt, quæ [illegible] consistunt in [illegible]
[illegible], quæ [illegible] transit, uti est ablutio in Baptismo, Unctio
[illegible] extrema Unctione, et [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] discri-
men [illegible] ex [illegible] necessitatis [illegible] sacramentorum
[illegible] [illegible] [illegible] sunt sacramenta necessaria necessitate [illegible]
[illegible], et [illegible] necessitate præcepti, alia sunt necessaria [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] [illegible], sicuti est [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] constare ex supradictis [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sacramentorum [illegible] [illegible] sacramentis
[illegible] tum [illegible], tum scriptæ.

Nam autem tale debuit discrimen, [illegible]
[illegible] [illegible] videamur [illegible] est, [illegible] statu natu-
[illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] scripto, quæ [illegible] Moyse [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] lege [illegible], quæ fuit ab [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Gen. 17.
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habita, fuisse sacramenta [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] esse [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], certum est quin [illegible],
et constat ex Trid.[o] sess. 7. can. 2. sic definiente =: Si quis di-
xerit, ea ipsa novæ legis sacramenta à Sacramentis antiquæ
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sunt alia, [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] lege naturæ [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
est, ante datam circumcisionem famulos Dei, [illegible] [illegible] eis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] = [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quæstionem de [illegible] existentiam aliquorum sacramen-
torum in lege naturæ docuit his verbis =: Dicendum, quod ante
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sacramenta necessitatis [illegible]

illud fuisse sacramentum, quod ordinabatur ad deletionem Originalis peccati; et similiter Poenitentia, quae ordinabatur quoque ad deletionem actualis =: Ratio autem est, quia omnino incredibile est, Deum, qui neminem vult perire, sed omnes salvos fieri, non providisse Parvulis de remedio contra Originale, et Adultis contra actuale peccatum.

23. Verum quodnam fuerit tale determinatum remedium, praesertim pro statu naturae, qui duravit ab Adamo usque ad Abrahamum, cui data fuit Circumcisio, non facile convenit inter Doctores. Est illud pro Parvulis in peccati Originalis expiationem positum fuisse in fide interna et externa simul Parentum, vel aliorum loco Parentum in venturum Messiam, multum verisimile est, et quammaxime consonum Scripturis testantibus, neminem salvari posse sine fide in Christum Mediatorem, ut legitur Actor. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri: et 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod est Christus Jesus. Atque hinc S. Aug. lib. 2. De Nuptiis, et Concupiscentia Cap. 11. inquit =: Superioribus temporibus omnino latuit sacramentum justificationis ex fide. eadem tamen fides Mediatoris salvos justos faciebat antiquos, pusillos cum magnis.... quia sicuti credimus nos, Christum in carne venisse, sic illi venturum: sicut nos mortuum, sic illi moriturum =: Et aliis Patribus omissis, S. Gregorius Magnus lib. 4 Moralium Cap. 3 dixit: =: Quod vero apud nos valet aqua Baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro Parvulis sola fides, vel pro Majoribus virtus sacrificii, vel pro his, qui ex Abrahae stirpe prodierant mysterium Circumcisionis =: Merito ergo in lege naturae pro sacramento ad delendum Originale peccatum statui potest, fides interna externo aliquo signo manifestata, qua Parentes vel alii loco Parentum pro Parvulis, Adulti vero pro semet ipsos crederent in venturum Messiam: et hoc ita, ut in Parentibus, aut in aliis loco Parentum credentibus non requireretur fides formata, idest cum charitate conjuncta, sed sufficeret informis, dummodo vera fides esset, cum [illegible] ejus vis, et efficacia praecipue esset ex merito objecti, seu Christi, qui credebatur venturus, ut communiter denotant Doctores.

24. Loquendo vero de eo tempore, quo Circumcisio data fuit Abrahamo, ac de lege scripta, in remedium peccati Originalis pro Parvulis ad octavum diem [illegible], datam fuisse Circumcisionem, docent SS. Patres, et inter hos S. Aug. lib. 2. De Nuptiis, et Concupiscentia loco citato inquiens =: Ex quo instituta est circumcisio in Populo Dei (quod erat tunc signaculum justitiae fidei) ad significationem purgationis valebat et in parvulis Originalis, veterisque peccati: sicut et Baptismus ex illo valere coepit ad innovationem hominis, ex quo est institutus =: Et S. Bernardus Serm. 2. De Assumptione dixit =: In Baptismo

sola gratia lavat hanc maculam, quam olim abrasit petra circum-
cisionis =. Quæ tamen ita intelligenda sunt, sicuti post alios notat Hono-
ratus Tournely tom. 2. q. 2. a. 2. conclus. 1., ut et pro circumcisionis tem-
pore pro fœminis, et pro parvulis, qui ad octavam diem non per-
veniebant, valuerit remedium datum ante circumcisionem, cum
[illegible] alioquin sit a divina providentia asserere, fœminas,
et dictos parvulos caruisse remedio contra originale peccatum.
et ex alia parte tale remedium non possit assignari, nisi di-
catur esse illud, quod ante circumcisionem datum fuit. Ex his
autem facile est colligere, et pro utroque relato statu data
fuisse sua sacramenta ad expiationem peccatorum actuali-
um, quæ sacramenta in variis sacrificiis posita fuisse, com-
muniter notant Doctores. Quibus tanquam certis suppositis

25 Quod attinet ad indicatum discrimen in-
ter sacramenta naturalis, et scriptæ legis, et sacramenta novæ
legis, Doctores omnes fatentur, ea in primis differre in ritibus
et cæremoniis externis; 2do in numero, in facilitate, et ex-
cellentia; quatenus veteris legis sacramenta multo plura,
et difficiliora erant, ac tantum umbra, et figura sacramen-
torum novæ legis: 3tio in gratia illis annexa, quatenus copio-
sior, et uberior est divina gratia, quæ per sacramenta novæ le-
gis confertur, quam ea, quæ per sacramenta antiquæ legis con-
ferebatur, ut patet in gratia per baptismum donata, quæ non
solum delet originalem culpam, et liberat a periculo æternæ
damnationis, verum etiam aperit aditum ad regnum cælorum;
circumcisio vero quamvis conferret gratiam, qua originalis ma-
cula delebatur, et æternæ damnationis periculum vitabatur,
non donabat tamen gratiam, qua cælum aperiretur, ut decernit In-
nocentius III. in cap. Majores, de Baptismo. Verumenim-
vero in his, aliisque conveniunt Doctores Catholici, ac illis
[illegible] addunt illud vulgatum discrimen, quod sacra-
menta nostra ab antiquis in eo differant, quod nostra cau-
sant gratiam ex opere operato; veteris vero sacramenta si-
ve naturalis, sive scriptæ legis; hoc tamen a nonnullis, et quidem
magni nominis Theologis negatur, dum nempe circum-
cisioni et hoc attribuunt, quod conferret gratiam non tantum ex
opere operantis, prout communius est inter Doctores, sed etiam
ex opere operato. Alii

26 Loquendo etiam de ipsa circumcisione
dicendum est cum [illegible] Theol. 3. part. q. 70. a. 4. quem passim alii
Thomistæ, quamplurimi alii sequuntur, dicendum, inquam,
est circumcisionem non contulisse gratiam ex ope-
re operato; sed tantum ex opere operantis, et proinde non
vi, et efficacia ipsius ritus externi, quo circumcisio fiebat,
sed [illegible] dispositionis vel ipsius ministri, vel suscipientis
gratia conferebatur, quamvis tanquam necessaria conditio
requireretur ipsa circumcisio. Quod [illegible] Nam
gratiam conferre ex opere operato, est donum vi ipsius externi
[illegible] sacramentalis suo subjecto, [illegible]

applicari; ultra omne meritum sive ministrantis, sive offerentis, sive suscipientis, efficaciter moveri, et determinari ad producendam gratiam in ipso suscipiente, quamvis et in ipso quaedam dispositiones requirerentur, non quidem tanquam causae efficientes ipsius gratiae, aut ipsi actioni sacramentali tribuentes aliquam virtutem, et efficaciam; sed solum tanquam removentes obicem, seu obstacula, quibus impediatur, ac retardetur vis, et efficacia ipsius sacramenti: Gratiam vero produci ex opere operantis est, Deum non vi ipsius externi operis sacramentalis moveri, et determinari ad donandam gratiam, sed intuitu fidei, ac pietatis, seu meriti, vel ipsius ministrantis, vel offerentis, vel suscipientis sacramentum, quamvis tanquam necessarium praerequisitum, et conditio requiratur et ipsa actio externa sacramentalis: Circumcisio autem, et reliqua sacramenta legis tum naturalis, tum scriptae, non illo primo modo, sed tantum secundo modo gratiam producebant. ergo etc.

Major utpote continens ideam causae producentis gratiam tum ex opere operato, tum ex opere operantis certa est; minor vero quoad eam partem, quod nempe sacramenta veteris legis saltem conferrent gratiam ex opere operantis, in communi sententia difficultatem non habet, et constat ex dictis a num. 22; et duobus sequentibus, et clarius ex Apostolo Rom. 3. dicente: Unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, et praeputium per fidem: et Capi 4. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam: et infra: Signum accepit circumcisionis, signaculum justitiae fidei. Major difficultas est solum quoad primam minoris partem, quae pariter evincitur ex ipsis Scripturis. In his enim loquendo de tempore praecedente legem novam vis justificandi homines non tribuitur ipsis sacramentis, sed ipsi fidei, ut Rom. 3: Ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo: et ad Gal. 3: Quoniam in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est, quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in illis: ideo, ut advertit Tournely, opera ex lege facta non sunt opera fidei: si tamen quis ea ex fide impleverit, vivet in illis. Nomine vero legis ibidem Apostolus non intelligit solam legem Mosaicam, et sacramenta imperfecta dicta, sed omne praeceptum sive morale, sive judiciale sive caerimoniale; et ideo etiam ipsa sacramenta [illegible]talia, sicut etiam circumcisionem, atque praecipue, ut in citatis textibus Apostoli ad Romanos optime observat R. P. [illegible] Calmet. Quinimo ipse Apostolus ad Gal. 4. veteris legis sacramenta vocat infirma, et egena elementa: et Hebraeor. 7. dicit ea reprobata fuisse propter infirmitatem, et inutilitatem: quae certe dici non potuissent, si per se vim justificandi habuissent; ergo etc.

27. His accedit Florentini Concilii auctoritas, in cujus Decreto Sess. ultima, Eugenius IV. ponens discrimen,

quod intercedit inter sacramenta veteris, et novæ legis, inquit =: Novæ legis septem sunt sacramenta.... quæ multum à Sacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per Passionem Xti dandam esse figurabant, hæc verò nostra et continent gratiam, et ipsam dignè suscipientibus conferunt =. Quibus etiam suffragatur Trid.num sess. 7. Can. 2. supra num. 22. relato definiens, sacramenta veteris, et novæ legis non solum differre penes cærimonias, et ritus externos, sed etiam penes gratiam, quam conferunt dignè suscipientibus: Hæc autem differentia, quæ ex parte gratiæ collatæ petitur, utpote substantialis, seu essentialis esse non fit ex majori et uberiori gratia, quam nostra sacramenta conferunt, cum magis, et minus non variant speciem; petitur ergo debet ex efficacia ipsorum rituum sacramentalium, quatenus videlicet nostra sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, antiqua verò tantum ex opere operantis. Atque dices, Sacramenta antiquæ legis
28 fuisse verè, et propriè dicta sacramenta; et adeo non fuisse mera speculativa, sed verè practica, et propriè habuisse vim producendi gratiam: Quod dici non possit, nisi causassent gratiam ex opere operato. Sacramenta ergo veteris legis producebant gratiam ex opere operato. Quod confirmant primo plura sacrarum testimonia, ut Genes. 17, et Exod. 4, et Levit. 6, ubi sacrificiis vis remittendi peccata tribuitur; 2.do Doctrina SS. Patrum, inter quos S. Aug.s relatus in Genit. 17 quo instituta, Te Consecrat Deus q. Circumcisioni concedit vim delendi peccatum originale ad instar nostri Baptismi, et lib. 2 contra Cresconium cap. 31, et epist. 23 docens, Circumcisionem à Samaritano collatam fuisse validam non minus, quam nunc sit Baptismus collatus ab Hæretico: Porrò certum est peccatum non deleri sine gratiæ infusione, ut docet Trid.num sess. 6. Can. 7.; sicuti et certum esse debet, Circumcisionem à Samaritano collatam Parvulis non justificasse ex opere operantis, cum Samaritanus neque melius homo erat, sed etiam carebat fide in Xtum venturum; atque parvulus circumcisus erat incapax meriti personalis; tunc ergo Circumcisio gratiam ex opere operato causabat. ergo &c.
29 Respondeo, pro argumenti solutione observandum esse cum S. Thom. 1. 2. q. 103. A. 2. in C., quod sicuti in veteri lege duplex immunditia observabatur, spiritualis una, et interna, quæ est immunditia culpæ; alia corporalis dicta etiam legalis, quæ tollebat idoneitatem ad divinum cultum, et ita Leprosus, vel qui morticinum aliquod tangebat, dicebatur immundus; hæcque immunditia nihil aliud erat, quam quædam irregularitas; ita gratia, quæ conferebatur, alia erat pure externa, et legalis, data scilicet ad corporalem, et legalem immunditiam removendam, et hanc sacramenta veteris legis ex vi, et virtute sua conferebant, atque illius signa practica erant; alia verò erat interna, hominem sanctificans, et mundans à labe ipsius peccati; et hanc sacramenta antiquæ legis significabant quidem, sed non efficiebant, ut citato loco ostendit Angelicus Præceptor. ex quo patet ad objecta scripturarum

loca, ea videlicet exponenda esse de expiatione externa, et legali; non autem de expiatione interna, et spirituali. Quod vel etiam patet ex eo, quod ibi scriptura non promittit remissionem omnium peccatorum, etiam gravissimorum, ut adulterij, Homicidij, et Idolatriæ, sed aliquorum tantum, eorumque levio-rum, videlicet peccatorum ignorantiæ contra legales observantias contra bonum proximi in bonis externis, et similium: Quod dici non posset, si sacrificia de quibus ibi fit mentio, de se conferrent justitiam internam, cum certum sit, unum peccatum mortale non dimitti sine alio. Unde si aliquibus in casibus sacrificia veteris legis gratiam sanctificantem produxisse, legatur, id ipsis tribuitur, eo quia conjungebantur cum interna dispositione peccatoris, quæ ut conjuncta cum illis hominem sanctificabat.

30. Quod vero spectat ad Patres, dico, eos æquiparare Circumcisionem Baptismo solum quantum ad eventum, seu effectus, quatenus nempe sicut nunc in baptismo remittitur originale peccatum, ac dein gratia sanctificans infunditur in animam; ita et olim in circumcisione fiebat; sed non æquiparare quoad modum eventus; nec hoc erat de eorum proposito, cum ipsi solum intenderent probare per Circumcisionem vere deletum fuisse peccatum Originale, sicuti nunc deletur per Baptismum. Quod omnino verificatur, etsi circumcisio id non præstaret conferendo gratiam ex se, et efficacia sibi intrinseca. Unde de re in Angelicus Præceptor hic q. 70. a. 4. in c. inquit =: In circumcisione conferebatur gratia quantum ad omnes gratiæ effectus, aliter tamen quam in Baptismo. Nam in Baptismo confertur gratia ex virtute ipsius Baptismi, quam habet, in quantum est instrumentum Passionis Christi jam perfectæ. In circumcisione autem conferebatur gratia, non ex virtute circumcisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, cujus signum erat circumcisio =. Id autem quod ex Aug. subjungitur, non probat adversariorum intentum, cum non solum fides ministri, sed vel Parentum, vel Offerentium in venturum Messiam protestata per ritum Circumcisionis habebat vim delendi peccatum Originale in ipsis Parvulis, ut dictum sit.

Caput secundum.

De Auctore Sacramentorum novæ legis.

31. Christum Dominum non esse immediatum Auctorem, seu Institutorem omnium, et singulorum Sacramentorum, docuerunt nonnulli veteres Scholastici, existimantes, ab ipso Christo Domino discipulis concessam fuisse potestatem quædam Sacramenta instituendi, præsertim vero Confirmationem, ac extremam Unctionem, quæ nunc tamen communissime rejicitur a Theologis Orthodoxis, cum hoc tamen discrimine, quod plures ex ipsis, ut Bellarminus, Vasquez, Becanus, et alij velint, necdum certum, sed etiam de fide esse, Christum Dominum per seipsum immediate omnia, et singula Sacramenta instituisse: Alij vero, ut Dominicus Soto, Estius, Suarez, contendunt, id esse certum; non audent tamen, asserere, id esse de fide verum quidquid de hoc sit,

32. Dico, tanquam omnino certum, et firmiter tenendum esse, Christum Dominum immediate per seipsum omnia,

et singula sacramenta novae legis instituisse; et proinde falsum
est, potestatem sacramenti aliquod instituendi Apostolis suis
communicasse. Eaque veritas primò suadetur ex eo, quod, ut supra
diximus num. 10, nullum est ex septem sacramentis Novae legis,
cujus aperta mentio non fiat in ipsis scripturis sanctis; ac proin-
de cujus institutio immediata ad Xtum Dominum non debeat refer-
ri: 2dò quia ipsimet Apostoli declarant, et appellant se non au-
ctores, et institutores; sed duntaxat Ministros, et dispensatores
mysteriorum Dei, ut 1. Corint. 4: Sic nos existimet homo, ut ministros
Xti, et dispensatores mysteriorum Dei: Et cap. 3. Quis dicat: ego
quidem sum Pauli: alius autem: ego Apollo: nonne homines
estis? Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri ejus, cui
credidistis. Hinc S. Ambrosius lib. 4 De sacramentis cap. 4 inquit:
Auctor sacramentorum quis est, nisi Dominus Jesus? Et, aliis Patribus
omissis, S. Aug. epist. 54, alias 118 de Xto Jesu loquens ait: Sacra-
mentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione
praestantissimis societatem novi Populi colligavit. Tridentini
verò Patres sess. 7. can. 1. ita definierunt: Si quis dixerit, sacra-
menta novae legis non fuisse omnia à Jesu Xto Domino nostro
instituta... anathema sit: Quae quidem definitio ita intelli-
gi debet, ut etiamsi non dicatur, sacramenta esse immediatè
instituta à Xto Domino; id tamen ita debeat intelligi, tum quia
certum omninò est, quaedam saltem sacramenta esse immediate à
Xto Domino instituta, atque in praedicto canone de omnibus
sacramentis aequè loquitur Trid.; tum quia hoc, quod est in-
stituere in communi loquendi modo, cui se accommodarunt
Patres Trid., importat immediatam institutionem, tum denique
quia nugatoria videtur fuisse laudata definitio, nisi de
mente Trid. fuisset, declarare Xtum esse immediatum sacramen-
torum novae legis institutorem, cum nemo esset, et sit, qui au-
deret negare, Xtum esse mediatum suorum sacramentorum Aucto-
rem. Neque hactenus dictis opponitur Apostolus
33 Hebraeor. 1. inquiens Xtum Dominum non aliter nobis dedisse legem,
et ideò etiam sacramenta, quàm Abrahamus, et Moyses, inqui-
ens: Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Pro-
phetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio. Sicuti neq.
opponitur illud Jacobi 5: Infirmatur quis in vobis, inducat Pres-
byteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in no-
mine Domini: quibus verbis S. Jacobus videtur innuere se esse sacra-
menti extremae unctionis institutorem. Pariter non opponuntur,
quae habet Auctor sermonis De Ablutione Pedum apud S. Cypria-
num inquiens: Ipse summus sacerdos est sui sacramenti institu-
tor, et auctor; in caeteris hominibus spiritum sanctum habuere Doctorem.
Haec, inquam, non opponuntur Nobis.
Ratio est, quia cum ex testimonio illo Aposto-
34 li inferri minimè possit, quod sicuti Abraham, et Moyses fue-
runt simplices promulgatores; non verò institutores sacramen-
torum veteris legis; ita Xtus sit simplex promulgator, et non in-
stitutor sacramentorum novae legis. Nam licet Xtus Dominus, quam

homo est, non sit primarius Auctor, et Institutor sacramentorum novae legis, auctoritate scilicet primaria, et independente, est tamen verus, et proprius illorum Institutor, et Auctor excellentiae, et potestate a Deo Patre accepta. Nam ob excellentiam, quam Christi humanitas habet ex unione hypostatica ad Verbum, data fuit ipsi Christo Domino, qua homo est, potestas signandi signa sensibilia, quibus gratia hominibus communicaretur juxta illud Math. 28: Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra. Quae de Abrahamo, et Moyse servis Dei, ac puris creaturis dici nequeunt, et proinde ipsi simplices sacramentorum veteris legis promulgatores extiterunt.

35 Ad 2dum dicendum est, verba illa S. Jacobi non institutionem extremae Unctionis, sed promulgationem continere, ut Tridentinum innuit sess. 14 can. 1 sic definiens: Si quis dixerit, extremam Unctionem non esse vere, et proprie sacramentum a Christo Domino nostro institutum, et a B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum, anathema sit.

36. Ad 3tium respondetur, Auctorem illum per hys in caeteris, non intelligere sacramenta proprie talia, sed sacramentalia, seu caerimonias, et ritus, quibus conficitur, et administratur sacramentum Domini, seu Eucharistia. Quas caerimonias, et ritus non ipse Dominus, sed Apostoli Spiritu Sancto edocti instituerunt. Alioquin enim dicendum esset, Auctorem illum in ea fuisse sententia, quod Christus non se immediate solam Eucharistiam instituerit: quod omnino falsum est, et haereticum, cum de fide sit, Baptismum immediate a Christo Domino esse institutum. Atque haec de Auctore sacramentorum novae legis.

Caput Tertium.

De Constitutivis sacramentorum novae legis.

Quodlibet novae legis sacramentum ex duobus essentialiter constitui, scilicet rebus tanquam materia, et verbis tanquam forma per ministrum cum debita intentione applicatis, constat ex Decreto Eugenii IV. in Concilio Florentino hisce verbis: Haec omnia sacramenta (novae legis) tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentum. His ergo tanquam certis suppositis in praesenti agam de materia, et forma sacramentorum novae legis, explicando in primis quid, et quotuplex ea sit, et qualis inter utramque debeat esse simultas. 2do a quonam fuerit determinata? 3tio quae eorundem mutatio valori sacramenti officiat, et quod peccatum sit eam mutare, seu variare? 4to an error ministri veteris circa eandem invalidet sacramentum? 5to an licitus sit usus materiae dubiae? et tandem an licitus sit usus formae conditionalis? Sit ergo

Articulus primus.
De quidditate, multiplicitate, et simultate materiae, et formae Sacramentorum novae legis.

37. Loquendo praesertim de sacramentis, quae in usu, et in fieri, seu in actione transeunte consistunt, cujusmodi sunt Baptismus, Confirmatio, Poenitentia, Extrema Unctio, Ordo, et Matrimonium, atque etiam de ipsa Eucharistia, praecipue ut consistit in fieri, quidquid de ea sit, ut est sacramentum permanens, et in facto esse, nomine materiae, quae et elementum vocatur, intelligitur ea res sensibilis in sacramenti confectione necessario adhibenda, cui a Ministro certa, et determinata verba, vel aliud ipsis aequivalens, adjunguntur. Forma vero sunt certa, et determinata verba una cum applicatione ipsius materiae a ministro proferenda, aut aliud signum externum ipsis verbis aequivalens, ac praestans id, quod verba formaliter praestarent, uti essent nutus muti annuentis in Matrimonio cum nutibus aeque bene, ac verbis animus contrahendi manifestatur: sic loquendo de Baptismo materia ejusdem est aqua naturalis; forma vero sunt verba illa: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

38. Utraque autem duplex est, remota nempe et proxima. Materia remota est res sensibilis requisita ad sacramentum secundum se considerata, cujusmodi est aqua naturalis in Baptismo, Chrisma in Confirmatione, et Oleum in extrema unctione secundum se inspecta; Materia vero proxima est ipsamet debita applicatio ipsius materiae remotae, cujusmodi est ablutio per ipsam aquam naturalem facta baptizando, unctio cum Chrismate facta confirmando, et unctio cum oleo facta infirmo moribundo. Atque sic forma remota sunt ipsa verba certa, et determinata a Ministro una cum debita applicatione materiae [redacted] proferenda secundum se considerata, v.g. de forma Baptismi loquendo sunt ista: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: proxima autem est dictorum verborum una cum debita materiae applicatione vitali facta prolatio ab idoneo ministro. Hujusmodi vero forma alia est absoluta, quae nulla adjecta conditione prolata, ut si quis super baptizandum v.g. absolute dicat: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Alia est conditionata, hoc est aliqua conditione adjecta pronuntiata, ut si quis jam baptizatum puerum, de quo merito dubitat, an fuerit baptizatus, dicat: si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. His intelligentur notatis quoniam alibi erit locus tractandi, quaenam sit propria cujusque sacramenti materia, et forma, pro indicata definitione de simultate materiae et formae,

39. Advertendum est, in quibus tandem conveniunt Doctores, et nos, loquendo de Eucharistiae sacramento, omnino requiri simultatem inter materiam, et formam, sive inter panem, et vini consecrationem, et inter verba con-

secrationis, adeo ut si eo momento physico, quo verba proferuntur, non sit praesens panis, et vinum, nulla, et invalida sit consecratio, cum nisi materia sit ibi praesens, non possit verificari pronomen demonstrativum Hoc, et Hic: 2do de caeteris sacramentis loquendo opus non est praecisa simultate, qua materia, et forma una simul incipiatur poni, et una simul perficiatur; et proinde sufficit, ut forma proferatur, dum materia applicatur, saltem antequam desistatur applicari, ut constat ex Rituali Romano, quod praescribens modum administrandi Baptismum sic habet. Deinde vero ea (scilicet aqua) sub trina super caput in modum crucis infusione baptizat simul, vel aliatam, in nomine SS. Trinitatis dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, + fundat primo, et Filii, + fundat 2do, et Spiritus Sancti + fundat 3tio: cum ergo aqua non funditur, dum proferuntur verba illa: Ego te baptizo, non est certe opus, ut a principio materia verbis formae aptetur. Et ratio praefata est, quia sacramentum non est totum physicum, sed morale, ut in confesso est apud omnes; et proinde inter ejusdem materiam, et formam sufficit unio moralis.

40. Hinc difficultas solum restat, an de necessitate sacramenti sit, ut forma incipiatur proferri antequam tota applicatio materiae absolvatur; an vero sufficiat, formam incipere statim post peractam totam materiae applicationem; aut e contra? Atque super hoc difficultate dicendum tantum est fit circa sacramentum Baptismi, Confirmationis, Ordinis, et Extremae Unctionis, quia loquendo de sacramento Poenitentiae, certum est, ad ejusdem valorem non requiri, ut Sacerdos verba absolutionis proferat antequam poenitens perficiat actus a se necessarios, nempe confessionem scilicet, dolorem, et propositum non peccandi. Ex caetero, quinimo necesse est, ut statim a peracta dolorosa confessione, et poenitentia injuncta, et acceptata formam absolutionis proferat. Unde valida erit absolutio, etsi aliqua brevis distantia inter eam, et actus poenitentis, qui sunt quasi materia sacramenti Poenitentiae, intercedat, quia sacramentum hoc institutum est per modum judicii, ad cujus valorem necesse non est, ut cognita causa illico proferatur sententia. Quod et idem dic de Matrimonio, ad cujus certe valorem non requiritur, ut immediate ex unius partis consensu ponatur alterius partis consensus, sed sufficit, ut consensus unius partis moraliter perseveret usque ad tempus, quo altera pars consensum suum praestat, ut recte [illegible] ex eo, quod Matrimonium contrahi [illegible] per Procuratorem [illegible], sicut habetur in Capit. Accedens. de Procuratoribus, et in Capit. Procurator, eodem Titulo in 6. Et ratio est, quia Matrimonium perficitur per modum contractus, ad cujus valorem sufficit moralis perseverantia consensus.

41. Quod autem attinet ad laudatum dubium quamvis forte communius Doctores sustineant, ad valorem dictorum sacramentorum non requiri, ut forma incipiatur, antequam materiae applicatio perficiatur; sed sufficere, ut [illegible]

probatur immediatè post mãe applicationem, quia, ut requiritur, adhuc habetur unio moralis inter mãm, et formã; ideòq' adhuc totũ morale, quale est sacramentũ, consurgeret; nihilominus tñ oppositum in praxi est sustinendum, tum quia prima illa sententia, licèt fortè probabilior; non est tñ moraliter certa; tũ quia in iis, quæ ad valorem sacramentorum pertinent, tutior pars est sequenda, ut constat ex propõe dãna prima inter damnatas ab Innocentio XI. Non est licitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, aut conventio, aut periculũ gravis damni incurrendi. Sed sit

Articulus secundus.

De modo, quo xtus determinaverit mãm, et formã sacramentorũ.

42 Pro intelligentia præsentis difficultatis: An xtus Dominus determinaverit mãm, et formã sacramentorũ novæ legis? advertendum est mãm, et formam rei alicujus trifariam posse determinari, nimirũ in genere, in specie, et in individuo. Determinantur in genere, quando assignantur quidem mãa, et forma, sed non determinando cujusmodi speciei ea debeant; sic si quis fabro diceret: confice mensam: nec adderet ex quercu, ex abiete aut ex aliqua alia re, nec designaret figuram, solũ in genere mãm, et formã determinaret; non autem in specie, ut patet. in genere quidem, quia cũ mensa sit quid corporeũ, sine mãa aliqua, et forma ea non fit. Determinantur verò in specie, dũ mãa, et forma speciei assignantur, ut si quis diceret fabro: fac mensam ovalem ex quercu, determinaret mãm, et formã in specie. Denique determinantur in individuo, quando non solo mãæ species, et formæ qualitas assignatur, sed hæc, aut illa numerice determinatur, ut si quis diceret fabro: confice mensam talis determinatæ ovalis figuræ ex hac numero tabula. His diligenter notatis

43 Illud primò certũ est in præsenti [illegible] xtũ Dominũ nullius sacramenti mãm, et formã determinasse in individuo. Non enim, ut loquendo de Baptismo incipiamus, ut sub hac numero aqua conferatur Baptismus; quasi quis loco aquæ Tiberis uti non possit aqua fluminis, aut pluviali. Secundò item certum est, xtũ saltem in genere, et quoad substantiã determinasse et mãm, et formã singulorũ sacramentorũ novæ legis, idest saltem præcepisse, ut adhiberetur signum sensibile opportunũ, aptum, et idoneum ad finem instituti sacramenti significandum. Atque patet vel ex eo, quod, ut supra dictũ est, xtus Dominus est sacramentorum auctor, et institutor sacramentorũ novæ legis. Quod certè esse non potest nisi aliã saltem quoad substantiam instituerit, seu determinaverit partes ea sacramenta constituentes, quæ sunt ipsa mãa, et forma, quibus constituuntur ea sacramenta. Tertiò pariter certum est, xtũ Dominũ in specie determinasse materiã, et formã quorundã sacramentorum, Baptismi scilicet, et Eucharistiæ. Et Baptismo

enim Joan. 3. dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu
Sancto, non potest introire in Regnum Dei: ubi certe aqua designatur
pro Baptismi materia: forma vero determinatur Matth. 28. verbis
illis: Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et
Filii, et Spiritus Sancti. De Eucharistia autem loquendo ejusdem
materia, ex qua ipsa conficitur, nempe panis, et vinum, una si-
mul cum forma traditur Matth. 26., et 1. Corint. 11. his verbis Ac-
cepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Accipite, et man-
ducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc faci-
te in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam
cenavit dicens: hic calix novum testamentum est in meo San-
guine. Hoc facite in meam commemorationem. Atque hinc dif-
ficultas reducitur ad determinationem materiae, et formae quoad
speciem in reliquis sacramentis, praesertim Confirmationis, et
Ordinis; in quo et ipsi Theologi Orthodoxi inter se dissident.
Quo in dissidio placet sententia affirmativa; unde cum mihi probabilior
sententia Dico, Christum Dominum non solum in genere
44 ut dictum est; sed etiam in specie saltem media determinas-
se materiam, et formam omnium sacramentorum. Ita quamplurimi
Doctores cum S. Thoma 3. part. q. 60. A. 5. in C. hanc reddente rationem.
Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctifican-
tis, non pertinet ad hominem suo judicio assumere res, quibus san-
ctificetur; sed hoc debet esse ex divina institutione determinatum.
Et ideo in sacramentis novae legis, quibus homines sanctificantur,
secundum illud 1. Corint. 6: Abluti estis, sanctificati estis, oportet
uti rebus ex divina institutione determinatis. Quae verba S. Doctoris
certe explicari non possunt de determinatione in genere, quia
in responsione ad [illegible] expresse docet oppositum inquiens: Etsi
idem possit per diversa signa significari (en qualis est determina-
tio in genere), determinare tamen, quo signo sit utendum (en deter-
minatio in specie) pertinet ad significantem, Deus autem est, qui
nobis significat spiritualia. Omissis autem duobus fundamentis, quibus
2° assertio nostra probari solet, primo nimirum, quod materiae, et formae sa-
cramentorum novae legis mentio fit in ipsis scripturis, [illegible] Doctoris
supra citatis num. [illegible]; et alio: secundo quod Christus Dominus est imme-
diatus auctor sacramentorum, et hoc [illegible] solvuntur, data
Ecclesiae potestate sacramentorum materiae, et formae determinan-
di in specie; omissis inquam, his fundamentis, probatur. Si
Christus Dominus non determinasset etiam in specie materiam, et
formam sacramentorum novae legis, fecisset certe Ecclesiae po-
testatem eas in specie determinandi, ut patet: Atqui eam
non fecit: et primo quia neque ex scriptura, neque ex traditio-
ne proferri potest textus, quo probetur, eam potestatem Eccle-
siae fuisse concessam: secundo quia si ea potestas Ecclesiae da-
ta fuisset, Ecclesia, sicuti potest mutare ritus, et caeremonias sa-
crorum sacramentorum, quia id faciendi habet potestatem, ita et
mutare posset in specie materiam, et formam aliquorum sacramentorum,

praeter eum quod ipsa constituit, rescindere possit; Atqui Ecclesia non potest mutare etiam in Graecia materiam, aut formam alicujus sacramentorum: siquidem materia, et forma constituunt substantiam sacramenti; atque Ecclesia mutare non potest aliquid ad substantiam sacramenti pertinens ut constat ex Trid.o Sess. 21. Cap. 2. non de aliquibus tantum, sed sine restrictione de omnibus loquendo sacramentis sic docente = Praeterea declarat, (sancta synodus) hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quae suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, et locorum varietate, magis expedire judicaret = ergo &c. Quod et maxime decet sacramentorum dignitatem, quae exigit, ut substantialis eorum ritus sit constans, perpetuus ac uniformis, qualis certe est data supra exposita determinatione materiae, et formae facta a Christo Domino; secus vero, ubi ea esset in Ecclesiae potestate. Sed contra

ad 2: Dices: si ita esset, nimirum si Christus Dominus in specie determinasset materiam, et formam omnium, et singulorum sacramentorum; deberet nunc in omnibus Ecclesiis materia, et forma omnium sacramentorum debebat esse eadem; seu etiam nunc eadem esset, quae fuit prioribus Ecclesiae saeculis: Hoc autem est aperte falsum, ut ex ipsis patet exemplis. Nam incipiendo ab ipsa Confirmatione tempore Apostolorum ejusdem materia erat nuda manuum impositio, ut constat ex illo Actor. 8: Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum: nunc autem ejusdem materia est Chrisma ab Episcopo consecratum: 2do materia sacramenti poenitentiae, juxta illud Joan. 20 Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. sunt omnia peccata sive mortalia, sive venialia post Baptismum commissa: introducta autem in Ecclesia quorundam casuum reservatione id factum est, ut peccata reservata non remaneant amplius materia absolutionis: 3tio materia Diaconatus, et praesertim Presbyteratus tempore Apostolorum, ut habetur Actor 6, et 1 Timot. 4, et 2 Timot. 1; item et primis sequentibus Ecclesiae saeculis; immo et adhuc hoc tempore in Ecclesia Graeca est sola manuum impositio; in Ecclesia autem Latina jam a multis saeculis non solum est dicta manuum impositio; sed etiam pro Diaconatu est traditio libri Evangeliorum, et pro Presbyteratu est traditio calicis cum vino, et patenae cum pane: Tandem matrimonii materia ante Trid.m erat quivis contractus sive publicus, sive clandestinus; a tempore autem Trid.i, ubi ejusdem forma est praescripta, est solus contractus solemnis, celebratus nempe coram Parocho, et duobus testibus: Quod et etiam videre est in forma sacramentorum, ut vel patet praedicanti hanc formam Presbyteratus, quam Ecclesia Latina adhibet, nempe hanc. Accipe potestatem offerre sacrificium in Ecclesia pro vivis, et mortuis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. et hanc alteram, qua utitur Ecclesia Graeca his verbis: Divina gratia, quae semper infirma curat, et quae desunt, supplet, promovet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum. Oremus igitur pro eo, ut veniat

super eum gratia sanctissimi Spiritus. Quae dum formae certae sunt etc. divinitus: cum ergo dici nequeat, Ecclesiam mutare posse ea, quae sunt juris divini, seu a Christo Domino praecepta, et instituta sunt, consequens est, ut Dominum Ecclesiae suae sponsae dedisse potestatem determinandi in specie materiam, et formam aliquorum Sacramentorum, ut alia non obscure innuunt verba illa Joan. 20: Sicut misit me Pater, et ego mitto vos: utpote cum Christus a Patre suo missus fuerit cum potestate sacramentorum materiam determinandi.

47\. Respondeo, concesso majori intellecta de identitate materiae, et formae substantialis, nego minorem, ad cujus probationem, quod primo spectat ad Confirmationem, nonnulli censuerunt solam manuum impositionem esse materiam essentialem, et substantialem Sacramenti Confirmationis, unctionem vero Chrismatis esse materiam accidentalem, utpote cum de sola manuum impositione fiat mentio in Scripturis. Unde in hac sententia argumentum non urget; sicuti non urget in sententia asserente etiam unctionem Chrismatis esse materiam partialem substantialem, quia licet certe nec implicite quidem ea de fiat mentio in Scripturis, attamen habentur firmissima fundamenta, Apostolos ipsos contulisse Confirmationem cum Chrismatis unctione, ut videre est apud Doctores, et inter alios apud Honoratum Tournely, et praecipue in Catechismo Romano Part. 2 Cap. 3. num. 7, ubi probatur, Apostolos confectionem Chrismatis a Christo accepisse. Unde in hac sententia nullo modo materia Confirmationis nunc diversa est ab ea, qua usi sunt Apostoli, eorumque primi successores.

48\. Quod vero a Sacramento Poenitentiae petitur, satis infirmum est, quia Ecclesia per casuum reservationem non efficit, ut peccata reservata non maneant materia absolutionis sacramentalis; sed solum aufert confessario jurisdictionem necessariam ad absolutionis valorem, ne videlicet possit absolvere hominem talibus inquinatum peccatis. Et propterea non variatur Poenitentiae materia; sicuti non variatur materia Baptismi ab eo, qui aquam naturalem curat consecrari.

49\. Ad 3tium petitum a materia, et forma Ordinis quamplures magni nominis Theologi, quos citat, et sequi videtur Benedictus XIV. Pontifex sapientissimus de Synodo Diocesana Lib. 8. Cap. 10 num. 4, censuerunt, adaequatam materiam et formam substantialem Diaconatus et Presbyteratus esse solam manuum impositionem cum verbis ei correspondentibus, porrectionem autem instrumentorum esse ritum mere accessorium et integrantem, ab Ecclesia adjunctum ad majorem eorundem significationem, et expressionem collatae potestatis. Atque hinc Decretum Eugenii IV. in Concilio Florentino, in quo ut materia Presbyteratus assignatur traditio calicis cum vino, et pro materia Diaconatus assignatur traditio libri Evangeliorum, exponunt de materia accidentali, seu integrante, et accessoria, quatenus Summus Pontifex et eo loco instruere voluit Armenos, qui unionem amplexabantur cum Ecclesia Latina, et Romana. Sed de hoc fusius etiam suo loco; sicuti et de aliis contra formas objectis, quae quidem sunt [illegible] non [illegible] valitate diversae, cum ambae potestatem collatam [illegible] significare, eorumque ...

50. De ultimo de Matrimonio adnotandum est ex una parte, quod Xtus Dominus pro mâ Matrimonij assignavit non quemcunque contractum, quo vir, et mulier mutuo jus in suo corpore tradant, sed contractum validum, et legitimum; ita ut si contractus ex aliquo capite sit nullus, et invalidus, non sit mâ â Xto Domino pro matrimonio designata: ex altera vero parte, quod sicuti Respublica contractibus civilibus pro bono communi apponere pt quasdam solemnitates, quibus non servatis contractus sint nulli, et invalidi; ita et Ecclesia tanquam legitimus Magistratus contractibus sacris, qualis est contractus matrimonij ad dgm sacramenti elevati, pro bono spirituali communi pt apponere quasdam conditiones, et solemnitates, sine quibus contractus illi nulli sint, et invalidi. Quod Ecclesia præstitit in Concilio Trid.no contractui matrimoniali apponendo solemnitatem præsentiæ Parochi, et duorum testium. Atque hinc sicuti qui ex vino acetum faceret, non posset dici mutare mâm sacramenti Eucharistiæ; sed potius facere, ut ea mâ, quæ sacramento erat mâ apta pro Eucharistia, talis amplius non maneat; ita facit Ecclesia annullando contractus clandestinos pro matrimonio, quia videlicet de hoc ut proprie dici posset Ecclesiam mutasse mâm matrimonij, necesse est, ut efficisset contractum validum, et legitimum non esse amplius ejusdem mâm. Sed de his jam satis. Unde sit

Articulus Tertius.

De mutatione mæ, et formæ officiente valori sacramenti.

51. Mutationem substantialem sive mæ, sive formæ â Xto Domino institutæ, invalidare, et irritum reddere sacramentum; secus vero accidentalem, penes omnes Catholicos Doctores convenit, et tanquam certum supponitur, et manifeste patet ex eo, quod Xtus Dominus, ut supra notatum est, ita determinavit mâm, et formam sacramentorum, ut sint partes intrinsecæ, et essentiales eorundem, et proinde substantialiter variatis, sive ipsa forma, sive ipsa mâ, sive utraque simul amplius non ponuntur oes partes substantiales, seu essentiales sacramenti, ac per consequens neque ipsum sacramentum: secus autem, ubi mutatio est tantum accidentalis, quia tunc adhuc remanent partes oes essentialiter sacramentum constituentes, et per consequens etiam ipsum sacramentum. In praxi ergo tantum difficultas est pt pro dignoscendo, quandonam mutatio mæ, et formæ sit substantialis, et quandonam sit tantum accidentalis: pro qua

52. Quæres primo, quænam mutatio mæ sacramentorum censenda sit substantialis, et quænam accidentalis.

Resp. Deo, hic dubitari non posse, quin ea mæ mutatio sit substantialis, ubi quis mâ [illegible] essentialiter diversa utatur loco illius, quam Xtus Dominus instituendo sacramentum determinavit, ut patet ab ipsis terminis. Sic certe [illegible] vino, vel Eucharistiam conficere vellet [illegible] aquam [illegible] invalide baptizaret, et [illegible] illud sacramentum non [illegible], sed tantum morale,

totum dubium reducitur ad eos casus, in quibus quis vbi conti-
cere sacramentum utatur mãa, que in physica consideratione
secundum sui substantiam est eadem cum ea, quam xtus determi-
navit, et solum est physicè accidentaliter diversa, ut continge-
ret, si quis loco aque naturalis in baptizando nive, aut glacie u-
teretur; vel etiam est et substantialiter, et accidentaliter omnino
eadem secundum physicam entitatem, ut est, ubi quis Chrisma,
et oleum ab Episcopo non consecratum adhiberet, dum vult sa-
cramentum Confirmationis, aut extreme Unctionis administrare.
Tunc autem mãe mutatio dicenda erit substantialis, quando
mãa substituta moraliter, et theologicè, seu juxta communem
usum, et prudentum, ac Doctorum sanum iudicium eadem non est
cum illa, quam xtus Dominus sacramentum instituendo designavit,
qualis erit, ubi vel non manet apta ad significandum id, ad
quod significandum est instituta mãa a xto Domino desi-
gnata; vel ipsi deest aliqua qualitas a xto Domino in
ipsius mãe designatione determinata tanquam necessaria
ad valorem sacramenti: sicque glacies, aut nix, aut grando
[illegible], utpote inepta ad abluendum, et per corporis ad significan-
dam interiorem ablutionem, que per baptismum fit in anima,
sicuti et oleum, aut Chrisma ab Episcopo non consecratum,
utpote ei deficiens predicatum sacri, quod xtus requisivit ad
Confirmationis, et extreme Unctionis mãam, non manent mãa
Baptismi, Confirmationis, ac extreme Unctionis.

§3. Contra vero mutatio mãe dicenda
erit accidentalis, quando in morali hominum prudentum, ac d-
octorum existimatione manet substantialiter eadem cum illa,
quam xtus sacramentum instituendo determinavit, qualis erit
ubi et manet apta ad significandum id, ad quod significan-
dum a xto Domino fuit instituta, et ipsi non deest aliqua ex
qualitatibus ab ipso xto Domino ad sacramenti valorem re-
quisitis, atque sic si quis baptizando loco aque benedicte
utatur non benedicta, loco Chrismatis recenter benedicti
veteri jam benedicto utatur, aut loco baptizandi per ablutio-
nem aque super caput baptizandi adhibeat aspersionem, aut
immersionem, mutatio erit tantum accidentalis, et minimè
non invalidans sacramentum. Que tamen clariora fient dicendis
in unoquoque sacramento in particulari examinando.

§4. Queres 2do, quenam mutatio forme
dicenda sit moraliter, seu theologicè substantialis, et que-
nam accidentalis?

Respondeo, mutationem forme primo esse sub-
stantialem, ubi non adhibentur verba ore prolata, ubi essen-
tialiter requiruntur, ut reipsa in omnibus sacramentis, ma-
trimonio excepto, requiruntur; et sic si confitentibus signo tan-
tum, aut nutibus penitentem absolvere intenderet, nulla et
invalida foret absolutio. Secundo quando verba quidem ore
proferuntur, sed ita mutantur, ut amplius non maneat
sensus, quem xtus ut essentialem instituit. Atque sic si contra

mutatio formæ erit tantum accidentalis, quando verba substituta non variantur, et eundem sensum essentialem habent cum forma à Christo Domino instituta, atque ab Ecclesia usurpata sed pro bono clariori intelligentia.

55. Quæres 2º, quot modis contingat hanc mutationem in forma sacramentorum?

Respondeo, 1º pluribus modis posse contingere. Et primo forma mutari potest per diversum idioma, ut cum, si quis in Ecclesia Latina pro verbis linguæ latinæ utatur verbis linguæ Italicæ, aut vernaculæ, aut alterius, quam ipse calleat; et tunc si sensus verborum linguæ v.g. Italicæ quoad substantiam sit idem cum eo, quem verba latina præseferunt, mutatio erit tantum accidentalis, et nullo modo officiet valori sacramenti quia Christus Dominus formas sacramentorum instituit in verbis sub ratione significationis talium verborum sacrarum. Quamvis [illegible], ut optime monet Honoratus Tournely hic quæst. 1. A. 4, publicus Minister omnino cavere debeat, ne in sacramentis conficiendis alio utatur sermone ab eo, qui publico, et communi usu Ecclesiæ receptus est; loquendo tamen de Laico in necessitate baptismum administrante, si linguæ latinæ ignarus esset, ad vitandum periculum commutandi verborum sensum, melius faceret, si propria lingua utatur, ut communiter Doctores advertunt.

56. Secundo sacramentorum forma mutatur per verba synonima, quando scilicet loco verborum, quibus Ecclesia utitur, apponuntur verba materialiter quidem diversa, sed eadem in communi, et recepto usu significantia, ut si quis in Baptismi administratione loco verbi: baptizo: utatur verbo tingo, aut verbo: lavo. Atque mutatio erit accidentalis ubi verba synonima substituta attento communi, ac recepto usu clare, et expresse habeant significare idem cum verbis ab Ecclesia in talis sacramenti confectione adhibitis. Quod [illegible] notandum, quia si verba substituta vel solum juxta [illegible] usum, et sensum, vel solum confuse, et implicite habeant eandem significationem cum verbis, quibus Ecclesia utitur, mutatio erit substantialis, et proinde nullum rei sacramentum. Atque hac ratione nullus est Baptismus collatus sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Sanctissimæ Trinitatis. Dubius vero si conferatur sub hac aut alia similis forma: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, et Procedentis quia nempe sub illa priori formula æque clare, et distincte non exprimuntur tres Personæ SS. Trinitatis: sub altera vero satis incertum est, an æque clare, et distincte exprimantur, quam sub formula ab Ecclesia usurpata.

57. Tertio mutatio in forma contingit, si quis loco verbi activi verbo passivo utatur, aut pro modo indicativo modum imperativum usurpaverit. Et hæc mutatio est tantum accidentalis, ut notat [illegible] formam Baptismi, qua Græci utuntur, nempe hanc: Baptizatur, vel Baptizetur servus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: quæ

baptismum validum conferri nemini dubium est, et ostendit Catechismus Rom. de Sacramento Baptismi sub num. 13.

58. Quarto mutatio formae haberi potest per verborum transpositionem, cum nempe recitantur quidem omnia verba, quibus constat forma ab Ecclesia usitata; altero tamen ordine, ut unum verbum ante aliud prius, ordine inverso pronuntiatur, ut si quis diceret baptizando: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti ego baptizo te. Hocque in casu mutatio potest esse et substantialis, et accidentalis: Substantialis quidem, ubi verba ita transponuntur, et invertuntur, ut non remaneat, et intelligatur sensus verborum ex Christi institutione requisitus; accidentalis vero ubi talis sensus adhuc remanet, et intelligitur; et propterea invalidus esset baptismus sub hac forma collatus: Ego Patris baptizo te in nomine, Filii, et Spiritus Sancti. quia hic Patris puta verbum intelligendi modum afficit pronomen ego, et sensum reddit: ego pertinens ad Patrem; et proinde facit sensum diversum ab instituto a Christo Domino: validus vero erit, si conferatur sub hac forma. Ego baptizo te in nomine Filii, et Patris, et Spiritus Sancti: quia adhuc intelligitur, Patrem esse principium Filii, et fontem totius Trinitatis.

59. Quinto forma mutari potest per interruptionem, quae duplициter contingere potest, primo nempe quando unum, vel alterum verborum formam constituentium ab aliis disjungitur, ut si quis baptizaturus proferat haec verba. Ego te baptizo et deinde vel tussiat, vel respiret, vel interloquatur, et postmodum addat: in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. 2do ubi syllabae ejusdem verbi consecrationis disjunguntur, ut si quis consecraturus dicat: Hoc est cor: et deinde respiret, aut ad tempus aliquod quiescat, et postmodum addat: pus meum. Si jam interruptio priori modo contingat et tussis, vel respiratio, et locutio interposita sit brevis, adeo ut se habeat veluti quaedam parenthesis intermedia, ut V.G. si Parochus baptizans post prolata verba: Ego te baptizo audiens puerorum clamorem dicat Pueri silete: et deinde prosequatur dicens: in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: communiter Doctores conveniunt, mutationem esse accidentalem, quia tunc prolatio verborum formae censetur moraliter una continuata Oratio. Ubi vero notabile temporis intervallum erit inter unius, et alterius verbi prolationem, et inter prolationem aliorum, ut si quis proferat haec verba: Ego baptizo te et deinde recitet Psalmum, aut cum aliquo ad tempus aliquod loquatur. et postmodum addat: in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: mutatio erit substantialis, quia prolatio totius formae non censetur una oratio moraliter continuata. Si vero interruptio 2do modo fiat, tunc similiter erit mutationem esse substantialem, ut per se patet. Unde licet brevis tussis, aut respiratio inter pronuntiationem syllabae: cor: et pronuntiationem syllabae: pus: non videatur invalidare consecrationem: invalidaretur tamen, ubi quis ad aliquod tempus siluerit, aut interloqueretur.

6°. Sextò mutatio formæ contingere fit per verborum additionem, quando nimirum verbis formæ, qua Ecclesia utitur, adduntur alia verba, ut si quis baptizando dicat: Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, et Filii ejus unigeniti, et Spiritus sancti procedentis: aut consecrando panem dicat: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hoc autem in casu, si verba addita non corrumpant sensum a Xto intentum, mutatio erit tantum accidentalis, ut in relatis casibus contingit: sin verò verba addita juxta communem loquendi modum corrumpant verborum sensum, mutatio erit substantialis, et sacramentum invalidabit, atque sic nullus erat baptismus, quem, referente d. Epiphanio hæresi 76., Eunomiani conferebant sub hac formâ: Baptizo te in nomine Dei increati, et Filii creati, et Spiritus sanctificantis a creato Filio creati: sicuti et invalidus esset Baptismus, quem quis conferret sub hac formâ: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et B. Mariæ Virginis: quia sicuti illa verba sonant Baptismum conferri in potestate, auctoritate, et virtute trium Personarum d. Trinitatis, ita et conferri in potestate, auctoritate, et virtute BBæ. Virginis. Qui sensus certè omnino alienus est a sensu a Xto Domino intento per verba illa Matth. 28: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

7°. Septimò forma mutatur per diminutionem, seu subtractionem, quod fit, cum non proferuntur omnia verba formæ ab Ecclesia usitatæ; et tunc mutatio erit tantum accidentalis, si subtrahantur solùm verba, sine quibus adhuc intelligitur sensus formæ ab Ecclesia adhibitæ, ut si quis in forma Baptismi, aut Pœnitentiæ, omittat pronomen ego, aut in forma consecrationis panis omittat adverbium enim, et dicat: Baptizo te in nomine Patris &c: Te absolvo a peccatis tuis &c: Hoc est corpus meum: erit autem substantialis, si omittatur verbum essentiale ad exprimendum sensum formæ, qua utitur Ecclesia, ut si quis consecrando panem omittat pronomen hoc, aut meum, et dicat: est corpus meum: aut: Hoc est corpus.

8°. Octavò mutatio formæ fit per corruptionem, cum nempe verba formæ, quam Ecclesia adhibet, corruptè pronunciantur, ut esset si quis inter pronunciandi syllabam tanquam longam, ut brevem, et errat, aut vitio linguæ impeditus, pronunciaret literam R, ut Z, consecrando panem diceret: Hoc est Zorpus meum. et [illegible] diceret: Ego te bartiso in nomine Patris &c: aut linguæ latinæ ignarus ita consecraret: Hic est corpus meus, sive hic non tanquam adverbium, sed tanquam pronomen usurpando. Atque hoc in casu ad dignoscendum an corruptio verborum inducat mutationem substantialem, an accidentalem tantum? sequentem sequuntur

tradunt Doctores, quod nempe tunc mutatio est tantum accidentalis, ubi verba corrupta etsi secundum se sumpta in rigore non habeant significationem à Xto Domino intentam; eam tamen habent tum attento modo pronuntiandi, tum attentis circumstantijs, in quibus proferuntur; adeò ut audientibus ijs omnibus spectatis ingeneretur sensus à Xto intentus, et ex facto in alio sensu non proferri intelligant circumstantes: contra verò mutatio est substantialis, ubi verba corrupta neque secundum se, neque ex modo pronuntiandi, neque ex circumstantijs important, et exhibent sensum à Xto Domino designatum. Atque huic regulae favet Canit. Retulerunt, de consecrat. Dist. 4, ubi Zacharias Summus Pontifex à Bonifacio consultus circa Baptismum à quodam Presbytero ignaro latinae linguae collatum sub hac forma: Baptizo te in nomine Patria, et Filia, et Spiritua Sancta. consultus respondit hoc modo: Si ille, qui baptizavit, non errorem introducens, aut haeresim, sed pro sola ignorantia Romanae locutionis infringendo linguam, (ut supra diximus) baptizans dixisset non possumus consentire, ut denuò baptizentur. Nam talis Baptismus à Summo Pontifice tanquam validus fuit judicatus, quia attentis circumstantijs ignorantiae, et rectae intentionis illius Presbyteri verba illa in adstantibus non habebant ingenerare alium sensum, quàm à Xto Domino institutum, ita ut si tales circumstantiae defuissent, utpote si laudatus Presbyter linguam latinam calluisset, aut de illius recta intentione dubitatum fuisset, nullus fuisset talis Baptismus. Quamvis et hic pro praxi multum inserviat prae oculis habere regulam, quam cum d. Thoā hic Quaest. 60. A. 7. ad 3.um communiter tradunt Doctores, nempe hanc. Si mutatio, seu corruptio vocis se teneat ex parte principij dictionis, ut si in forma baptismi loco Patris dicatur Matris, regulariter mutatio sit substantialis: contra verò si mutatio sit circa finem dictionis, regulariter mutatio sit accidentalis, quia nempe apud Latinos plurimae sunt inflexiones in fine, quae non variant significationem vocis, et verus sensus [illegible] per illas, quae antecedunt, voces praesumatur.

23 Ultimò tandem formae mutatio fieri potest per substitutionem, ut esset, ubi quis loco verborum uteretur scriptura, nutibus, aliisque signis, aut numerum pluralem pro singulari usurparet, aut verbum aequivocum pro determinate significante adhiberet. Si hoc primo modo substitutio contingat ex dictis supra patet, mutationem esse substantialem, atque sacramentum invalidum, si matrimonium [illegible] excipiatur. Si verò secundo modo fiat substitutio, tunc regulariter mutatio erit tantum accidentalis. Nam si V.G. Persona illustris, ac in dignitate constituta aliquem Baptizando dicat: Nos te baptizamus in nomine Patris etc.: aut in confessione sacerdos poenitentem absolvendo diceret: Ego absolvo vos, aut catechumenum sacra

à peccatis nostris Dei, hujusmodi formæ variatio non habet aliam significationem ab ea, quam haberet pronuntiatio formæ in numero singulari. Si autem ultimo modo substitutio contingat, tunc recto judicandum de qualitate mutationis recurrendum erit ad intentionem proferentis, et ad circumstantias occurrentes, quia videlicet verba ambigua seu æquivoca sunt secundum se indifferentia tum ad sensum requisitum ad valorem sacramenti, tum ad aliud sensum, atque hujusmodi verba ad determinatè significandum non applicantur nisi per intentionem eis utentis, et per occurrentes circumstantias. His autem expositis pro dignoscenda, et secernenda mutatione substantiali tum materiæ, tum formæ ab accidentali

64 Quæres 4.º, an, et qualiter peccet Minister mutando vel materiam, vel formam ab Ecclesia usitatam in sacramentorum administratione?

Resp. 1.º, illud certum esse apud omnes, quamcumque fieri variationem mutationem non solum materiæ, ac formæ, sed etiam novum, et cæremoniarum, quibus in administrationis sacramentis Ecclesia utitur, esse illicitam, seu peccaminosam, ut patet meditanti hunc sess. 7 Trid. Canonem 13: Si quis dixerit, receptos, et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos [illegible] per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit: unde difficultas solum esse potest circa qualitatem peccati illius, qui deliberatè, aut ex culpabili ignorantia materiam, aut formam, qua Ecclesia in administrandis sacramentis utitur, variat, seu mutaret. Atque circa hoc

65 Dico 1.º, gravissimum peccatum patrarem, qui [illegible], et deliberata auderet substantialiter mutare materiam [illegible] formam sacramentorum, quibus in sacramentis conficiendis [illegible] Ecclesia utitur: et 1.º quidem contra Religionem, quia maximam injuriam irrogat Deo auctori sacramentorum, agendo contra ejus institutionem, et frustrando ea, quæ ipsi voluit ac gratiæ conferendæ; 2.º contra charitatem, privando proximum magno bono spirituali, quale est gratia per sacramenta [illegible]: 3.º [illegible], etiam contra justitiam, quia hoc ipso, quod quis [illegible] sacramenta [illegible] minister, statim se obligat saltem tacitè ad administrandum [illegible], et in utilitatem [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible], qui [illegible] justa [illegible] [illegible], et [illegible], [illegible] [illegible], ac etiam non constat [illegible] substantialiter [illegible], quam [illegible] [illegible], ut [illegible] et [illegible] [illegible] causa sacramentum [illegible] [illegible] [illegible]. Atque hinc etiam esse potest solum circa qualitatem peccati illius, qui solum accidentaliter mutaret materiam, et formam sacramentorum.

Dico ergo 2.º, etiam esse mortale peccatum accidentaliter mutare materiam, et formam sacramentorum, ubi talis mutatio fiat deliberatè, et absque necessitate, et sit notabilis, et [illegible] [illegible] ex [illegible] citato Canone Trid., 2.º [illegible] Romano, in quo [illegible] ex [illegible] forma [illegible]

cum gravissimè peccatum, qui formæ eucharistiæ aliquid ad-
deret, quod tamen significationem non mutaret: 3tiò quia fieret con-
tra præceptum ecclesiæ, et usum quasi vim legis habentem, et quidem
in re gravi ad Religionem pertinente. Si autem mutatio acci-
dentalis materiæ, aut formæ, et idem dic de ritibus, ac cærimoniis
ab ecclesia institutis, sit in se, õibus circumstantiis, levis, tunc seclu-
so scandalo, et contemptu, et animo inducendi novum ritum
in ecclesia Dei, aut alia simili prava intentione, ut [illegible]
tenent Doctores, ad culpam gravem non imputabitur, ex defe-
ctu scilicet materiæ gravis, quæ certè ad mortale peccatum requi-
ritur. Sed [illegible] praxis. Quæres ultimò, quænam mutatio acciden-
17. talis sive materiæ, sive formæ censenda sit levis, aut notabilis?
Respondeo, hic rem satis abstrusam, et diffici-
lem quæri, quæ non nisi pro merito solvi, nisi percurrendo singu-
las materias sacramentorum, et formas accidentaliter diversas
ab iis quibus ecclesia utitur. Ast nihilominus ut aliquo modo
satisfaciam quæsito, referam nonnulla, in quibus facilè conveni-
unt Doctores. Docent itaque, mutationem accidentalem esse pe-
ra peccatum mortale, ubi sacerdos latinus in consecrando ute-
retur pane fermentato pro azymo, aut in sacramentis confi-
ciendis in ecclesia latina forma græca uteretur. 2dò si in
forma consecrationis Calicis omitteret illa verba: novi, et æ-
terni testamenti: 3tiò si publicus minister in ecclesia lati-
na alia lingua à latina formam proferret: 4tò si minister in
conferendo extremam Unctionem loco novi Olei antiquo ute-
retur, aut in forma omitteret verba illa: sanctam, et piissi-
mam misericordiam, aut etiam nomen illius sensus, qui un-
gitur: 5tò, ut alii multi, qui in baptizando hac forma u-
terentur: Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, et
Filii Salvatoris, et Spiritus Sancti consolatoris: aut hoc [illegible]
formam invertentes dicendo: Ego te Baptizo in nomine Filii,
et Patris, et Spiritus Sancti: quinimo juxta plures esset pec-
catum grave, ubi in forma baptismi advertenter quis omitte-
ret particulam copulativam et: Contra vero censent, mutationem
accidentalem non esse secundum se notabilem, ubi in forma
Baptismi, aut Pœnitentiæ, omitteretur pronomen ego et in for-
ma consecrationis adverbium enim: item ubi unum [illegible]
formæ repeteretur, seu bis diceretur, quamvis totam formam etiam
sub conditione repetere sit grave peccatum 3tiò, [illegible]
si laicus etiam [illegible] latina [illegible]
la in necessitate baptizaret.
18 Hic si [illegible] necessaria supersunt. Quæri-
tur, nullum sine peccato, et justa causa omittere posse, vel cæ-
remonias ab ecclesia [illegible] pro sacramentorum administra-
tione; et proinde timere, ne fuerit baptizandus [illegible] an-
tequam baptizetur, ubi solet fieri cærimonias institutas, his
omissis statim [illegible] licitè poterit baptizare, deinde si ca-
sus erit, supplendo cærimonias. Alterum est, supradicto [illegible]

introducenda sit de ea mutatione accidentali, quæ sit contra præceptum, quia si sit tantum juxta usum communiorem ecclesiæ, uti si in hyeme pro baptismo tepefacias aquam, ne infanti noceat; si pro confirmatione signes chrismate crucem solito magnam aut valde parvam in fronte; si pro eucharistia semper utaris pane recente, et vino tantum antiquo, vel rubro etc., nullum erit peccatum. Sed jam sit.

Articulus Quartus.

De errore Ministri circa materiam, et formam sacramenti.

69. Ministrum sacramentorum errantem circa materiam, et formam substantialem sacramenti, v. g. putantem, vinum esse materiam sufficientem pro Baptismo, aut adjicientem formam esse hanc: Ego te baptizo in nomine Patris majoris, et Filii minoris, et Spiritus sancti; eamque vel materiam, vel formam, vel utramque usurpantem non conficere sacramentum, patet ex supra dictis, cum tunc non ponerentur constitutiva essentialia ipsius sacramenti: sicuti etiam constat, taliter errantem non conficere sacramentum, ubi etiam debita materia, et forma usurpatur, si interim non habeat intentionem saltem generalem faciendi id, quod Christus Dominus instituit, aut ecclesia ab ipso Christo tradita, quæcunque ea sit, facere intendit, quia juxta jam laudatum Florentinum decretum, quod initio præsentis capitis recitatum, si vel dicta intentio desit, non perficitur sacramentum. Hinc difficultas superest solum pro eo casu, quo minister saltem in generali verè intendit conficere sacramentum, quod Christus instituit, vel Christi ecclesia conferre intendit, et licet erret sive circa substantialia, sive accidentalia materiæ, aut formæ a Christo Domino determinata; nihilominus utitur materia et forma a Christo instituta, et ab ecclesia usitata vel ab ea tantum accidentaliter diversa, vel æquivocam et ambiguam formam adhibeat. Itaque pro his capitibus

70. Dico nunc: Ministrum sacramentorum errantem circa ipsorum materiam, vel formam, dummodo habeat intentionem saltem generalem faciendi id, quod Christus instituit, aut vera Christi ecclesia, quæcunque ea sit, facere intendit, atque utatur materia, et forma ab ecclesia usitata, aut ab ea tantum accidentaliter diversa, verum facere sacramentum, etiamsi in eorum administrationem suum errorem introducere intenderet. Ita expressè [illegible] cap. 4 de Baptismo contra [illegible] [illegible] = si solo errore [illegible] Baptismum [illegible] [illegible] comparatur, non [illegible] cujusquam vel [illegible] [illegible] [illegible], sive de Patre, sive de Filio, sive [illegible] [illegible] [illegible] sentiat, quam [illegible] doctrina [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Florentino [illegible] [illegible]
Nam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] requirunter [illegible] [illegible], et
[illegible] a Christo instituta, et ministri intentio [illegible] sacramenti, quod [illegible]
[illegible] ecclesia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nostro habemus, et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] de Baptismo cap. 4 [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible], Baptismum [illegible] et [illegible] [illegible] in nomine Patris,

et Filii, et Spiritus Sancti, non esse verum Baptismum. Ratio autem est, quia hoc ipso, quod errans circa materiam, vel formam sacramenti intendit administrare sacramentum, sicut Christus instituit, aut ejus vera Ecclesia intendit facere, haec sua intentio praevalet privato errori; neque amplius non influit in actionem sacramentalem; et moraliter ita se habet, ac si non esset, quia nempe taliter errans non habet voluntatem administrandi sacramentum secundum suum particularem errorem, nisi ex suppositione quod ejus sensus sit verus, et institutioni Christi conformis: ergo &c.

71. Hinc fit Latinum sacerdotem existimantem formam Baptismi, aut consecrationis panis Ecclesiae Graecae esse nullam, et invalidam, valide baptizare, et consecrare, ubi cum generali intentione faciendi quod vera Christi ecclesia facit, baptizat sub hac Graeca forma: Baptizatur, vel Baptizetur servus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti et panem consecrat sub hac alia forma: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: sicuti et Latinus Presbyter existimans particulam enim pertinere ad essentiam consecrationis panis, consecrando panem eam omittit, ac solum dicit: Hoc est Corpus meum: tunc scilicet valide consecrat, si habeat veram consecrandi intentionem juxta Christi, aut Ecclesiae voluntatem. Quod et dicendum de eo, qui existimat, aliquid non esse de essentia sacramenti, v.g. pronomen meum in consecratione panis non esse de essentia formae, consecrando retinens illud cum reliquis verbis ritu propter suam intentionem faciendi quod Christus instituit, aut facere intendit Ecclesia, tunc scilicet et hic valide consecrat.

72. Dico 2do, Ministrum Sacramentorum errantem circa formam substantialem sacramenti, ac usum verbis aequivocis, ac ambiguis utentem ad suum errorem introducendum, nullum conficere sacramentum, ubi aliquis sensus illorum verborum est contra formae substantiam. Ita testimonio [illegible] Cap. 4 Num. 4 num. 70, communiter Doctores. Probatur autem ex [illegible] Zacharias, [illegible] summus Pontifex declaravit, validum esse Baptismum collatum sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Patria et Filia et Spiritua Sancta: si baptizans non errorem introducendo, aut haeresim, sed pro sola ignorantia [illegible] ita baptizasset. Nam juxta eundem Pontificem si taliter baptizans tali forma usus esset ad introducendum errorem aliquem, ac haeresim nullus fuisset Baptismus taliter collatus [illegible] quia ubi quis verbis aequivocis, et ambiguis, [illegible] sensus [illegible], quorum aliquis est contra formae substantiam, [illegible] ad suum errorem, quem habet contra formam [illegible] introducendum, tunc non solum caret debita intentione [illegible] id, quod Christus instituit, aut vera Christi ecclesia [illegible], sed etiam verba illa ex pravi errantis intentione determinantur ad significandum, et importandum illum sensum falsum,

jus contrarium substantiae ipsius formae; et proinde substantialiter forma corrumpitur, ubi verba ambigua, et ambigua significatione determinatam ab intentione proferentis accipiant. Ubi autem non habetur intentio efficiendi Sacramentum, et forma substantialiter corrumpitur, non fit Sacramentum; ergo &c.

73 Neque dicas: Arianus [illegible] forma [illegible] te baptizo in nomine Patris majoris, et Filii minoris, et Spiritus Sancti [illegible] invalide baptizabat, ergo et baptizans sub forma ab Ecclesia Romana [illegible] invalide baptizabat. [illegible] autem probatur tum ex eo, quod verba, utpote instituta ad significandos, et exprimendos mentis conceptus, in significando dependeant ab intentione proferentis; et proinde cum Arianus per verba Patris, et Filii intenderet semper, et vellet significare Patrem majorem, et Filium minorem, Arianus etiam baptizans forma consueta Ecclesiae invalide baptizat, sicuti invalide baptizabat, [illegible] baptizabat sub ea forma Ego te baptizo in nomine Patris majoris &c.: tum etiam ex eo, quod Arianus administrans Baptismum semper intendit illum conferre in nomine Patris majoris, et Filii minoris, quia unusquisque [illegible] est accommodare mentem suam, et intentionem intimo animi sui sensui, et insuper si [illegible] non intenderet in tali administratione non [illegible] intentionem Ecclesiae, quod [illegible] instituit, ergo &c.

Respondeo, hanc veritatem expresse definitam fuisse a Trid.o sess. 7. Can. 8. his verbis =. Si quis dixerit, per ipsa novæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit =. Et probari potest ex eo, quod sacramenta nostra producere gratiam ex opere operato est eam conferre vi, et efficacia, quam Xtus Dominus actioni sacramentali tribuit independenter a merito, et dignitate illius, qui talem actionem sacramentalem exercet, quamvis in suscipiente requiratur aliqua dispositio, non quidem tanquam ratio intrinseca, seu causa efficiens ipsius divinæ gratiæ, sed tanquam conditio, seu requisitum removens obicem: Atqui de facto sacramenta nostra tali modo conferunt sanctificantem gratiam, quam significant. Ipsæ enim divinæ scripturæ, ipsis nostris sacramentis tribuunt vim, et virtutem peccata remittendi, et hominem sanctificandi, ut inter cætera loquendo de Baptismo constat ex illo Joan. 3: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei: et ex illo Actor. 2: Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Xti, in remissionem peccatorum. De confirmatione vero Actor. 8. legitur: Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Cum autem vidisset Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus &c. De Eucharistia autem Joan. 6. habetur: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: De Pœnitentia item Joan. 20 Xtus ait: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. De extrema Unctione pariter Jacob. 5: dicitur: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei: De Ordine similiter 1. Timoth. 4. Apostolus ait: Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterii. De Matrimonio Matth. 19. habetur: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet: sacramenta ergo novæ legis rite dispositis gratiam conferunt ex opere operato.

117 Neque hanc catholicam veritatem labefactant primo, plura argumenta, quae Haeretici congerunt ex scripturae testimoniis, in quibus uni dumtaxat Fidei videtur tribui vis justificandi, adeo ut defectus justificationis defectui fidei sit imputandus, ut respondere videtur ab Apostolo Rom. 1. dicente justus ex fide vivit: et cap. 3 Arbitramur justificari hominem per fidem: et ab ipso Christo Marc. ultimo ajente: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur: adde quod SS. Patres non raro sacramenta novae legis appellant sigilla, signacula, et pignora divinae gratiae; atque sigillum, signaculum, et pignus habeat quidem vim significandi, non autem efficiendi id, quod significat: tertio quod id, quod habet vim operandi gratiam ex opere operato, omnino conferat independenter a suscipientis dispositione quod novae legis sacramenta minime praestant, et denique voces istae: ex opere operato rejiciendae sunt, praesertim cum non solum sint barbarae grammaticis, sed etiam quia novae sunt, atque novitates praesertim in Religionis negotio pro viribus est eliminanda. Haec, inquam, et alia catholicam veritatem non labefactant. Nam

118 Quod ad primum attinet, falsum est, ut de Divina Fide cap. 6 A. 3 a num 219 ostendimus, scripturam sanctam soli dumtaxat Fidei tribuere vim justificandi, quamvis fatendum sit, fidem operativam, conjunctam scilicet cum spe, ac stabili spe, atque charitate perfecta associata cum voto sacramenti habere vim justificandi peccatorem, ut de Divina Charitate Cap. 3. A. 3. a num. 55. probavimus; item et ipsam divinam fidem secundum se sumptam, utpote cum sit basis, et fundamentum nostrae justificationis, esse necessariam praerequisitam etiam ad sacramentalem gratiam percipiendam, ut pariter de Divina Fide Cap. 8. a num 317, ut proinde ea deficiente neque in sacramento homo justificatur. Quod tantum, et non aliud, probant laudata scripturae testimonia, et alia ejs similia, quorum expositionem habes citato cap. 6 A. 3 de Divina fide.

119 Secundum vero, quod asseritur, verum est, sed non urget, cum solum de signis speculativis verificatur, quod non efficiant id, quod significant: non autem de signis practicis, et efficacibus, cum haec et habeant vim significandi, et simul efficiendi, quod significant, et ita ipsa cum ipsa SS. Patres sacramenta reponant inter signa practica et efficacia, ac consequenter potius nostrae favent sententiae.

120 Tertium tandem vanum est, et erroneum, si sacramenta nostra causarent gratiam independenter a dispositione recipientis, tanquam causa efficiens gratiae; licet enim a nobis non exigatur, neque dici possit, ut dispositio in recipiente concurrat, se habeat ut conditionis, et requisiti etiam remanentis, argumentum nihil probat ac sane recta, nam licet ignis sit in comburendo causa efficiens, at combustionem tanquam requisito necessario exigit, si tam non est, nam de se, et sic [illegible] non comburere. Tandem vero certum est quod neque aliud circa vocabulum Barbariam et novitatem, a principio quam, ut sapienter monet S. Aug. in Psal. 138., non timemus,

ut nos reprehendant grammatici, dummodo intelligant Populi: 2do quia prophetas voces licet novas sint quoad vocabulum, nova, tamen non sunt quoad sensum, et substantiam significatam; atque ecclesia pro casibus occurrentibus novas voces opportune commevit ad antiqua dogmata melius exprimenda, et aequivocationes tollendas, ubi praesertim Haeretici ex verbis lumen reportare intendunt, sicuti de facto in Concilio Niceno 1° adhibita est primo haec vox consubstantialis, ut Verbi Divinitas exprimeretur contra Arianos, qui ad haereticum sensum abutebantur verbis, quibus antea Catholici utebantur ad eandem Verbi divinitatem significandam. Atque ex his sit

Articulus Tertius.

De Tempore, quo Sacramenta causant gratiam.

121 Sacramenta novae legis non conferre gratiam ex opere operato, antequam actu suscipiantur, certum dicit Civibaldus hic cap. 3. Dub. 3. num. 19, et tenet constans, et unanimis Catholicorum sensus innixus ipsis divinis scripturis, Patribus, et Conciliis reali susceptioni Sacramentorum effectum gratiae tribuentibus, et rectae rationi ostendenti, effectum non posse sui causam praecedere; et proinde quando ipsae divinae Scripturae, Patres, et Concilia effectum sacramenti tribuunt illud suscipienti in voto, per fidem quae per dilectionem operatur, aut per veram contritionem intelligenda sunt de effectu causato ex opere operantis, quatenus desiderium recipiendi sacramentum cum fide, et dilectione aut vera contritione est opus bonum, et meritorium, cujus intuitu Deus gratiam sanctificantem elargitur; non autem intelligi possunt de effectu ex opere operato, quia saltem etiam Deus posset per votum sacramenti imprimi characterem, quod est omnino falsum. Hinc solum difficultas omnis fit circa tempus, quo in reali sacramenti susceptione ex opere operato confertur gratia propria sacramento. Circa hanc vero difficultatem distinguen-

122 dum est inter casum, quo valide quidem, sed ficte, idest cum obice, et impedimento divinae gratiae, seu sine debita dispositione recipientis suscipitur sacramentum, et inter casum, quo absque fictione, seu cum debita recipientis dispositione, et omni remoto obice divinae gratiae sacramentum valide suscipitur. Si enim difficultas in hoc 2do sensu instituatur, dicendum est, omnia sacramenta, quae in usu consistunt, eo primo instanti, quo primum essentialiter perfecta sunt gratiam conferre suscipienti. Ratio est, quia novae legis sacramenta sunt causae efficaces, et necessariae gratiae, quam significant, atqui omnis causa efficax, et necessaria suum inducit effectum eo ipso instanti, quo jam essentialiter perfecta est, atque sufficienter applicatur suo subjecto, nisi aliquid obstat vel ex parte effectus, vel ex parte subjecti; sicuti in facto non obstat in casu nostro, ut supponitur, cum nullus obex sit in recipiente, et actio sacramentalis tota existat quoad sui essentiam, et debito modo subjecto, seu recipienti sit applicata; ergo. Maior etiam constat [illegible]

cum tota essentialis actio sacramentalis existit, et nullus obex est in suscipiente, gratia produci debet, vel ante illud primum instans, quo totum sacramentum essentialiter ponitur, vel illo primo instanti, vel post primum illud instans: dici autem non potest, quod gratia causatur ante primum illud instans, quia sicuti causa, antequam existat, suum effectum produceret, quod repugnat. item dici non potest, quod gratia producatur post primum illud instans, quia nulla est ratio differendi gratiae collationem post positionem causae, necessariae debito modo applicatae; ergo dici debet, quod gratia producatur illo primo instanti &c.

123. Dixi autem: Sacramenta, quae in usu consistunt: quia loquendo de Eucharistia, quae in re permanenti consistit, quamvis sit verum, et proprium Sacramentum, etiam ante quam sumatur, confert tantum gratiam eo ipso instanti, quo species sufficienter sumptae sunt, hoc est, quantum praecise necessarium est ad comestionem, et potionem, quia cum Eucharistia a Christo Domino instituta sit per modum cibi, et potus, non potest dici sufficienter applicata suo subjecto, quousque sumpta non est, quantum necessarium est ad comestionem, et potionem; ita tamen ut illo primo instanti, quo ita sumpta est, statim causat gratiam digne suscipienti, quia videlicet tunc sacramentum est sufficienter ordinato subjecto sufficienter disposito ad ejusdem gratiam suscipiendam. Et haec circa casum, quo obex non est in suscipiente. loquendo autem de casu, quo sacramentum valide conficitur, et administratur ponenti obicem gratiae suscipiendae,

124. Dico cum communi sententia, Baptismum cum fictione, idest cum obice ori gratiae ab adulto susceptum, recedente fictione, seu obice, causare gratiam ex opere operato, et remittere peccatum Originale, et actualia ante Baptismum commissa. Quod et cum communiori sententia dicendum est de alijs duobus sacramentis characterem imprimentibus, Confirmatione et Ordine. Et probatur prima pars ex auctoritate SS. Patrum Augustini, et Thomae, quorum primus loquens de Baptismo ... relatus in Concil. Lib. I. ... Bapt. ... sic docet = Tunc valere incipit ad salutem Baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quae corde in malitia, vel sacrilegio perseverante, peccatorum ablutionem non sinebat fieri =. Alter vero, nempe S. Thomas Part. 3. q. 69. A. 10. expresse hanc difficultatem tractans inquit sic concludens =: Unde oportet, quod remota ea (fictione) per poenitentiam, Baptismus statim consequatur suum effectum. = Ratio autem est, quia ex una parte Baptismus est medium absolute, et simpliciter necessarium ad aeternam salutem consequendam, adeo ut sine eo vel in re, vel saltem in voto suscepto peccatum Originale, et actualia ante Baptismum commissa non deleantur juxta illud Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei: ex altera vero parte Baptismus utpote characterem imprimens nullo modo iterari potest, ne ergo dicamus, necessario perituros, qui ficte, seu cum obice Baptismum receperint quantumcumque vere per poenitentiam peccato suo expiato, dicendum est, illum suum causare effectum ubi obex recesserit.

125. Altera verò pars, quæ est ad mentem Angelici Præceptoris in 4.to Dist. 4. Q. 3. A. 2. in Respon. ad Quæstiun. 3. ostendentis, effectum Baptismi reviviscere recedente obice, quia fictio non aufert characterem, qui est immediata causa disponens ad ipsam gratiam, ea probatur ratione, quod talia sacramenta sunt iterabilia, et gratia, quam illa conferunt, est quam maximè opportuna, et necessaria homini ad se detinendum in via virtutis, et quamplures, easque gravissimas difficultates superandas, cum gratia Confirmationis sit gratia confortans, et roborans in xti Fide, et gratia Ordinis sit gratia ad rite implendas multas, easque graves obligationes eidem Ordini annexas, et propterea ne dicamus, hominem tali gratia in perpetuum privandum, quantumcumque laboret, ne eo privatus maneat, dicendum est, Deum misericordem concessisse, ubi obex removeatur.

126. Neque his obest, si dicas pmó, quod sacramenta characterem non imprimentia ficte, seu cum obice suscepta non reviviscunt post ablatum obicem: 2dò quod Baptismus cum obice susceptus est opus mortuum, quod nunquam fit reviviscere: 3tiò, quod præsertim in casu, quo quis post Baptismum ficte susceptum aliquod mortale peccatum commisit, gratia donetur non vi Baptismi suscepti, sed virtute Pœnitentiæ, cum hæc sola habeat vim remittendi peccata post Baptismum commissa: 4tò, quod obex removeri non fit, nisi vel per sacramentalem Pœnitentiam, vel per contritionem perfectam: atque sacramentalis pœnitentia, vel contritio perfecta de se confert gratiam remissivam peccati: Ultimò, quod data nostra sententia sacramenta conferrent gratiam, quando amplius non sunt: quod est impercep tibile.

127. Respondeo, ad pmn nonnullos Doctores negare omnino præsertim loquendo de sacramento extremæ Unctionis, et Matrimonij, ac etiam de Eucharistiæ sacramento, ubi obex removeatur, antequam species sacramentales consumantur, quia durante eadem infirmitate, et durante vita utriusque conjugis talia sacramenta, scilicet Extrema Unctio, et Matrimonium, sunt iterabilia, et quousque species sacramentales non consumantur, xtus sua præsentia est in suscipiente. Ex quo disparitas deinde patet ad sacramentum Pœnitentiæ, et Eucharistiæ, ubi obex non tollatur, antequam species consumantur. Ceterum dato aliti disparitas patet ex doctrina d. Thomæ paulo ante num. 125: insinuata.

128. Ad 2dum assumptum negat Angelicus Præceptor loco supra citato, nempe Part. 3. Q. 69. A. 10. ad 1um inquiens = Dicendum, quod sacramentum Baptismi est opus Dei, et non hominis: et ideò non est mortuum in ficto, qui sine charitate baptizatur =. Quod et repetit in 4.to loco citato.

129. Ad 3tium pariter respondendum est ex imprimis, quia pro tali casu gratia remissiva tum peccati Originalis, et actualis ante baptismum commissi, tum peccati post Baptismum patrati intenditur una simul vi utriusque sacramenti ita ut vi Baptismi conetur gratia remissiva peccati Originalis, et actualis commissi ante baptismum, et quidem tum quoad culpam, tum quoad pœnam; vi autem Pœnitentiæ,

vel contritionis perfectae, donetur gratia remissiva peccati post Baptismum patrati quoad culpam, sed non quoad totam poenam temporalem; et proinde licet quaelibet gratia sanctificans et quilibet ejusdem gradus intensus habeat remittere omnia peccata mortalia, in casu tamen nostro negandum est, gratiam infundi per unum sacramentum independenter ab alio; sed simul ab ambobus cum mutua dependentia causatur, ut locis citatis expresse docet Angelicus Praeceptor. Ex quo jam patet ad 4.um, quia contritio perfecta solum ut conjuncta cum sacramento, aut ejusdem voto habet vim justificandi.

130 Ad ultimum concedendum est assumptum si sermo sit de existentia physica, et reali, secus vero de virtuali, et morali; quae certe existentia sufficit, ut Deus moveatur ad gratiam infundendam in anima, praesertim cum in anima physice, et realiter existat Character qui est immediata causa disponens ad ipsam gratiam. Verum pro horum complemento

131 Quaeres, quid requiratur ad obicem removendum, ac hoc ut sacramentum reviviscat?

Respondeo, in casu distinguendum esse inter recipientem, qui posuit obicem, inculpabiliter omittendo dispositionem necessario requisitam ad gratiam percipiendam; et inter recipientem, qui obicem posuit, culpabiliter omittendo dispositionem praerequisitam. Si enim recipiens primo modo dispositionem omisit, obicem removet dispositionem illam ponendo, et tunc statim reviviscit sacramentum; dummodo tamen novum obicem non addiderit, mortaliter nempe peccando post sacramentum susceptum. Si enim novum addidit obicem, hic quoque ut sacramentum reviviscat removendus est per poenitentiam sacramentalem, vel per contritionem charitate perfectam. Si vero recipiens secundo modo dispositionem omisit, et ita etiam mortaliter peccaverit sacramentum percipiendo, obicem removebit et ponendo dispositionem omissam, et peccatum illud mortale, et si quod aliud post sacramentum susceptum patraverit, delendo per poenitentiam sacramentum, aut per contritionem charitate perfectam, adjunctam. Atque haec circa primum effectum sacramentorum, qui est divina gratia, nunc sit

Articulus Quartus.

De Charactere Sacramentali.

132 Tria nova legis sacramenta, Baptismum scilicet, Confirmationem et Ordinem characterem in anima imprimere, definitum est a Trid. sess. 7. Can. 9. his verbis = Si quis dixerit, in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine non imprimi Characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, et indelebile, unde ea iterari non possunt, anathema sit = Imo in, constat ex Decreto Eugenii IV. sess. ultima in Concilio Florentino his verbis =. Inter haec sacramenta tria sunt, Baptismus, Confirmatio, et Ordo, quae Characterem, idest spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum imprimunt in anima indelebile, unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt =. Itaque etiam constat ex constanti Ecclesiae, et Patrum tra-

ditione, quos passim sequuntur Theologi, inter quos Honoratus Tournely hic Quaest. 4. A. 2. Conclusione prima: et propterea rem fusius prosequi non oportet, quamvis cum Scoto eam congruentiae rationem afferre possimus, quod sicuti in Civili Politia tres tantum sunt gradus speciales, distincti, et determinati, diversis, et certis insigniis notati; Primus scilicet, dum quis admittitur in familiam, seu Aulam Principis; secundus, dum constituitur Miles ad Reipublicae defensionem; et tertius, dum efficitur Officialis, et Minister ad Reipublicae munia exercenda; ita tres tantum sunt gradus speciales, distincti, et determinati suis insigniis notati in Politia ecclesiastica, primus scilicet, cum quis in familiam xti recipitur, quod fit per Baptismum, secundus, dum fit xti Miles ad Fidei xtianae defensionem, quod fit in Confirmatione; et tertius, dum constituitur Dux, aut unus ex Magistratu familiae xti, et Dispensator Mysteriorum Dei, quod fit in Ordine. Sic autem existentia Characteris sacramentalis firmata, restat, ut videamus, quidnam in se sit, et quaenam ejusdem proprietates? Quod vero attinet ad primum, quamvis faci-

133. le conveniant Doctores, Characterem esse signum spirituale, et supernaturale indelebile animae impressum in susceptione sacramenti iterabilis, quo homo, qui sacramentum suscepit, secernitur a ceteris, qui illud non susceperunt, et redditur aptus ad Sacramenta vel suscipienda, vel ministranda, vel ad alia divini cultus opera, seu quod idem est, homo deputatur speciali modo ad aliquod munus in familia xti, seu xtiana Republica; variant tamen, ac dissident inter se in explicanda quidditate, seu natura Physica, et reali ejusdem, alii, ut Durandus, volentes, Characterem sacramentalem non esse aliquid reale, et absolutum ab ipsa anima distinctum, sed esse duntaxat relationem rationis, seu denominationem extrinsecam, ortam ex eo, quod homo ad aliquid sacrum vel recipiendum, vel agendum a Deo sit electus, et deputatus. Quam sententiam Bellarminus Lib. 2. de Sacramentis, cap. 19, et Suarez in 3. partem S. Thomae Q. 63. A. 4. Disp. 11. Sect. 2. existimant, a Novatorum errore non differre, cum et ipsi talem externam relationem, seu deputationem negare non possint. Alii vero, ut Scotus, contendunt, esse relationem realem, quam homo de novo accipit ad quaedam agenda, aut recipienda; et proinde denegant, esse ens reale absolutum, et per consequens volunt, esse ens relativum, seu morale aeque tamen impressum. Alii vero, et quidem, teste Ferraris V. Sacramentum A. 2, communius defendunt characterem esse qualitatem, seu accidens spirituale absolutum aliquatenus distinctum ab ipsa anima, eique impressum. Itaque sententia tenenda videtur cum S. Thoma 3. par. Q. 63. A. 2., et passim quia in hac sententia optime exponuntur et Scriptura, et Concilia, et Patres asserentes, Characterem et imprimi, et manere in anima nostra, et esse indelebilem. Verum quidquid sit de hoc, sicuti et de alia Quaestione scholastica, in qua inquiritur, utrum Character resideat in voluntate, an in intellectu tanquam suo subjecto, placet pergere ad alia, exponendo videlicet proprietates Characteris sacramentalis.

134. Super proprietatibus autem characteris sacramentalis inter alia examinari solet, an ille nedum in hac, sed etiam in altera vita sit indelebilis: 2do, an aliquam, et quam identitatem cum subjecto comparati: et 3tio, an unius sacramenti character differat ab alterius sacramenti charactere. Atque ad 1um affirmativè respondetur; et quod quidem in hac vita sit indelebilis attenta praesenti Dei providentia, est de fide, ut constat meditanti definitionem Trid. et Sacratum Florentini Concilij supra num. 132 relatum, ex quo facilè etiam est colligere eum indelebilem etiam in altera vita, ipso tamen absolutè, et illimitatè dicatur ibidem, imprimi characterem indelebilem, quod dici non posset, si in altera vita delendus foret. Atque hinc fiat adveniente peccato ab homine peccante recedat gratia, quia peccatum, et gratia è diametro opponuntur, adveniente tamen peccato ab homine peccatore non recedit character, quia hic directam oppositionem non habet cum peccato; quinimò neque posita in aeternum inimicitia inter Deum, et animam peccantem, sicuti contingit in damnatis, delendus est ipse character, quia adhuc ei aliquid inserviet, ad decus nempe, et confusionem ipsorum damnatorum, ut rectè docet Angelicus Praeceptor citata q. 63 a. 5 ad 3um sic concludens = Et ideo post hanc vitam remanet character et in bonis ad eorum gloriam, et in malis ad eorum ignominiam sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam; et in his, qui vicerunt, ad gloriam, et in his, qui sunt victi, ad poenam =. Si vero Christianus, et sacerdos mortuus si ad vitam hanc corporalem revocaretur, non deberet denuò baptizari, aut ordinari, et sui Ordinis officia posset exercere; quamvis anima mortui sacerdotis, etsi insignita charactere, non posset peccatorem à peccatis absolvere, quia solus viator fit sacramentorum minister juxta Christi institutionem, et ordinariam providentiam.

135. Ad 2dum pariter affirmativè respondetur, et patet ex eo, quòd character reddit intrinsecè suum subjectum idoneum ad externum Dei cultum; verum etiam ad sacramenta alia tum suscipienda, tum ministranda, sic certè character Baptismi reddit ita hominem aptum ad alia sacramenta omnia suscipienda, ut sine eo, si suscipiatur Eucharistia, ea omnia irrita sint, et nulla; et insuper Baptizato affert vim [illegible] ad [illegible] legem exequendam. Character vero Confirmationis idoneum reddit confirmatum ad publicè profitendam fidem catholicam coram Tyrannis etiam, et Infidelibus, ubi oportet: et Character Ordinis Christi Ministrum roborat, et idoneum facit ad sacra mysteria conficienda, et aliis ministranda, et ad [illegible] gerendas.

136. Ad ultimum item responsio est affirmativa, et patet ex eo, quod character v.g. Baptismi ordinatur ad actus, ac fines diversos ab iis, ad quos ordinatur character Confirmationis, et Ordinis et vicissim character Confirmationis, et Ordinis sunt ad actus, ac fines diversos ab iis ad quos character Baptismi ordinatur: illi porro habitus, seu potentiae, quae ad actus, et fines diversos ordinantur, inter se differunt; ergo etc. Atque haec circa sacramentum novae legis attactus, nunc etc.

Caput Quintum

De Ministro Sacramentorum novae Legis.

137. Minister sacramentorum is est, qui Xti nomine operans conficit sacramentum. Unde qui alicui eucharistiam simpliciter administraret, nonnisi in sensu lato, et improprio diceretur Eucharistiae minister. Quidquid vero sit, an de lege Dei extraordinaria Angelis, ac Beatis à Deo committi possit potestas sacramenta conficiendi, ac ministrandi, quod communiter docent scholae Theologi cum S. Thoma 3. part. q. 64. A. 7. in C.; illud tanquam omnino certum tenendum est, Xtum Dominum in praesenti providentia solos homines viatores sacramentorum suorum Ministros, et dispensatores constituisse, ut patet meditanti scripturas, in quibus Xtus instituens sacramenta, et ea conficiendi potestatem tribuens solos homines viatores allocutus est. Unde Apostolus 1. Corint. 4. monebat: Sic nos existimet homo ut Ministros Xti, et dispensatores mysteriorum Dei. Quod tamen ita intelligendum est, ut non quilibet homo viator, etiam Xtianus sit omnium sacramentorum minister, ut definivit Trid. Sess. 7. Can. 10 sequentibus =: Si quis dixerit, Xtianos omnes in verbo, et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit =. Quapropter falsum est, quod blaterabat Lutherus dicens, Xtum Dominum cuilibet Baptizato concessisse per ipsum baptismum potestatem conficiendi sacramenta, quamvis usum ministerii concesserit iis solis, qui legitime vocati, et deputati fuerint, ut etiam constat ex hac in Luthero à Leone X. damnata propositione =: **Ubi** non est sacerdos, aeque fit quilibet Xtianus, (sacramenta administrare) etiamsi mulier, aut puer sit =. Quinam vero cujuslibet sacramenti minister sit in particulari, notabimus, cum de singulis dicemus sacramentis. Interim his tanquam certis suppositis, hic dicturi sumus de conditionibus in Ministro requisitis, ut valide, et licite, et [illegible] sacra mysteria administret, et praesertim dicemus de intentione, Fide, et Sanctitate, seu probitate, quae in eo requiruntur, dicendo nonnulla subjungendo circa administrationem indignis, ac circa sacramentorum simulationem. Sit itaque

Articulus primus

De intentione in Ministro requisita.

138. In ministro sacramentum confecturo requiri aliquam intentionem saltem faciendi, quod Xtus instituit, vel facit Ecclesia, Fidei dogma est definitum à Concilio [illegible] loco supra citato Can. 3. ante num. 37, nec non a Trid. Sess. 7. Can. 11. in hunc modum =: Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt, et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit =. Ratio autem est manifesta, tum quia actio, qua conficitur sacramentum, debet esse actio humana, et adeo libera, et voluntaria, quae talis non esset absque aliqua intentione faciendi, quod Xtus instituit, aut facit Ecclesia; tum quia sacramentum continens,

et administrans tunc gerebat se gerere tanquam Xti, et Ecclesiae, mi-
nistrum; ac proinde necessarium est, ut animo illud intendat,
quod per actionem illam Xtus voluit fieri, et Ecclesia facere in-
tendit. Hinc patet, ad sacramentum conficien-
139. dum non sufficere quomodocumque, etiam jocose, irrisorie, et simu-
late rem, et verba, seu materiam, et formam, quibus sacramenta con-
stant, adhibere, ut blaterabat Lutherus propterea damnatus a
Leone X. hanc ejusdem proscribente propositionem: Si per impossi-
bile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed joco
absolveret, si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus.
Quem errorem deinde profligavit Trid.num loc. citato sess. 7; loc.
sess. 14 cap. 6, et can. 9. de Sacramento Poenitentiae.
Neque his obstant nonnulla facta, quae
140. Heterodoxi obtrudere, et jactare solent in sui erroris confirmati-
onem: et primo, quod Alexander Patriarcha Alexandrinus, ut refert
Rufinus lib. 1. Hist. cap. 14, Socrates lib. 3. cap. 15; et Sozomenus lib. 2.
cap. 17, ratum habuit Baptismum collatum ab Athanasio, nondum
ex [illegible] aetate emerso, cum sociis ludente in litore maris:
2do, quod pariter validus judicatus fuit baptismus S. Genesii, a
mimo in theatro administratus, ut scribit Ado Viennensis in
suo Martyrologio ad diem 25 Augusti: 3tio, quod, ut narrat
Nicephorus lib. 3. cap. ultimo, Judaeus quidam a sociis ludentibus
in litore maris valide fuit baptizatus: 4to, quod etiam Ti-
oxonus in theatro ludens fuit baptizatus. Haec, inquam, non ob-
stant. Nam Quod enim factum S. Athanasii spectat, primo quam-
141. plures doctores praesertim Critici illud revocant in dubium, quem-
admodum et illud revocat Benedictus XIV, ut videre est lib. 7. cap. 9. num.
5. de Synodo Dioecesana. 2do, etiam tamquam vero admisso, illud
non urget, cum Athanasius non ex joco, sed serio baptismum mi-
nistraverit pueris ludentibus juxta ritum, quo ab Episcopo in Ec-
clesia videret conferri Baptismum. Quod constat tum ex eo, quod
Athanasius tunc non erat puer, sed saltem [illegible]
annum agebat, et, ut narrant historici, non omnes promiscue
socios, sed solum Catechumenos, baptizabat. Hinc Rufinus dicit,
[illegible] baptismo collato missam comparata ac [illegible]
[illegible] operae dabant, non comparatam ad intentionem,
qua Athanasius baptizabat. S. Genesii Baptismum inter fabulas
quoque recensent Critici: et scriptores qui in hoc narrando
[illegible] venditant imperitis, cum
alii velint, eum a mimo in scena baptizatum, alii a Christiano sa-
cerdote, [illegible]. Judaeus vero, de quo Nicephorus men-
tionem facit, non invitus serio fuit baptizatus, ut ipse Nice-
phorus testatur. Tandem Tioxonus ludens in theatro non fuit
baptizatus, ut docet S. Aug. Epist. 67. [illegible], sed sanis et
miraculose, quae [illegible] ad veritatem instructa, et in semetipso
[illegible], excitatus Baptisma animo vero, et serio
suscepit. Quare objecta facta Catholicam veritatem non labe-
factant. Etenim quamquam in supradictis uno ore
142. conveniant Catholici contra Sectarios, valide tamen inter eosdem

disputatur de præfatæ intentionis objecto, seu quid, et quale illud sit, ad quod ferri debeat ejusmodi intentio, quam omnes, tamquam necessariam ad sacramenti valorem admittunt. Atque circa hoc duplex controversia movetur, quarum prima est, an ad valorem sacramenti sufficiat seria intentio ponendi solum ritum externum, seu solam externam actionem sacramentalem? Altera est, an ad valorem sacramenti nedum requiratur intentio ponendi ritum externum una simul cum intentione saltem implicita, et generali ponendi sacramentum; verum etiam intentio, quæ expresse, et formaliter intendatur vel sacramentum quà tale, vel effectus sacramenti, vel facere quod facit Ecclesia Catholica Romana? Quam utramque modo solvemus. Sit ergo

§ I. Primæ difficultatis solutio.

143. Pro recta præsentis controversiæ intelligentia duplex est distinguenda intentio, una, qua quis unice intendit ponere ritum externum, quem Ecclesia adhibet in sacramentorum administratione, nullo modo intendendo per illum conficere sacramentum: Altera, qua quis non tantum intendit ponere talem ritum externum, sed etiam per illum conficere sacramentum. Quæ intentio, scilicet sacramentum conficiendi, alia est explicita, et distincta, seu particularis, et alia generalis, seu confusa, et implicita: Prima est, qua quis actionem sacramentalem quatenus talem intendit ponere, v.g. quis sciens, quid sit Baptismus, cum intentione expressa baptizandi profert verba formæ, et una simul abluit aqua naturali ipsum baptizandum. Secunda est, qua quis ponendo actionem sacramentalem eam quatenus talem non intendit, et vult; intendit tamen aliquid, sub quo, vel in quo sacramentum continetur, ut accidit, cum quis actionem sacramentalem ponens intendit, et vult facere, quod Christus instituit, aut facit Ecclesia.

144. Circa intentionem autem ita explicatam duplex est Catholicorum sententia, quarum prima docet, ad validitatem conficiendi sacramenta requiri quidem veram, et seriam intentionem ponendi ritum externum, quo sacramenta conficiuntur; sed necessariam non esse intentionem, sive explicitam, sive implicitam efficiendi sacramentum. Atque hanc sententiam, ut videre est apud Benedictum XIV. loco supra citato num. 6., docuit Ambrosius Catharinus, è Dominicanorum familia Episcopus Minoriensis, et nostræ Archiepiscopus Consanus in Opusculo de Intentione Ministri contendens, ad validam confectionem sacramenti satis esse, ut minister habeat intentionem serio faciendi ritum externum, qui ab Ecclesia in sacramentorum administratione adhibetur, atque ideo verum poni sacramentum, etiamsi minister suam retineat intentionem, aut etiam interius dicat, se nolle facere, quod facit Ecclesia, omnimodo exterius serio agat, nulloque signo suam pravam voluntatem prodat. Atque hanc sententiam plures et ante, et post Catharinum docuerunt, et etiam docent plures Recentiores, ut Natalis Alexander, Contensonius, Serry, Juenin, et alii.

145. Verum communius saltem haec rejicitur sententia; quinimo non desunt Theologi, inter quos praecipue duo Emi Bellarminus, et de Lugo, qui existimant, Catharini sententiam coincidere cum Lutheri, et Calvini doctrina superius rejecta. Quod tamen dici non posse loco citato ostendit sapientissimus Pontifex Benedictus XIV., quamvis fateatur, praefatam Catharini sententiam grave vulnus inflictum fuisse ab Alexandro VIII. die 7. Decembris 1690. inter alias hanc damnante propositionem =: Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit: non intendo facere, quod facit Ecclesia =: Quibus positis

146. Dico. Ad valorem sacramenti non sufficit intentio pure materialis, seu intentio sola ponendi ritum externum, quem Ecclesia adhibet in sacramenti administratione; sed insuper requiritur vera, et seria intentio, saltem generalis, seu implicita faciendi sacramentum, seu faciendi, quod Xtus instituit, aut facit Ecclesia per illum ritum externum, ~~tanquam actum~~ sacramentalem. Probatur autem primo ex auctoritate Conciliorum Florentini, et Trid. Florentinum enim in decreto Eugenii IV. pro Armenis de sacramentis novae Legis §. 5. haec habet =: Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona Ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia: quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum =: Trid. vero sess. 7 can. 11. summo rebato sic definit =: Si quis dixerit in Ministris dum sacramenta conficiunt, et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit =. De fide ergo est, in ministro requiri non quamcumque intentionem sed veram et seriam intentionem peragendi id, quod facit Ecclesia in persona Xti in sacramentorum administratione: Atqui Ecclesia non facit ritum externum sacramentorum, seu actionem sacramentalem solum secundum suum esse materiale, seu physicum, reale, et materiale, sed etiam secundum suum esse sacrum, religiosum, formale, ac morale consideratam, seu prout est signum externum à Xto Domino institutum, et elevatum tum ad significandam, tum ad producendam, seu efficiendam gratiam: Ecclesia enim per suos ministros operatur nomine Xti, cum quilibet Minister ejus nomine Xti dicat: ego te baptizo: ego te absolvo. Hoc est corpus meum &c, ut vel etiam colligitur ex illo Apostoli 1. Corinth. 4: Sic nos existimet homo, ut ministros Xti, et dispensatores mysteriorum Dei; ergo, ut valide conficiatur sacramentum, in ministro requiritur intentio, qua non solum serio intendatur ritus sacramentalis, seu actio sacramentalis secundum suum esse materiale et physicum, ut reale, sed etiam secundum suum esse sacrum, morale, et religiosum, et demum prout est sacramentum.

147. Quod argumentum primo roboratur ex laudato decreto Eugenii IV. § 6 haec subjungentis: In casu autem necessitatis, non solum sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus, vel mulier, immo etiam Paganus, et haereticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiae, et facere intendat, quod facit Ecclesia =: Hoc enim in loco ad valorem sacramenti à Concilio exigitur et intentio faciendi ritum externum, cum hic hoc modo non [illegible]

et intentio faciendi, quod facit ecclesia; et ita quidem, ut una intentio ab alia distinguatur: ergo ex hoc manifestum, quod quis intendat ponere ritum externum sacramentorum, illum ponendo non conficit sacramentum, ergo et eam intentionem habere debet, quae, sane alia non sit, nisi intentio faciendi sacramentum. Quod etiam manifeste declarat Trid. Sess. 14. Can. 6. declarans, poenitentem non esse vere, et coram Deo absolutum, si sacerdoti animus serio agendi et vere absolvendi desit. Nam Trid. hic ad validam absolutionem praeter intentionem serio ponendi ritum externum, seu proferendi verba absolutionis requirit intentionem vere absolvendi: has duo enim manifeste distinguit. Intentio autem vere absolvendi, ut pote distincta ab intentione proferendi verba absolutionis, non est alia nisi intentio vere conferendi sacramentum, ut patet; ergo etc., et adeo ad quodlibet sacramentum valide conferendum requiritur intentio faciendi sacramentum, cum eadem sit omnium sacramentorum ratio.

148. Probatur 2do ex supralaudata propositione ordine 28. ab Alexandro VIII. damnata, ex qua aperte colligitur, validum non administrari sacramentum, ubi publice servatur, et ponitur omnis ritus externus, seu materia, et forma ipsius sacramenti; et proinde ad sacramenti valorem non sufficit ponere solum ritum externum. Quod sententia Catharini tamen exigit; ergo intentio faciendi quod facit Ecclesia, non est nuda, et similis intentio ponendi solum ritum externum sacramentorum; sed debet esse intentio faciendi illum ritum, ut sacrum, et sacramentalem, atque adeo requiritur aliqua intentio ponendi sacramentum. Quod etiam confirmari fit auctoritate Benedicti XIV in sua Instructione ad Vicegerentem data Romae die 28 Februarii 1747, et inserta in suo Bullario num. 28. Tom. 2. pag. 113 num. 48., ubi docet, in suscipiente Baptismum non sufficere voluntatem neutralem, neque non consentientem, neque [illegible] repugnantem; adeo ut qui neque consentit, neque dissentit, licet omni externo ritu compositus, nequeat baptizari si nunquam antea habuit voluntatem baptismum suscipiendi; et proinde ad baptismi valorem in suscipiente requiritur intentio suscipiendi baptismum. A fortiori ergo in ministro requiritur intentio baptizandi, cum, ut idem Summus Pontifex ibidem ait, minus difficultatis habeat sententia Cajetani asserentis, ad valide suscipiendum Baptismum sufficere voluntatem neutralem, quam sententia Catharini, cum non de conferente, sed suscipiente baptismum agatur.

149. Probatur ultimo a ratione, et primo quia cum Christus Dominus ministros sacramentorum instituerit; non instituit eos ut meros nuntios voluntatem Domini sui deferentes, sed ut veros ministros, qui libere utantur potestate ministeriali sibi concessa, ut patet meditanti verba Apostoli supra relata: Sic nos existimet homo [illegible]: Atqui minister [illegible] nullatenus utitur potestate ministeriali sibi data, nisi ea uti velit, et eo uti non vult, nisi cum velit per illam producere effectum sibi proprium; neminem in casu sacramentum, quod est effectus proprius potestatis ministerialis circa sacramenta; sicut nemo vult uti potestate regali, nisi cum velit, per illam producere effectum ipsi proprium.

ergo &c. Secundo quia confectio sacramenti est actio moralis sacramentalis, uti Christus sic instituerit sacramenta, ut procedant ex potestate data ministris tanquam ad seriò actiones morales; ita ut dicantur verè remittere peccata, baptizare, consecrare &c, ut patet ex illo Joan. 20. Quorum remiseritis peccata: et ex illo Lucae 22 Hoc facite in meam commemorationem &c: sed actio moralis sacramentalis et talis intenta esse debet; ergo &c. Sed jam audiamus Adversarios

150. Innituntur ergo primò auctoritate SS. Augustini et Thomae, quibus adduntur Innocentium IV. S. enim August. lib. 7 de Baptismo contra Donatistas Cap. 53. docet, valere Baptismum fallaciter dati ut accepi inquiens. Nihil interest ad integritatem sacramenti in Catholica Ecclesia, utrum id aliqui fallaciter, an veraciter agant. S. Thomas verò in 4 Dist. 6. q. 1. A. 2. ad 2um, et 3. part. q. 64. A. 8. ad 2um approbat sententiam dicentium ad valorem sacramenti non requiri intentionem mentalem. Innocentius autem IV. lib 3. Decretalium Tit. de Baptismo, et ejus effectu declarat, necessarium non esse ad Baptismi valorem, ut baptizans sciat, quid sit Ecclesia, quae baptizat, nec quod in mente gerat facere, quod facit Ecclesia, dummodo formam servet.... Secundò, quod valet Baptismus necdum collatus ab Haeretico, v.g. Lutherano, aut Calvinista, sed etiam à Pagano; immo et ab Atheo, qui certè contrariam ipsius Baptismi non habent intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, utpote cum Haeretici hanc negent, et Pagani non agnoscant, immò et chymerica reputant vera sacramenta.... Tertiò quod vis significativa signi ad placitum non pendet ab intentione utentis, sed solius instituentis; atqui sacramentum est signum ad placitum Christi instituentis ... Quartò quod contractus externè tantum celebratus inter homines est validus, etiamsi absit interna intentio contrahendi sicuti quod ut Dominus validè donet per servum, non requiritur in servo donandi intentio: et sic nec in ministro sacramenti necessaria est ejusmodi intentio, ut Christus sacramentorum Auctor suam gratiam donet.... Quintò quod quis censetur verus idololatra, et perjurus, etsi vel exterius tantum idolum adoret, aut falsum juret, ergo et est verus sacramenti minister, qui solum exterius ritum sacramentalem peragit.... Tandem aliis omissis, quod fundamentum pro nostra assertione ex Trid. et ex propositione 28 ab Alexandro VIII damnata desumptum efficax non est tum quia Trid. ibi in locis insectatur Lutheranos et Calvinistas asserentes, solum sacramenta contemni, esse jocosa et irrisoria tantum ritus sacramentales ponentium; tum quia propositio illa [illegible] loquens [illegible] ritum sacramentalem [illegible] Ecclesia nec vires sacramentales [illegible] gratiam producat; tum non est necessaria in ministro intentio efficiendi sacramenti effectum, ut et nos infrà dicemus.

151 Respondeo, nonnullos, inter quos Vasquez, et [illegible] [illegible] q. 1. A. 1, existimare, S. Augustinum [illegible] de Baptismo [illegible] ministri [illegible], ac proponere [illegible] ministri non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] intentio [illegible] quia [illegible] Augustinus [illegible] [illegible] [illegible] in ministro [illegible] [illegible] [illegible] communis [illegible] Augustinus [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] solum [illegible] [illegible] non sit intentionis, valori sacramenti [illegible] in Baptismo ab Haeretico collatus valeat.

152 Quod verò attinet ad S. Thomam, vel ejus discipuli inter quos Tournely, ità exponunt, ut solùm doceat, non requiri intentionem internam, quæ nobis manifestatur exterius alio signo distincto ab eo, quod est seria exterior applicatio materiæ, et formæ sacramentalis, cum intentio interna ità manifestata sufficiat ad tollendum à mente suscipientis omnem dubitationem de valore suscepti sacramenti. Quod ibi vult ostendere S. Doctor solvendo argumenta sibi objecta, ex eo petita, quod si requireretur interna intentio in ministro suscipiens non posset esse certus de sua salute. Addo, si placet, nonnullos, inter quos Tournely loco citato, ità exponere S. Doctorem, ut velint eum loqui de intentione actuali, expressa, et explicita, vel etiam de intentione, quâ minister expressè, et formaliter intendat conficere sacramentum quà tale. Si tamen ipsi Angelicus Præceptor non sint, nos dubitare de ejus mente, cum pluribus in locis, et præsertim in Opusc. 8. de Sacramentis, expressè doceat, requiri in quolibet sacramento personæ ministri conferentis sacramentum cum intentione conferendi, et faciendi, quod facit Ecclesia. Auctores tandem invocant, IV. [illegible]

153 objiciuntur ab adversariis. Quidam enim expressè docet, summus Pontifex requiri internam intentionem baptizandi. Non sanè est ei, qui non gerit in mente facere, quod facit Ecclesia, sed nihilominus servat formam, validum baptismum conferre, dummodò baptizare intendat. Deinde subjungit, Saracenum non credentem aliquid per baptismum operari, neque intendentem baptizare secundum intentionem petentis baptismum, ut baptismus [illegible] ratur, quidquid operari sit; validum tamen baptizare [illegible] baptizans tanquam Minister intendat conferre, quod alii baptizantes conferunt; ità ut si neque hoc intenderet, non baptizaret. Porrò per intentionem baptizandi, et conferendi, quod alii baptizantes conferunt, implicitè venit intentio faciendi id, quod facit Ecclesia, aut Christus instituit, ut patet. Atque hinc per verba illa: non gerit in mente, quod facit Ecclesia intelligitur intentio operandi effectum Sacramenti, scilicet gratiæ producendæ, quæ intentio sanè non requiritur ad baptismi valorem, ut diximus. Ad id verò, quod [illegible] est ab adversariis, an

154 Hæreticus aut Paganus, aut Atheus baptizans, etsi non habeat intentionem particularem, et explicitam [illegible] ipsi intendat conferre baptismum, quem Romana Ecclesia administrat, nihilominus habere intentionem generalem et [illegible] faciendi nempe, quod Christus instituit, aut quod facit vera Christi Ecclesia quæcumque [illegible] aut quod ab aliis [illegible] baptizantibus [illegible]? Atque [illegible] hæc generalis intentio cuicumque alteri intentioni prævaleat [illegible] neque talis generalis, seu implicita intentio habeatur, non conficitur sacramentum. Si verò ea habeatur, eaque prævaleat, conficitur sacramentum si cætera requisita [illegible] adest intentio faciendi sacramentum, ut patet meditanti.

155 Ad [illegible], id verum est, scilicet [illegible] ad [illegible] non [illegible] in [illegible] ab intentione [illegible] [illegible] [illegible] verò quando voluit [illegible] ab utentis intentione [illegible]

signis sacramentalibus loquendo Christus Dominus de facto voluit, ut supra ostensum est.

156 Ad quod vero attinet ad contractus, talis est ortus, ut ad hos animus se obligandi requiratur. Discrimen inter homines contractus et sacramenta ea fit assignari discrepantia, quod homines non possunt cognoscere internas intentiones: Deus autem cor hominis videtur, et ideo quamvis ad contractum inter homines non requiratur interna intentio, requiritur tamen ad quasi contractum Dei cum ministro sacramenti, quia Deus voluit, se veluti obligare ad gratiam conferendam, nisi in ministro internam videat intentionem. Et hinc quod spectat ad donationem a Domino per servum factam, id verum est de servo, qui est simplex donationis instrumentum, secus vero de servo qui a Domino constituitur tanquam procurator et agens, sicuti a Christo constitutus est sacramentorum minister.

157 Ad quod vero exemplum de adorante exterius tantum, sed non interius idolum respiciat P. Viva in expositione propositionis relatae, ab Alexandro VIII. damnatae, illud potius nostram confirmare sententiam. Quemadmodum enim exterius tantum adorans idolum, quamvis peccet contra praeceptum fidem nunquam negandi, tamen est fidelis idolatra ubi interius fidem servat; ita est solum fidelis minister, qui tantum exterius sacramentum administrat. Sed major difficultas est circa secundum exemplum, nempe de jurante sine animo jurandi. Nam nonnulli uti videre est apud P. Danielem Concinam hic Cap. ii. §. q. contendunt, ad verum juramenti rationem requiri internam jurandi voluntatem, atque sic pariter potius esse contra adversarium. Verum tamen, ut patet ex damnatione summo Pontifici Innocentio XI. damnanti hanc ordine 26 propositionem: si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid quod revera fecit intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur nec est perjurus: falsum, inquam, discrepantia id circa non [illegible] videtur stare hinc discrepantia est, quia verba, quibus aliquid juratur, sunt speculativa, et adeo non dependentia in sua significatione a potestate et voluntate jurantis, sed suam significationem habent a communi usu: contra vero verba, et signa quibus sacramenta perficiuntur, sunt practica, idest talia, ut non solum significent [illegible], quod significant, et [illegible] ex [illegible] voluntate [illegible] sine [illegible] [illegible] sacros et [illegible] ut, patet [illegible] sacramentum [illegible] ministri intentione determinari.

158 Ad ultimum negatur assumptum ad cujus [illegible] dico [illegible]: assertum. Primo [illegible], quia [illegible] non solum [illegible] Lutheranos et Calvinistas [illegible] Catholicam pro valore sacramentorum ad ministrationem. Non item [illegible], quia multa [illegible] Dei et summum Pontificem damnasse illam propositionem, nempe [illegible] exterius [illegible] [illegible] [illegible] quia in [illegible] [illegible] [illegible] administratione [illegible]: [illegible] quia [illegible] talis damnatio [illegible] a [illegible] et [illegible] Alexandri VIII nullus erat qui [illegible]. [illegible] quia ut diximus, [illegible] Pontifex [illegible]-

nedictus XIV. testatur, Catharini sententia non parvum vulnus ex laudata damnatione accepisse.

159. Ad alteram assumpti probationem omisso usu, de quo infra dicemus, patens est disparitas, quia nempe ritus externus sacramentorum indifferens est, ut sit sacer, aut profanus; et ideo ut sacer evadat, determinari debet a ministro per intentionem deliberatam efficiendi sacramentum. E contra quando causa est determinata ad producendum effectum suum, qui ad illam necessario sequitur, non pendet eiusmodi a ministri intentione talis effectus productio. Atque haec circa primam difficultatem. Sit ergo sic

§. 2. Secundae difficultatis solutio

160. Dico primo, ad validum conficiendum sacramentum in ministro non requiri intentionem formalem, expressam, et distinctam seu particularem ponendi sacramentum qua tale, qua nempe expresse intendat ponere actionem sacramentalem quatenus sacramentalis est. Ratio est, quia ratum, et validum est sacramentum nedum collatum ab Haeretico, verum etiam a Judaeo, et Pagano cum sola generali, et implicita intentione faciendi sacramentum, seu cum intentione faciendi id, quod Christus instituit, aut Ecclesia facit, aut a Christiano ministro, v.g. a Parocho fit. Ut constat ex responso Nicolai I. ad Bulgaros quaerentes quid sentiendum esset de Baptismo, de quo dubium erat, an a Judaeo, Christiano, vel Pagano collatus fuisset, dicentis, talem Baptismum esse validum, si in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi datus est: item ex Innocentio IV. in libro 3tio Decretalium Titulo de Baptismo scribente, ad Baptismi valorem non esse necessarium, ut baptizans sciat, quid sit Ecclesia, quae baptizat, quid baptizatur, nec quod gerat in mente facere, quod facit Ecclesia; sed sufficere, quod formam servat, et baptizare intendat. Et insuper ex praxi Ecclesiae non rebaptizantis baptizatos ab iis servantibus debitam materiam, et formam: Porro Judaeus praesertim, et Paganus utpote neutrum credens quid sit sacramentum, vel etiam Catholicis invidens saltem, nunquam non habet intentionem expressam, et formalem efficiendi sacramentum qua tale: ergo etc.

161. Dico 2do, ad valorem sacramenti non requiri in ministro intentionem producendi effectum sacramenti. Ratio primo est ex doctrina D. Thomae, et Florentini Concilii relata, quod videlicet utrumque illud Concilium exigit quidem in ministro, ut intendat facere, quod facit Ecclesia, non autem, ut intendat facere, quod quidem Ecclesia intendit, seu non efficit: Atqui Ecclesia intendit quidem effectum sacramenti; non tamen illum efficit, cum hic efficiatur ab ipsa actione sacramentali; ergo etc. Tum Ecclesia semper non solum habuit ratum Baptismum sub debita forma, et materia collatum ab Haereticis, et Paganis; sed etiam a Pelagianis, qui eius negabant per Baptismum infantes regenerari, et ab originali labe mundari, utpote cum existentiam originalis inficiarentur, et proinde Baptismi collatores illum non conferebant cum intentione effectus sacramentalis. Cfr. quae etc. supra num. 159 expressa.

162. Dico 3tio, ad validam sacramentorum administrationem non requiri intentionem expressam, et formalem faci-

endi, quod facit ecclesia catholica Romana, quamvis haec sola sit
vera Xti ecclesia; sed sufficere intentionem faciendi, quod facit ve-
ra Xti ecclesia, quaecumque illa sit, imo faciendi quod facit aliqua
ecclesia particularis, v. g. Lutherana, aut Genevensis, dummodo hae
putetur vera Xti ecclesia, quamvis reipsa sit falsa. Ratio est, quia
ille, qui intendit facere, quod facit sua ecclesia particularis,
quam veram Xti ecclesiam existimat, etsi ea reipsa non sit vera
Xti ecclesia; nihilominus generatim intendit facere, quod fa-
cit vera, et universalis Xti ecclesia. Huic animi generali inten-
tioni error privatus circa veram ecclesiam utpote speculativus non
officit. Atqui ad validam sacramenti administrationem ex parte
ministri sufficit una simul cum debita materiae, et formae applica-
tione intentio generalis faciendi, quod facit vera Xti ecclesia;
ergo &c. Quod etiam constat ex eo, quod saltem invalidus plerumque
saltem adjudicandus esset Baptismus a Lutherano, aut alio hae-
retico collatus, cum iste plerumque intendat administrare se-
cundum ecclesiam suam ab ipso veram, licet imprudenter, exi-
stimatam. Neque contra hanc responsionem valet objicere
163. Trid. sess. 14 can. 9 exigens in ministro poenitentiae animum serio
absolvendi: qui animus non est sine intentione conferendi sacra-
mentum qua tale. Nam per animum serio absolvendi Concilium so-
lum intelligit animum non simulandi, sed vere, et ex animo pro-
ferendi verba, quibus absolutio a peccatis exprimitur; quod sane
et dicendum est, Concilium exigere intentionem causandi effectum
sacramentalem, ut patet: quod non est dicendum, ut patet ex su-
perioribus. Neque item contra hanc responsionem quic-
164 quam proderit objicere necessitatem petitam a divina fide, vide-
licet quod etiamsi Lutheranus v. g. credat, ecclesiam suam esse
veram Xti ecclesiam; nihilominus non habeat veram fidem,
ubi dicerit: Credo, quidquid credit vera Xti ecclesia, ita neque
ipse Lutheranus existimans, suam ecclesiam esse veram Xti ecclesiam
posse veram habere intentionem faciendi sacramentum. Disparitas
enim est quammaxima, quia nempe ubi quis credit, ec-
clesiam Lutheranam esse veram ecclesiam, statim in ipso est error
directe opponens divinae fidei, qui omnino destruit ipsam veram
fidem supernaturalem, et per consequens ipse amplius non est cre-
dere fide supernaturali, quod credit ipsa vera Xti ecclesia: at
vero error circa veram ecclesiam, non opponitur
intentioni ministri, qua intendat facere, quod Xtus instituit,
aut ecclesia ab illo herdata facit in sacramentorum
administratione. Cujus disparitatis ea ratio reddi est, quod fi-
des sit virtus intellectus, quae proinde fertur circa res, ut sunt
in se ipsis directe, et immediate: unde si aliquis credat, quod
reipsa a Deo non est revelatum, licet sibi persuadeat ha-
bere fidem, non tamen habet, quia deest Dei revelantis aucto-
ritas: e contra vera intentio pertinet ad voluntatem, quae
non fertur immediate circa res ipsas, prout sunt in se, sed
prout ab intellectu proponuntur. Atque sic cum ecclesia Lu-
therana ab intellectu hominis haeretici proponatur ut
vera ecclesia, Lutheranus intendens facere quod facit sua
ecclesia credita tamquam vera ecclesia reipsa habet veram
intentionem faciendi quod facit Xti ecclesia; ea sane ratio

qua quis dans eleemosynam diviti prudenter existimato pauperi habet veram intentionem sublevandi alienam indigentiam. Sed

165. Pro complemento praesentis materiae, quaeres, an Ministri intentio, ut sit efficax, et operativa sacramenti, debeat ferri in determinatam materiam, et formam, ac etiam personam?

Respondeo affirmative. Ratio est, quia intentio efficax, et operativa est circa aliquod singulare, et determinatum. Unde si sacerdos consecraturus apud se habeat duas hostias, et unicam consecrare intenderet, quin non determinet, quam ex illis velit consecrare, consecrando nihil efficiet. Quod tamen loquendo de intentione ad certam personam determinatam, intelligendum est de sacramentis, quae consistunt in usu, quia loquendo de eucharistia, quae in re permanente consistit, necesse non est ad ejus valorem, ut ad certam determinatam personam alligetur ejusdem conficiendae, aut ministrandae intentio, sed satis est, ut ad certam materiam, et formam dirigatur intentio conficientis, atque minister species vere consecratas porrigat suscipienti, quicumque ille sit.

166. Neque his obstat, si dicas, primo, quod sacerdos credens, panem sibi praesentem non esse triticeum, si vere triticeus sit, illum consecrando verum conficiet sacramentum, ut patet ex supra dictis Cap. 3. A. q. a num. 70, quamvis ex [illegible] casu non habeat intentionem ad panem triticeum determinatum, ut patet. 2do quod Confessarius absolvens Petrum sibi confessum peccata sua eum valide absolvat, etsi interim existimaret illum esse Paulum quem tunc absolvere intendit; et proinde valet absolutio sine intentione ad certam personam determinata.

167. Respondeo, ad primum solutionem petere ex dictis loco citato in objectione. Ibi enim dixi, errorem Ministri circa materiam, et formam sacramentorum non officere eorundem valori, ubi Minister vere utatur materia, et forma debita, et simul habeat intentionem generalem faciendi, quod Christus instituit, aut vera Christi ecclesia facit; secus vero si talem generalem intentionem cuicumque alteri praevalentem non habeat, quia si talis generalis intentio non habeatur, tunc vere nulla est intentio conficiendi sacramentum, si nempe minister ex [illegible] [illegible] materia, et forma essentiali, et necessaria valori sacramenti, quia voluntas conficiendi sacramentum non [illegible] cum voluntate [illegible]tandi aliquid, quod sacramento [illegible] [illegible], nisi [illegible] [illegible] minister dicat [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sit vera materia, et forma sacramenti, intendo conficere sacramentum.

168. Ad [illegible] cum [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] tunc enim vel Confessarius ita coarctat intentionem suam, ut tantum intendat absolvere Paulum, positive excludendo quemcumque alium, et tunc absolutio super Petrum prolata nulla est, et invalida; vel [illegible] Confessarius talem habet intentionem, ut vere absolvere velit personam sibi praesentem, et sibi confessam peccata sua, etiamsi interim credat se absolvere Paulum, et tunc absolutio valida erit, [illegible] erit ad determinatam personam, ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vero modo intendere confessarium censendum est, ubi [illegible] [illegible] et expresse alium non intendat. Quae tamen intelligenda de [illegible] [illegible] sacramentis, quia error circa personam [illegible] [illegible] [illegible] ut suo loco dicemus. Ex his vero sit

§. 3. Solutio nonnullarum difficultatum huc spectantium.

169. Hactenus diximus de objecto, circa quod intentio Ministri versari debet, ut valide sacramentum administretur, nunc superest, ut solvamus nonnullas difficultates circa ipsius intentionis qualitatem. Pro quibus recte solvendis renotandum, intentionem generatim sumptam esse actum deliberatum voluntatis, quo quis aliquid intendit, seu vult facere, et assequi, v.g. in casu nostro vult, et intendit facere sacramentum; eamque multipliciter dividi, in actualem nempe, et virtualem, in habitualem, et interpretativam, in directam, et indirectam, in absolutam, et conditionatam, in explicitam, et implicitam, quarum omnium notiones habes in Tract. de Actibus Humanis cap. 2. toto Articulo primo, atque in Tract. de Legibus cap. 6. §. 2. à num. 390: quas relegas, ne hic eadem iterum repetam. Interim

170 Quæres primo, an ad valide conficienda sacramenta sufficiat in Ministro intentio habitualis, aut interpretativa? Respondeo negative; et ratio reddenda est, quia ad validam sacramentorum administrationem ex parte ministri requiritur, ut actio sacramentalis humano modo ab ipso Ministro ponatur, et adeo sit actio libera, et voluntaria: talis autem non est, ubi procedit tantum ex intentione pure habituali, et interpretativa, uti ostensum est loco citato de Actibus Humanis A. 4. § 1: et constat ex eo, quod intentio pure habitualis sit volitio, seu intentio mere præterita, et licet non expresse revocata, ita tamen interrupta, ut nec in se, nec in virtute censeatur moraliter perseverare, seu manere in aliqua operatione ordinata ad actum principalem tanquam ad finem, et adeo talis est, quæ etiam in homine rationis inscio esse potest: interpretativa vero ea est, quam homo neque habet, neque unquam habuit, sed tantum haberetur, si de ea cogitasset, vel cogitatio incidisset, ut diximus: quæ autem hic obiter solvere, vide loco citato de Actibus Humanis à num. 52, et sequentibus.

171. Quæres 2do, an ad valide sacramentorum administrationem sufficiat intentio indirecta, seu tantum in sua causa voluntaria? Respondeo negative, quia saltem sacramentum ab ebrio collatum valeret, ubi antequam inebriaretur, vel intendit, vel tamen voluit baptizare, vel in ebrietate conferre baptizationem. Quod nemo dixerit ... Ratio autem petitur ex dictis in Tract. de Actibus Humanis Parte 2. Cap. 1. A. 2. a num. 173, ubi probatum est, ad bonitatem actus humani requiri voluntarium directum, seu quod actio sit in se et formaliter volita, et non tantum ex dictis in eodem Tract. ... A. 3; ubi ostendi, effectum tantum voluntarium in causa ... non imputari pro eo tempore, quo contrahitur ... amplius impediri non potest aut ... Quibus ... ubi quis v.g. in ebrietate baptizat, tunc non agit ex ratione ... aut ... ; et proinde non ponitur actio libera, qualis debet esse actio sacramentalis.

172. Quæres 3tio, an ad sacramenta valide administranda necessaria sit intentio actualis, an vero sufficiat virtualis? Respondeo, quamvis omnino laudandum esse intentionem actualem, et ministris suadendum, ut talem habeant

intentionem, non tamen necessariam esse, sed sufficere virtualem, ut
communis, et quidem certa tenet sententia cum S. Thoma 3. part. q. 64.
a. 8. ad 3tium dicente: "licet ille qui aliud cogitat, non habeat
actualem intentionem; habet tamen intentionem habitualem (sive
est virtualem, ut ex sequenti patet contextu), quæ sufficit ad per-
fectionem sacramenti: puta si sacerdos accedens ad baptizan-
dum intendit facere circa baptizandum, quod facit ecclesia. Unde
si postea in ipso exercitio actus cogitatio ejus ad alia rapia-
tur, ex virtute primæ intentionis perficitur sacramentum" quam-
vis studiose curare debeat sacramenti minister, ut etiam
actualem intentionem adhibeat: sed hoc non est totaliter po-
situm in hominis potestate: quia præter intentionem, cum
homo vult multum intendere, incipit alia cogitare secundum
illud Psal. 39: cor meum dereliquit me. Hæc dicitur et [illegible]
bus [illegible] ratio sese offert, quia nempe intentio actualis sem-
per actu perseverans est nobis moraliter impossibilis, ac
proinde si ea requireretur, sacramenta continuo ma-
nerent exposita frustrationis periculo: quod utpote quam-
maxime alienum a mente Christi sacramentorum institutoris
nullo modo est asserendum; et per consequens dicere oportet
intentionem virtualem sufficere ad sacramentorum [illegible],
sicuti de facto talis intentio sufficit ad orationem ac voca-
lem [illegible] contractus, aliosque actus, ut loco supra citato [illegible]
[illegible] a. 9. de Actibus Humanis ostensum est, atque etiam
constat ex eo, quod intentio virtualis, quæ scilicet perseve-
rat vi actualis habitus in actibus ordinatis ad sacramenti
confectionem, est vera causa actionis sacramentalis. Atque di-
ligenter notanda sunt præsertim ab iis, qui anxij esse solent,
et turbari circa debitam intentionem, postquam conficiunt
sacramenta. Hoc ipso enim, quod serio se ponunt ad
omnes sacramentales exercendos, sufficienter intendunt con-
ficere sacramentum, et adeo dubitare non debent de inten-
tione, nisi certo advertant, quod deliberate contrariam in-
tentionem elicuerint.
113. Quæres 2do, an ad validum ministran-
dum, seu conficiendum sacramentum sufficiat intentio coacta, seu
[illegible] metu extorta?
Respondeo, si matrimonium excipiatur, de
quo suo loco [illegible], [illegible] [illegible]
do metus talis non sit, ut omnino perturbet rationem; atque
sic validus erit Baptismus infanti collatus a Sacerdote, qui
ex metu mortis, aut alterius gravis mali sibi minitati
solum motus fuit ad baptizandum, dummodo tunc verum bapti-
[illegible]. Ratio est, quia metus non tollit libertatem, ac
[illegible] sufficientem ad actum humanum [illegible], sicut
late, ut de Actibus Humanis Cap. 3. a. 2. §. 1. a num. 83. [illegible]
[illegible] est. Quæ tamen, ut jam indicavi, non [illegible] in Matrimo-
nio, quia ut loco citato notavi, metus injuste incussus, [illegible]
torquendum consensum jure ecclesiastico invalidat Matrimo-
nium. Ex his autem dicendum est de intentione [illegible]
[illegible] sunt et de Ministri attentione, [illegible]
[illegible] ex [illegible] num. 83. et seqq. [illegible]
[illegible], et secundum ex modo dictis, [illegible] Unde

174 Quæres 3tio, an minister duas habens intentiones contrarias, ut sunt, si quis ex errore, aut ignorantia, aut oblivione intenderet consecrare panem, et vinum, intenderet non offerre sacrificium, aut intenderet facere, quod Xtus instituit, et tamen nollet facere, quod facit ecclesia, aut vellet celebrare matrimonium in ratione contractus, nollet tamen illud contrahere in ratione sacramenti, an, inquam, talis minister validè conficeret sacramentum?

Respondeo, in casu cum distinctione procedendum esse, et diligenter observandum, an una ex illis contrariis intentionibus prævaleat alteri? an verò neutra prævaleat, sed sibi sint æquales; si enim intentiones illæ sint sibi æquales, non conficitur sacramentum, quia se invicem se destruunt, et quælibet fortior [illegible] [illegible]. Si autem una alteri prævaleat, et est illa efficacior, tunc sacramentum [illegible] judicandum est de valore, aut nullitate sacramenti, quia hæc alteram [illegible] eo modo, quo unum ex duobus agentibus contrariis simul applicatis vincit, et destruit illud, quod est debilius. Tota difficultas solum est in dignoscendo, quomodo una [illegible] altera efficacior, et [illegible]. Hoc verò, ut optimè notat [illegible], [illegible] optimè dignoscitur à posteriori, a majori [illegible], vel minori difficultate, quam minister in una potius, quam altera intentione deponenda haberet. Intentio enim, quam facilius minister deponeret, et quam per consequens minus firmiter retinet, censenda est infirmior, et inefficacior, ut V. G. si dicas: Volo consecrare Eucharistiam, sed nolo offerre sacrificium, vel ideò hoc tantum dicis, quia putas in missa non [illegible] sacrificium, sed illud separabile esse à consecratione; ita ut si scires inseparabilitatem adhuc velles consecrare, tunc verò [illegible], [illegible] voluntas consecrandi prævaleat voluntati non sacrificandi, si autem scires, consecrationem esse indivisibilem à sacrificio, tunc potiùs velles abstinere à consecrando, tunc non consecras, quia voluntas non sacrificandi [illegible] voluntati consecrandi. Atque [illegible] proportione dic de cæteris sacramentis.

175 Quæres ultimò, an validè conferat sacramentum [illegible] non habet intentionem [illegible] sacramentum [illegible] sine [illegible], [illegible] sine [illegible] sacramentum?

Respondeo, in casu observandum esse, an ea [illegible] minister [illegible] [illegible] [illegible] sint essentialia, aut accidentalia tantùm sacramento? Si enim sint accidentalia tantùm, tunc conficitur sacramentum, si verò sint essentialia, tunc sacramentum erit invalidum, quia videlicet in [illegible] nihil essentiale sacramento [illegible]; [illegible] [illegible]. Unde si quis sine intentione [illegible] accedat ad infantem baptizandum, et cum hoc malo [illegible] [illegible] [illegible] conver[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] forma [illegible] pronunciaret [illegible] ita: Baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: tunc validè baptizaret; secus verò, ubi cum intentione non baptizandi [illegible] pronuntiaret, [illegible] illud [illegible] intentio[illegible]: quia [illegible] illud est essentiale forma [illegible] applicatione materiæ, [illegible] [illegible] jam sit

Articulus secundus.
De Fide, et Probitate Ministri.

176. Ad validam sacramentorum administrationem in Ministro fidem, probitatem requiri, olim dubitatum fuisse, constat inter multa ex celebri controversia, de valore Baptismi ab Haereticis collati, saeculo III. summa ingeniorum contentione agitata inter Summum Pontificem S. Stephanum I. ex una parte, et inter S. Cyprianum, Firmilianum, caeterosque Africanos, et Orientales Episcopos ex altera; affirmante Summo Pontifice; negantibus vero S. Cypriano, et Firmiliano, et alijs. Ast nunc ab Haeretico etiam [illegible] habente debitam intentionem, ac servante materiam, et formam a Christo Domino institutam valide administrari sacramenta, ac proinde in ministro ad sacramentorum valorem non requiri fidem, ac per consequens neque sanctitatem, seu probitatem, nedum certum est ex [illegible] decreto, quod laudatus S. Pontifex direxit ad S. Cyprianum, et refert in sua ad Pompejum Epistola 74. inquiens: si quis ergo a quacumque haeresi venerit ad vos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in Poenitentiam; verum etiam tanquam Fidei Dogma tenendum est, ut, [illegible] constat ex Trid.° Sess. 7. Can. 4. de Baptismo ad [illegible] sic decernente =: Si quis dixerit Baptismum, qui etiam datur ab Haereticis in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anathema sit =. Et de Sacramentis in genere citata Sess. 7. Can. 12. his verbis =: Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem [illegible] omnia [illegible], quae ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, [illegible], non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit =. Ratio autem est, tum quia [illegible] conferendi, et efficiendi sacramenta non est gratia [illegible], sed est gratia gratis data, quae cum peccato mortali est compossibilis; et proinde per peccatum mortale non [illegible] dependitur, tum [illegible] virtus sacramenti est et agit ex meritis [illegible], qui per ministrum [illegible] per instrumentum illud confirmat, atque ex opere operato gratiam, non ex [illegible], aut probitate ministri. Quibus [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] in [illegible] essent [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nullitate [illegible] [illegible] maximo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sacramenta in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quia non in [illegible] [illegible] [illegible] requiratur juris-dictio, ut patebit ex dicendis de eodem suo loco, atque hac ab Ecclesia non raro per suas censuras privatur [illegible] [illegible] etiam alijs scaleribus [illegible], hinc [illegible] accidens, videlicet [illegible] [illegible] Ecclesiae [illegible] Haereticus, aut alius malus sacerdos non possit [illegible] sacramenta administrare, sicuti valide non [illegible] et sacerdotes ad audiendas confessiones non approbatus

178. Hinc in praesenti causa solum difficultas est circa liceitatem communicationis sacramentorum cum haeretico, aut alio intruso ministro. Propter circa hanc, ut certa ab incertis separentur, imprimis distinguendum est inter Ministrum consecratum, qualis est solus sacerdos, et inter Ministrum non consecratum, qualis est laicus: et hoc propter Baptismum, qui in casu necessitatis, ut infra dicemus, etiam a laicis, immo et a foeminis administrari potest, et propter Matrimonium, cujus ministri in sententia recepta sunt soli contrahentes. Deinde et loquendo de ministro consecrato distinguendum est inter casum, quo ex libera electione, et nulla urgente necessitate sacramentum administrat; et inter casum, quo urgente [illegible] necessitate, v.g. infanti, aut moribundo jam jam proximo morti Baptismum administrat aut absolutionem impertit. Tertio etiam distinguendum est inter ministrum, qui simpliciter sacramentum ministrat, seu distribuit, et hoc propter Eucharistiam, cujus, ut antea dictum est, solum eam distribuens potest nomine dici Minister, cum vero fidelibus [illegible] sit simpliciter dispensator, seu distributor; atque inter Ministrum nudum ministrantem, sed etiam simul conficientem sacramentum, qualis est minister sacramentorum in [illegible] superius notatis.

179. Quaeres primo, an Minister lethali labe peccati inquinatus sacramentum conficiens mortaliter peccet?

Respondeo, Ministrum consecratum, sibi conscium peccati mortalis, graviter peccaturum, ubi extra necessitatis casum sacramentum indignus conficiat, et administrat. Et ita tenet communis, et certa sententia cum S. Thoma [illegible] q. 64. a. 6. in corp. dicente =: Non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei, et ecclesiae, in dispensatione sacramentorum peccent, et quia hoc peccatum pertinet ad irreverentiam Dei, et contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris, (licet sacramenta secundum se ipsa incontaminabilia sint) consequens est, quod tale peccatum ex genere suo sit mortale =. Haec S. Doctor ex [illegible]. Desumitur autem clare ex ipsis divinis [illegible], et praesertim ex illo Levit. 20. [illegible] Domini, et [illegible] sui offerunt et ideo sancti erunt [illegible] Isai. 52. Mundamini, qui fertis vasa Domini: item [illegible] omittens, [illegible] 1. Timoth. 3. Diaconos similiter [illegible] nullum crimen habentes. Unde S. [illegible] Omnia, quae [illegible] Omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus =. Et Catechismus Romanus Edit. 2 de sacramentis in genere Ministros his [illegible] =: Meminisse debent [illegible] sacramenta [illegible] quidem virtutem, quae illis inest, numquam amittere, at vero [illegible] ministris [illegible] =. Haec Catechismus, quibus nihil clarius pro nostra sententia dici [illegible].

180. Dixi autem primo Ministrum sibi conscium peccati mortalis, quia [illegible] tantum [illegible] sacramenta ministrando non peccabit cum [illegible] alio peccato gratiam sanctificantem non [illegible], ita et non-

peccarat, qui tunc in statu mortalis culpæ post præmissam diligentem conscientiæ examen non recordatur, sacramentum aliquod conficeret, quia sacramenti tractatio tunc non potest dici formaliter, sed tantum materialiter indigna, cum indignitas sit incognita.

181. Dico 2do: Ministrum consecratum graviter peccaturum, ubi extra necessitatis casum sacramentum aliquod conferat, vel administrat. Nam loquendo de sacramentis, quæ ministrum consecratum non exigunt, ut sunt Baptismus, et in satis recepta sententia Matrimonium, ubi urgeat necessitatis casus, tunc ministrum sive Ordinatum, sive laicum in statu peccati mortalis sacramentum conficientem mortaliter non peccaturum, plures contendunt Doctores, ut Honoratus Tournely, Natalis Alexander, Salmanticenses, Habert, Juvenin, et alij apud S. de Ligorio hic Cap. 2. Lib. 2. num. 32., assertionem suam maxime probantes ex Angelico Præceptore 3. part. q. 64. A. 6. ad 3tium dicente =: In Articulo necessitatis non peccaret baptizando in casu, quo etiam posset laicus Baptizare: sic enim patet, quod non exhiberet se ministrum ecclesiæ, sed subveniret necessitatem patienti: secus est autem in alijs sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis, sicut Baptismus =. Haec S. Doctor. Verum quamvis his Doctoribus adhærendum

182. sit loquendo de sacramentis ad salutem simpliciter necessarijs pro casu, quo necessitas proximi est ita urgentissima, ut simul non suppeteret tempus saltem contritionem perfectam præmittendi, et simul baptizandi, aut absolvendi, quia in casu illo præceptum charitatis subveniendi proximo periclitanti de sua spirituali salute prævalet præcepto de digna sacramenti administratione; extra casum tamen illum saltem tanquam probabilior tenenda est opposita sententia, quam cum P. Concina, Sa, Antoine, Anno de Juge, Vasquez, et alijs plurimis tuetur laudatus S. de Ligorio. Hæcque sententia suadetur tum ex eo, quod auctoritatis pondere valens, nam æquè generatim omnes ministros committit, ... inter ministrum Ordinatum et non ordinatum, solemniter, et non solemniter ministrantem. Tum ex eo, quod peccatum, quod indigne ministrans committit, præcipuè consistit in irreverentia, quæ Christo, et sacramento irrogatur. Hæcque irreverentia in casu nostro irrogatur etiam a ministro non consecrato. Tum denique ex eo, quod omnia jura exigunt, ut sancta sancte tractentur, atqui nullo sacramentum conficiendi est quammaxime sancta, et gravissima, cum hæc nomine Christi, et sit immediata cooperativa sanctificationis animæ. Ubi pro praxi addendum est, sacerdotes

183. ministrantes præsertim ex officio in ... Nosocomijs, aut in castris, ubi ... morientium necessitates sunt passim obviæ, debere semper esse paratos, et ... sacramenta sancte administranda. Quod et dic de Obstetricibus præcipuè in locis, ubi non raro, sed frequenter contingit, ut debeant infantes recenter natos vitæ periclitantes baptizare; et à fortiori de Parochis quibus ex suo munere, et officio incumbit onus sacramenta

Parochianis petentibus administrare, ut in suis instructionibus appo-
site monuit S. Carolus Borromaeus inquiens =. Parochus, omnisque
sacerdos, cujus est sacramenta administrare, meminisse debet
in fere tempore momento paratum esse oportere ad tam sancti
administrationis munus =. Et ratio est, quia ex una parte sa-
cramentum administrare tenetur; et ex alia parte versatur in
periculo proximo indigne ministrandi, nisi se dispositum ser-
vet. Quaeres 2do, an minister non conficiens,
184 sed simpliciter distribuens sacramentum, nempe eucharistiam,
in statu peccati mortalis graviter peccet.
Respondeo, quod quamvis plures Doctores
talem ministrum a culpa gravi excusent; cum communiori tamen
sententia peccati gravis sit condemnandus. Quod praeter au-
ctoritates supra num. 179 relatas, suaderi potest ex Capit. Scis-
citantibus, causa 15. q. 8, ubi S. Nicolaus I. loquens de sacerdote adul-
tero Eucharistiam ministrante ait: Mali bona administran-
do se tantum laedunt. Quae laesio in casu nostro lethalis esse debet,
cum materia sit gravis. Accedit Catechismus Romanus Part. 2.
Cap. 1. num. 26, ubi haec leguntur =: Si homini peccatis conta-
minato munus licet de rebus divinis agere, quantum ab eo sce-
lus concipi existimandum erit, qui sibi multorum scelerum
conscius est, nec tamen sacra mysteria pollutis ore conficere, sed
in foedas manus sumere, contrectare, atque aliis porrigere,
et ministrare veretur? =. Quibus Catechismi verbis omnino
consonant sequentia verba Ritualis Romani § 1, nempe
haec =: Impure, et indigne ministrantes in aeternae mortis
reatum incurrunt =: Quae certe et locum habent in simplici
Eucharistiae distributione, ut constat ex eodem Rituali de
Eucharistia haec habente =. Omnibus quidem Ecclesiae Ca-
tholicae sacramentis religiose, sancteque tractandis ma-
gna cura adhibenda, sed praecipue in administrando
ac suscipiendo SS. Eucharistiae sacramento =. Ratio autem
est, quia SS. Eucharistiae administratio non solum est opus
quammaxime sanctum, et gravissimum, adeoque si alicui
est necessarium praeferentiam sancta sancte tractandi, in praesen-
ti certe illud urget, cum etiam talis administratio fit a
sacerdote, aut Diacono tanquam a ministro ad id ordinato
seu consecrato, et merita per suam actionem applicante;
et proinde talis administratio non potest non esse graviter ir-
reverens, si ab indigno fiat.
Hinc plures Doctores etiam intuentur
185 graviter peccare, qui in statu peccati mortalis cogniti
ministerio, et munere suo sive immediate, sive mediate
sacram tangit eucharistiam, puta gestando in Processione
populum benedicendo, de uno ad aliud locum transferendo etc.,
quia nemini gravis irreverentia in Christum videtur esse, quasdam
sanctissimas res pollutis manibus tangere, ut non obscure
notat exemplum Oza, qui, ut legitur 2 Reg. 6, a Domino percus-
sus fuit, eo quia extenderit manum suam ad arcam Dei, et tenuit
eam. Verum quidquid de hoc sit, quod non videtur aeque timendum
quam nuper erit dictum, illud tamen hic dicendum est, nempe

multiplicī peccato se coinquinare qui in peccato mortali simul ministrat, et suscipit eucharistiæ, aut Matrimonij sacramentū; sacerdos scilicet in peccato mortali celebrans quatuor mortalia peccata committit, pm̄, quia indigne conficit sacramentū, secundū, quia illud indignè suscipit, tertiū, quia illud indignè ministrat, et quartū, quia illud sibi indigno cognito distribuit; sicuti et contrahens matrimoniū se ipsum in peccato maculatū agnoscens unū peccatū grave committit quia illud indignè ministrat, et alterū, quia indignè illud suscipit; quamvis omnia hæc peccata satis explicantur in sacramentali confessione ab eo, qui dicerit, se celebrasse aut matrimoniū contraxisse in mortali peccato. Atque hæc circa sacramentorū confectionem, quibus addenda esset solutio difficultatis, quot numero peccata committat, qui pluribus successivè distribuit eucharistiā, aut plures pœnitentes absolvit, aut &c, sed de hoc vide dicta in Tract. de Peccatis cap. 3. §. 2 num. 100, et sequentibus, dum interim

186. Quæres 3tiò, qualiter peccet confessarius in mortali peccato excipiens pœnitentis confessionem cū proposito illū actū perfectæ contritionis c [illegible] antequā illum absolvat?

Respondeo, nonnullos doctores, inter quos sunt ex̄s de Lugo, Sporer, Elbel, Diana, Salmanticenses, et alij, quos sequitur S. de Liguorio loco supracitato num. 36, à gravi culpa talem confessarium excusare, non quidem ex eo quod confessarius in simplici auditione confessionis merè passive se habeat, ut vult ex̄s de Lugo, cū et tunc activè operetur, judicium nempe ferendo de peccatis auditis, sed quia confessarius tunc nondum conficit sacramentū, et adhuc non operatur nomine, et in persona Xti, neque adhuc ponit actionem causativā gratiæ; sed nihilominus opposita sententia tenenda videtur cū Suarez, Concina, Continuatore Tourneli, Concina, et alijs pluribus, et hoc non solū quia talis actio est sacramentalis, et pertinet ad ministrū consecratum, cū sacerdos confessarius non tm̄ ad absolvendū, quā ad audiendū confessionem, sed etiā [illegible] ita agere debet, se velle exponere periculo proximo etiā indignè absolvendi, cū vix in praxi contingat, ut talis confessarius tunc actū perfectæ contritionis eliciat.

187. Quæres 4tò, an ministri Ordinatus ex officio, seu solemniter exercens alias functiones sacras, quæ non sunt confectio, aut administratio sacramenti graviter peccat eas faciendo in peccato mortali?

Respondeo, hoc super re primā sententiā indiscriminatim, seu nulla facta distinctione inter unā et alterā actionem, affirmare, et videtur esse ad mentē Angelici Præceptoris in q̄rt. dist. 24. A. 3. Quæstiun. 5 sic concludentis = Quicumque cū peccato mortali aliquod sacrū officiū pertractat, non est dubiū, quin illud indignè faciat. unde patet, quod peccat mortaliter =. Est altera sententia, quam communiorem, et satis probabilem vocat S. de Liguorio, et tuentur magni nominis Theologi, absolutè negat esse quocumque tali actione, quamvis ultrò concedat venialiter peccatum,

jam majoris, jam minoris pro majori, vel minori dignitate ipsius sacri unctionis. Itaque sententia illa potissimum rationi innititur, quod exercitium talium sacrarum actionum non est talis, ac tanta, excellentia, ut sub gravi videatur exigere in eas conficiente statum gratiæ sive ipsæ considerentur in se, sive spectetur Deputatio ipsius ministri: non quidem si ipsæ in se considerentur, quia non sunt proxime ordinatæ ad animæ sanctificationem, seu gratiæ sanctificantis productionem, neque ex se eam continent, et proinde illas exercens merita Xti non distribuit, nec Xti nomine illas functiones facit: non item, si spectatur Deputatio ipsius ministri quia saltem Ostiarius, aut Acolythus munia sua ex officio exercens in statu peccati graviter peccaret: quod est contra communem, aut saltem communiorem sententiam; ergo &c.

189. Itaque secunda sententia, si limitetur, seu nonnullos excipiat casus, non videtur contemnenda, si nempe primo excipiat casum de Episcopo Chrisma pro Confirmatione, et oleum pro extrema unctione consecrante: 2do casum de sacerdote in peccato mortali cognito peragente etiam actiones dictas, extra ipsam consecrationem: et 3tio casum de Diacono solemniter inserviente Sacerdoti in Missæ sacrificio. Unde consequens satis probabile Dataroni potest, graviter non peccaturum sacerdotem contemnentem, Episcopum Ecclesias, templa, et vasa sacra consecrantem, Parochum sacras vestes, candelas, cineres, aquam, et alia hujusmodi, aut etiam nuptias benedicentem, Subdiaconum etiam solemniter inservientem, Acolythum munia sua etiam ex [illegible] &c.

190. Excipitur autem primo casus de Episcopo chrisma, aut oleum consecrante: et hoc quia ex una parte licet per talem consecrationem non perficiantur sacramenta Confirmationis et extremæ unctionis, quodammodo tamen per illam inchoantur [illegible] chrisma, et oleum si non sit benedictum, non est materia apta talium sacramentorum; et ex alia parte talis consecratio est materia gravis, ut patet ex eo, quod jure divino nonnisi ab Episcopo fieri potest, et fit magna cum solemnitate .... Excipitur 2do casus de Sacerdote peragente actiones consecratio[illegible] et hoc non solum quia eæ proxime [illegible] SS. Eucharistiæ contactionem. sed etiam quia sacrandum [illegible] sunt sanctissima, ac maximi momenti. .... Tandem excipitur casus de Diacono solemniter in missa inserviente sacerdoti; et hoc tum quia tale ministerium sacrandum est quam maxime [illegible], et in ordinatione [illegible], tum quia, ut [illegible] tales esse [illegible], ut habeant ministerium [illegible]; tum quia in [illegible] Quæsitum, de Sacri[illegible], [illegible] et aliis Clericis existentibus in peccato mortali [illegible], quia si non pœnitueriнt, moren[illegible], et sub [illegible] divini judicii [illegible]standi, ut in [illegible] omnia [illegible] etiam Ordinis non [illegible] de Diacono, tandem [illegible] 21, [illegible] 28. [illegible], nihil à [illegible] aut Diacono, si [illegible]

91. Queres 3tiò, an Concionatores verbum Dei in peccato mortali annunciantes graviter peccent?

Respondeo, triplicem esse hac super re Doctorum sententiam, quarum primò absolutè affirmat, et hanc tuentur Sylvester, Medina, Tournely, et alii, quos ore citato num. 90. citat [illegible], ex Gregorio, ex hac praecipuè ratione, quod actum Ordinis ex officio in peccato mortali exercerent. Atque videtur esse ad mentem Angelici Doctoris in 4to Dist. 19. q. 2. a. 2. ad 4tum docentis, ex officio Praedicationis sacram scripturam docentem gravi peccato se coinquinare, si in peccato mortali sive publico, sive occulto existens id faciat; contra verò solum graviter peccare, qui in peccato mortali publico existens sacram scripturam docet ex officio Magisterii, quod Magistri Theologiae docent. Sed hanc suam doctrinam etiam quoad primum caput temperasse, seu restrinxisse videtur S. Doctor in 1. Corint. Cap. 6. Lect. 1. ex S. Gregorio sic inquiens =: Cujus vita despicitur, restat, ut ejus praedicatio contemnatur, ut publicus, et tamen is peccator cavere sibi debeat, ne praedicet, aliis peccat =. Altera verò sententia, quamvis aliquam levem irreverentiam in tali ministerio à peccatore exercito agnoscat, absolutè tamen à peccato mortali absolvit, tum quia nulla petat lex sive Divina, sive Ecclesiastica sub gravi prohibens peccatoribus verbum Dei annuntiare; tum quia actus praedicandi neque immediatè tendit ad animae sanctificationem, seu non est actus immediatè causans gratiam, neque est actus, seu officium Ordinis; sed tantum est actus seu Officium Ordini annexum. Tertia autem sententia distinguens inter peccatorem publicum, et inter peccatorem occultum, de hoc loquendo adhaeret secundae sententiae, ex rationibus insinuatis; loquendo verò de peccatore publico primae subscribit sententiae, ex eo potissimùm ratione, quod talis peccator per suum perversum vivendi modum impedit fructum praedicationis, adeòque graviter nocet proximo suo. Quod praecipuè verum est, ubi Concionator publicè et infamatus increparet vitium, quo ipse est irretitus, juxta illud Apostoli Rom. 2=: Qui aliud doces, te ipsum non doces; qui praedicas non furandum, furaris. Qui dicis non moechandum, moecharis. Et Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes =. Sic sum.

92. Queres 6tò an minister conficiens sacramentum, aut alias functiones sacras, ad quas digne ministrandas sub gravi status gratiae requiritur, teneatur sacramentalem confessionem praemittere, si commodè possit? an verò sufficiat, per contritionem charitate perfectam se disponere?

Respondeo, certum esse, sacerdotem sacrum Eucharistiam conficientem sacramentalem confessionem praemittere debere, et proinde ipsi non sufficit per contritionem quantumcunque perfectam se disponere, nisi fortè desit copia Confessarii, et simul adsit urgens necessitas celebrandi, ut constat ex his verbis Trid. Sess. 13 Can. 7 =: Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod à Xtianis omnibus, etiam ab

ijs Sacerdotib., quib. ex Officio incumbunt celebrare, nec Sancta Synodus perpetuo servandum esse censuit, modo non desit illis copia Confessoris. Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur =: Statuens Trid. Atq: hinc infertur esse sic circa alia sacramenta, et alias sacras functiones supra recensitos. Atque de his loquendo prima sententia stat

193 pro Decreto sacramentalem confessionem, tanquam necessariam dispositionem præmittendi. Hancque sententiam toto robore tuetur P. Daniel Concina hic Cap. 11. §. 5. f. 13., Merbesius, Tenetus, et alij, et primo probari fit ex pauloante citato Trid. Decreto, quod nempe sicuti in conficiendo Eucharistiam necessario requiritur, ut, si sibi conscius est peccati mortalis, sacramentalem præmittat confessionem, ita et necessarium est in alia sacramenta administraturo, cum utrobique idem currat motivum, ne videlicet indigne tractentur ministeria, atque res sacræ. 2do ex eo, quod Minister tacturus rem aliquam sacram, ad quam digne faciendam sub gravi requiritur status gratiæ sui probatione facta, prudenter timere non debet de sua indignitate. Atqui talis minister sibi peccati gravis conscius prudenter timere debet de sua indignitate, nisi sacramentaliter confiteatur, et hoc tum quia contritio perfecta ad justificationem sufficiens ita rara est, ut, testibus Auctoribus Catechismi Romani Part. 2 Cap. 5. num. 36., a paucissimis hac via peccatorum venia speranda sit: tum quia contritio, etiamsi ut perfecta sit, et vim habeat justificandi, debet esse conjuncta cum voto sacramenti suscipiendi: Quod votum concipi non fit in eo, qui habens copiam Confessarij omittit confiteri. Unde præfati Auctores Catechismi Romani loco citato num. 45. talem necessitatem sequentib. verbis clare expresserunt =: Verum si quid salutis nostræ ratio postulet, consideramus, profecto quoties nobis mortis periculum immineret, vel aliquam rem tractare aggredimur, cujus tractatio homini peccatis contaminato non conveniat, (veluti cum Sacramenta administramus, aut suscipimus) toties confessio prætermittenda non est =: Quod et docuit S. Carolus Borromeus in Actis Ecclesiæ Mediolanensis Part. 4., ut apud citatum P. Concinam est videre. Altera autem sententia talem negat ne-

194 cessitatem, et ut contritio perfecta præmittatur, contenta est. Atque pro hac sententia stant Suarez, Frago, Salmanticenses, Laymann, Roncaglia, Sporer, Viva, Bonacina, et alij quamplurimi quos citat et sequitur P. la Gigorio loco citato num. 34., et affirmant probant primo ex Rituali Romano de sacramentis in genere sic inquiente =: Sacerdos si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde pœniteat. Sed si habeat copiam confessarij, et temporis, locique ratio ferat, convenit confiteri =: Convenit ergo tantum ex Rituali Romano confessionem præmittere, si vero alias tali ministro sufficit se per perfectam contritionem disponere. Quod et probant ex eo, quod per se ad dignam sacramentorum, aut aliarum sacrarum actionum confectionem in ministro nihil aliud requiritur, quam status gratiæ

per jam per perfectam contritionem à peccatore comparari sit, et proinde si ex aliquo fonte non constet de proposito confessionem praemittendi, et contritio perfecta sine actuali confessione haberi sit, non est dicendum, ministrum, de quo loquimur, ex necessitate sacramentalem confessionem administrationi sacramenti praemittere debere: Atqui ex una parte non constat de tali praecepto, ut illud viris etiam quam maxime doctis hactenus pe[...]nt, et adhuc sit incognitum: et ex alia parte elicere actum perfectae contritionis non sit ita rarum et difficile, ut Patroni opinionis sententiae existimant, licet forte rarum sit, et difficile respectu communitatis hominum; ergo &c. Quae omnia confirmari possunt ex eo, quod sicuti ad dignam sacramenti confectionem à peccatore faciendam non requiritur necessario, ut revera, et coram Deo sit vere contritus, sed solum, quod non habeat rationabile dubium suspicandi de suae confessionis invaliditate: ita et sufficit, ut non habeat rationabile dubium circa insufficientiam contritionis perfectae à se elicitae: Contingere autem sit, ut tale dubium non sit, ubi quis pro viribus conatus fuit conteri de peccatis suis: ergo &c. et hoc maxime cum non agatur de sacramenti valore, sed tantum de liceitate; ut proinde contra hanc secundam sententiam dicere non valeat, quod non sit moraliter certa; et adeo non sit practicabilis, quia ad licitum proxime sententiae de licito, aut illicito tantum sufficit, quod ea sit certo, solide, practice, et respective probabilis, aut saltem probabilior, sicuti juxta Patronos suos est majoris sententiae; quod tamen aliis definire relinquo, dum incertum sit.

Articulus Sextus.

De Sacramenti Administratione Indignis.

Nonnulla sunt, quae facile ab omnibus admittuntur in

95 praesenti causa. Et primo, teste P. Lucio Ferrans Verb. Minister Sacramentorum num 33, communis sententia est, nullo modo, et ne ad vitandam quidem mortem licere sacramentum administrare incapaci, ut tali cognito, ei nempe, cui ipsi administraretur, non tamen haberet sacramentum, ut est, ubi quis jam baptizatum rebaptizare, jam confirmatum reconfirmare, jam ordinatum reordinare, aut indispositum absolvere intentaret. Sive enim [...] ananda Ego te absolvo, ego te confirmo &c. minister mentiretur, ut patet. Atqui mendacium ita est malum, ut in nulla penitus circumstantia possit esse licitum. Atque hinc difficultas est pro eo casu, quo sacramentum est validum, licet indigno ministretur.

Atque pro hoc casu loquendo de indigno

96 notorio, seu de Peccatore publico, sive publice, sive occulte sacramentum petente, quousque de ejusdem emendatione non constat, eidem sacramentum administrare per se illicitum esse, pariter facile conveniunt Doctores cum S. Thoma 3. part. Q. 80. A. 6. in o, et constat tum ex illo Matth. 7. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: tum ex eo, quod sicuti administrans sacramentum

indigno itaque indigne, irreverenter, et contra quidem exigentiam tractat, ipsum suo effectu, qui est productio gratiae defraudando, tum ex eo, quod tunc alieno peccato cooperaretur, et scandalum in populo excitando, indignos à sacramentis non arcendo, ingeneraret. Contra vero loquendo de indigno occulto, etiam ut tali cognito, seu de peccatore occulto cum praefato Angelico Doctore, facile conveniunt Doctores, quod quamvis illi occulte petenti sacramentum, per se loquendo jam debeat denegari; illi tamen publice petenti regulariter sit administrandum. Et

197 primum jam patet ex paulo ante dictis: secundum vero manifeste colligitur ex cont. Romin cap. 6. Q. 2., et clarius ex capit. si sacerdos, de Officio judicis Ordinarii, ubi Gregorius Papa III confirmat exemplo Christi, qui Judae communionem porrexit. Cujus et ratio est, quia tunc jure amittit, etiam dominium cedere juri suo, tum ad conservandam famam peccatoris adhuc in suo jus retinentis, tum ad vitanda gravissima incommoda, quae ex denegatione sacramenti sequerentur, nempe dictum scandalo, cum si sacerdos possit ob occultum crimen negare communionem publice petentibus, inde facile eveniret, ut etiam boni deterrerentur à petitione, timentes, ne propter odium, vel imprudentiam vel alia de causa à sacerdote rejicerentur.

198 Dictum est autem primo de peccatore publice loquendo: quoniamque de ejusdem emendatione non constat: quia quamvis non solum peccatori occulto, sed etiam publico sacerdos sacramentum debeat administrare, ubi in occulto petat et talia signa emendationis praefert, ut nullus prudens dubitet de ejusdem vera, et sincera poenitentia relinquatur; ut tunc nihil sit, quod ei jure objici possit: si tamen peccatum fuit publicum, et publice fiat petitio, insuper requiritur, ut emendatio publice innotescat ad scandalum avertendum, ut statuitur in nostris Synodalibus Constitutionibus cap. 8. de Ministranda Eucharistia, ubi num. 3. dicitur = Facinorosi homines, concubinarii publici, blasphemi, qui in odio proximi cum scandalo perseverant, et alii id genus publice criminosi, etiamsi à peccatis recesserint, et se affirment, à communione arceantur, quoad ipse Parochus, cui animarum cura incumbit, eos vitam, et mores vere emendasse cognoverit = Quae omnino consonant iis, quae in Rituali Romano de Eucharistia habentur expressa his verbis = Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifestique infames, ut meretrices, concubinarii, foeneratores, Magi, sortilegi, Blasphemi, et alii ejus generis publici peccatores, nisi de eorum poenitentia, et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint =

199 Dictum est 2do tum de peccatore publico seu notorio, tum occulto agi ex parte, et regulariter loquendo et hoc propter nonnulla dubia, quae circa utrumque peccatorem oriuntur apud Doctores. Pro quibus rite solvendis opera, pretium est advertere, crimen aliquod triplici modo haberi publicum, et esse notorium. Et primo ipso jure quando nempe jus de eo juridice convictus est. Tum ipso facto, cum nempe patratum in publico loco, et coram pluribus admissum est.

ita ut nulla tergiversatione celari possit. 3tio tandem, nimirum cum ex sufficientibus indicijs crimen pervenit ad multos, etiamsi interim nonnulli sint, ad quos nondum notitia venit. His notatis, pro dictis dubiis solvendis circa peccatorem publicum

200. Quæres primo, an negandum sit sacramentum peccatori, cujus peccatum non est simpliciter publicum, id est omnibus frequentibus notum, sed tantum est cognitum plerisque ex adstantibus?

Respondeo, nonnullos Doctores, inter quos sunt Suarez, et Bonacina, in ea esse sententia, ut tali peccatori publice sacramentum petenti non debeat denegari, quia petens adhuc possideat famam apud eos, qui illius crimen ignorant, atque aliorum scientium scandalum, si quod oriturum est, erit tantum passivum, seu non datum, sed acceptum. Verum doctrina hæc alijs non arridet, et ideo volunt, tunc sacramentum absolute denegari debere, quia ubi delictum est notum plerisque ex aliqua communitate, vere et simpliciter publicum esse dicitur; et proinde denegatur ipsi petenti sacramentum, quia [illegible] fama non læditur, non est ergo, cur tunc non debeat denegari, ut vel etiam patet ex eo, quod vel nunquam peccatori publice publicum petenti liceret sacramentum denegare, cum vix accidat, ut non adsint personæ, quibus ejusdem crimen sit ignotum. Atque huic sententiæ arbitror adhærendum, nisi saltem pro casu, quo delictum est notum tot personis loci, in quo denegatur sacramentum, ut ad publicitatem sufficiat, atque personæ delicti ignaræ sunt ita paucæ, ut illud non sint ulterius divulgaturæ.

201. Quæres 2do, an peccatori publico negandum sit sacramentum, ubi illud petit in loco, ubi crimen non est publicum, seu notorium?

Respondeo, hoc in re non posse esse dissidium pro eo casu, quo criminis notitia facile est [illegible] etiam ad locum, ubi petitur sacramentum, necessarium si sit crimen injuriæ non sit divulgandum, quia tunc et in illo loco delictum moraliter notum, seu publicum dici potest. Atque hinc dissidium tantum esse potest pro eo casu, quo in petitionis loco facile publicandum non foret. Sed et in casu illo sacramentum tali peccatori denegandum esse, volunt Cajetanus, Suarez, Bonacina, Palaus, et alij apud S. de Ligorio loco jam citato num. 46, ubi tamen [illegible] casus, quo peccator pendente [illegible] emendatus [illegible] hanc [illegible] rationem, quia vel in uno loco publice diffamatus, jure famam suam amisit, ideoque denegatio in casu indignitatis sacramenti ac summum peccare posse videtur contra charitatem, quæ non obligat, [illegible] famam illius, qui simpliciter jus amisit ad illam, et temerarium [illegible] exponere famam suam periculo diffamationis. Quæ tamen ita valida non videntur. S. de Ligorio, ut communius docet tenendum cum Castropalao, Soto, Vasquez, et alijs ex ea potissimum ratione, quod ex una parte tali peccatori ministrando sacramentum nullum fit [illegible] scandalum aliorum, et ex alia parte sacramentum negando sequeretur [illegible] inconvenientia supra num. 197 [illegible]. Utraque sane sententia videtur [illegible] tenenda, saltem pro eo casu, quo delictum [illegible] publicum [illegible] juris, seu tamen [illegible] aut facti, aut famæ [illegible].

Quæres 3tio, quid agendum sit in casu, quo dubium [illegible] vel circa crimen, vel circa [illegible]

Respondeo, in casu diligenter observandum esse, an dubium oriatur vel circa existentiam, aut publicitatem delicti, vel circa resipiscentiam pro ipso delicto? Si enim certo constat de delicto, ejusque publicitate, ac solum dubitatur de resipiscentia, sacramentum erit absolute denegandum, quia infamia perdurat. Si vero dubitatur de criminis existentia, neque publice, neque privatim petenti sacramentum sit denegari, quia praesumptio stat pro innocentia petentis, quamvis, ut infra dicam, minister quoad fit, debeat curare, ut rei veritatem sciat. Quod et dic ubi dubium insurgit circa criminis publicitatem, tunc scilicet publice petenti sacramentum dandum erit; secus vero, ubi privatim petatur sacramentum, et privatim ministro constat de delicto, ut supradicta meditanti facile patet. Ex quo etiam colligitur quid dicendum sit, ubi habeatur publica suspicio de crimine; tunc nempe sacramentum denegandum est, ubi suspicio esset tam vehemens, ut morali certitudini aequivaleat; secus vero si talis sit, ut probabili ratione deponi possit.

203 Quaeres 4to, an peccatori omnino publico, seu notorio in Articulo mortis constituto, ac sacramentum petenti illud sit denegandum?

Respondeo, hic difficultatem esse non posse circa sacramenta absolute necessaria ad salutem, ut Baptismum, et Poenitentiam. Haec enim ministranda esse, ubi vel etiam dubia est petentis dispositio, constat ex dictis num. 77. Quare tantum dubium est circa reliqua sacramenta, et praesertim circa Eucharistiam, et extremam Unctionem; et quidem solum circa publicam administrationem, quia si Parochus, audita confessione, [illegible] sibi haberet, verum, et ex corde esse contritum, juxta superius dicta etiam Eucharistiam, et extremam Unctionem occulte posset administrare. Loquendo itaque de publica administratione tunc etiam danda esse sacramenta defendit Suarez, La-Croix, Tamburinus, et P. de Gigorio dicens hanc esse communem sententiam, et hoc tum quia recte supponitur, talem moribundum verum esse contritum de peccatis suis, tum quia illa necessitas una simul cum notitia habita de facta confessione tollit publicum scandalum. Quod tamen limitat Tamburinus de Eucharistia loquendo ad casum, quo talis peccator decumberet in loco publico peccati, [illegible] adhuc est in femina [illegible], cui proinde illa Eucharistia denegari propter sacramenti reverentiam.

204 Quaeres 5to, an saltem ob metum gravem mortis sibi intentatum liceat Ministro conferre sacramentum indigno?

Respondeo, ut tanquam licitum defendere nonnullos Doctores, quos sub num. 78 retuli una simul cum communi [illegible], quae certe mihi videtur satis infirma. Nam quilibet peccatori publice sacramentum petenti illud administrare debet, non solum quia sacramentum illi denegando ejus fama laeditur, sed etiam quia sequerentur inconvenientia supra num. 197 recensita, et insuper quia denegatio sacramenti [illegible] facta [illegible] est mala, utpote laedens jus alterius, contra vero denegatio sacramenti habita etiam cum periculo mortis ipsius ministri est actus virtutis heroicae; ex quo ratio

disparitas ad paritatem, ex qua arguitur pro tali sententia probanda. Quare amplectenda est sententia asserens, vel ipsum metum mortis non posse cohonestare administrationem sacramenti indigno ut tali cognito. Neque obest, quod non solum Parochus sit

205. assistere; verum etiam sponsa sit contrahere matrimonium cum sponso suo publice indigno, ubi grave aliquod incommodum aliàs ipsis esset subeundum, et hoc quamvis, ut supra diximus, in satis recepta sententia contrahentes sint Matrimonij ministri. Nam quod ad primum attinet de Parocho, ea disparitas inter illud intercedit, quae est inter verum ministrum sacramenti, et inter testem ipsius sacramenti peracti: Unde sicuti quamvis ad mortem evitandam, aut aliud malum grave declinandum, quis sit esse testis simplex alicujus actionis ab alio iniquè faciendae, non tamen eam facere sit; ita quamvis Parochus non possit sacramentum aliquod vere ministrare etiam ad mortem fugiendam; sit tamen Matrimonio indignè contrahendo assistere, cum tantum sit testis autorizabilis ipsius Matrimonij. Quamvis tamen tali metu ablato, ac nulla alia gravi causa urgente, Parochus cavere debeat, ne publicè infamium, ac indignorum Matrimonio assistat, seu hos omninò rejicere debeat, ut docuit Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 29. num. 5. inquiens =: Quamvis enim juxta communiorem, magisque receptam sententiam (Parochus) non sit sacramenti Matrimonij minister; nihilominus in multis comparatur ministro, nec licitè sua praesentia, et auctoritate firmare sit contractum, quem scit a contrahentibus sacrilegè iniri =. Et ratio est, tum quia, ut diximus de Virtute Charitate Cap. ultimo Art. 2. §. 2. num. 477. et 481., sine justa, ac rationabili causa non licet cooperari ad actionem malam etiam cum eo, qui eam facere est paratus: tum quia Parochus utpote ex officio suo obligatus ad providendum saluti spirituali suorum filiorum ex justitia tenetur talia Matrimonia impedire. Quare audiendi non sunt nonnulli Doctores existimantes in relato casu Parochum assistere posse ubi nihil conatus est eos disponere ad dignè contrahendum. Eo minus verò Parochus assistere poterit Matrimonio eorum qui fidei rudimenta ignorant, ut ex his, quae in Rituali Romano Tit. de Matrimonio leguntur: Utrique sciat rudimenta fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant: apertè constat, et statuit Sacra Congregatio habita coram Innocentio XII anno 1697. injungens Parochis ne ad Benedictionem procedant, nisi contrahentes reperiantur in fidei rudimentis instructos. Quod tandem deinde confirmatum fuit a Clemente XI, ac iterum a Benedicto XIV. in Constitut. Etsi Minime §. 11. die 7 Februarij 1742.

206. Ad secundum verò de sponsa, quod unicè locum habere possit, ubi sponsa habeat justam, eamque gravem causam contrahendi, quia hac sublata per se patet, illicitum esse cum tali sponso contrahere quousque non emendetur, cum id esset velle cooperari ad alienum peccatum per actionem, de quam nullum jus habeant, ad secundum, inquam, quod non probabiliori sententia concedendum videtur, ut vel patet ex eo, quod justa urgente causa non rarò, ut suo loco videbimus, S. Sedes Apostolica dispensavit, ut Catholicus cum Haeretico matrimonium posset inire,

nisi quamquod paritas non sit adaequata, cum doctrina supra po-
sita procedat de ministro certo, et sacro, seu per ordinationem sa-
cra donato; atque sponsi non quidem juxta certam, sed solum
juxta probabiliorem, ac magis receptam sententiam sunt ministri ma-
trimonij, neque etiam sunt ministri sacri, ac videtur assignari
posse disparitas, primo quia contrahentes indirecte tantum confi-
ciunt sacramentum, quatenus directe faciunt contractum de se non
sacrum, qui cum existit, a Christo elevatur ad rationem sacramenti, con-
tra vero aliorum sacramentorum ministri per suam actionem directe
conficiunt sacramentum: 2do quia actio, qua unus ex sponsis v.g. dignus
praestat suum consensum comparti directe, et immediate, saltem
primario tendit ad conferendam gratiam in semetipso, et secundario
in ipsa comparte: quod de actione, qua alia sacramenta admi-
nistrantur, dici non potest. Talis ergo paritas non urget. Atque
haec circa administrationem sacramenti peccatori publico, et no-
torio. Modo de peccatore occulto

207 Quaeres 6to, an confessarius ex confessione
sacramentali sciens alterius crimen, illi aliam ob causam pa-
terne eidem sacramentum petenti v.g. eucharistiam, licite denega-
re possit, ubi praesertim nemine praesente petat?

Respondeo negative; et communis refertur a Croix
est sententia Suarez, Vasquez, Laiman, ac nonnullorum aliorum id con-
cedentium, ubi Minister alias causas praetenderet. Ratio autem est,
quia peccator tunc satis adverteret ex confessione sibi sacramen-
tum petitum denegari, et ideo sigillum sacramentale frangeretur,
ac confessio fieret odiosa, utpote cum per denegationem illam ei
indignitas exprobraretur. Praeterea notitia scientia ex confessi-
one habita est talis rationis, ut nec ad occulti quidem monendum,
aut corrigendum poenitentem confessarius uti possit; unde a
fortiori ea duci non potest ad sacramentum denegandum, etsi occul-
te illud petatur. Ideo, ut optime advertit post alios D. ... Gig-
rio loco supra citato num. 51, dicendum est etiam pro eo casu, quo
confessarius extra confessionem haberet aliquam notitiam, non
tamen ad moralem certitudinem pertingentem, quia nempe talis
notitia secundum se non est sufficiens, ut minister licite pos-
sit denegare sacramentum petenti, et cognitio per confessionem
habita est talis, ac si non esset. Hisce positis, pro complemento

208 Quaeres 7mo, an Minister, ut se fidelem prae-
stet, ei, cui sacramentum ministret, debeat habere positivam certi-
tudinem, eum nempe sit dignus? an vero sufficiat, si
nesciat esse indignum?

Respondeo sacramentorum Ministrum talem se-
curitatem de recta suscipientis dispositione habere debere, ut possit pru-
denter ... ... Ratio est ... ...
... ... requiritur inter dispen-
satores, ut fidelis quis inveniatur: Minister nonnisi fideliter
ac prudenter sacramenta potest administrare. Quod certe non præ-
staret ubi de recta suscipientis dispositione diligenter
facta investigatione ei non constaret, ... dignum
... ... alias
... ... sacramento administrato in-
digno, ac ... sacramentum suo ... ...

sanctificans, singulorum sacramentorum enumeratione insuper ostenditur. Nam, ut suo loco dicetur, sacerdos sacramentum Poenitentiae administraturus debet esse moraliter certus de Poenitentis dispositione, cum ea pertineat ad sacramenti valorem, et ipse sit judex ad absolvendum, aut [illegible]. Episcopus vero Ordinem administraturus debet habere certam scientiam de Ordinandi dignitate, cum Ordo dirigatur ad bonum publicum, quod ex officio Episcopi debent procurare, et nemo ad illud jus aliquod habeat, nisi sit a Deo vocatus tanquam Aaron. Item de Baptismo loquendo, si praesertim adulto sit ministrandus, Minister diligenter inquirere debet consensum, et dispositionem ipsius Baptizandi, an nempe voluntarius, aut coactus ad Baptismum veniat, an calleat rudimenta fidei, et mysteriis a Deo revelatis firmiter credat, in Deo spem suam collocaverit, et de vita male acta doleat, et [illegible] poeniteat, et hujusmodi alia. Quod et servata proportione faciendum est in Matrimonio, Parochus videlicet antequam assistat, diligenter inquirere debet, an contrahentes sciant mysteria fidei, confessi prius fuerint peccata sua, aliquo impedimento detineantur etc. Quamvis de aliis sacramentis loquendo, nimirum confirmatione, eucharistia, et extrema unctione, ut cum Suarez, [illegible], et aliis notat P. Fr. [illegible] loco citato num. 42; non videatur ita diligenter inquirendum, sed ea deneganda non sint iis, qui catholice vivunt, nisi constet de indignitate petentis, quia hoc ipso, quod ad haec sacramenta quis etiam [illegible] accedit, praesumendus sit recte dispositus, et in his sacramentis minister non est judex constitutus, sed simplex dispensator. His autem circa administrationem sacramentorum indignis expositis sit

Articulus Quartus

De sacramentorum simulatione.

209 Propositio haec. Urgens metus gravis est justa causa sacramentorum administrationem simulandi: quae est 29 inter damnatas ab Innocentio XI die 2 Martii 1679, in praesenti praebet occasionem nonnulla dubia examinandi. Quorum primum est, an quaecumque simulatio prohibita intelligatur in sacramentorum administratione? Alterum vero est an etiam prohibitio ad suscipientes extendatur? Et tertium est, an sub illa damnatione etiam metus gravissimus, puta mortis comminatae damnetur? Pro quibus rite solvendis hic ad memoriam revocare oportet ea, quae circa simulationem diximus in Tract. de [illegible] Disp. 9 Art. 2 num. 359, nimirum quod simulatio generatim sumpta est positio alicujus verbi, aut signi, aut facti cum praevisione, quod alius ex eo sit decipiendus, illud accipiendo in eo sensu, qui verus non est. Et haec duplex est, formalis nempe una, et materialis altera. Formalis est positio alicujus verbi, aut signi, aut facti non tantum cum praevisione, quod alius decipiatur, sed etiam cum intentione talis deceptionis, ut in re nostra loquendo esset si Parochus baptizaturus infantem super eum aquam effunderet verba formae proferendo sine tamen intentione baptizandi, eo quod animo, et mente, ut adstantes crederent se vere baptizare. Materialis vero simulatio est positio alicujus verbi, aut signi, aut

facti, ut in negatione quidem, quod alius decipiatur; sed tamen sine
intentione eum decipiendi, ut est in casu mox relato de Poro-
cho, ubi non habebat animum alium decipiendi. Atque simulatio
haec materialis in casu nostro alia est, qua quis utatur materia, et
forma sacramentorum sine intentione conficiendi sacramentum:
et alia est, qua quis neque materia, neque forma, neque alio ad sa-
cramenti substantiam pertinente utitur, sed re plane indifferen-
te ad sacramentum, ut est, si loco proferendi verba absolutio-
nis super poenitentes, alias preces recitaret, ubi praevideret alios
existimaturos, tunc poenitentes absolvere. His autem diligenter
notatis. "Certum est apud omnes, simulationem formalem
220 in omni casu esse malam; et ideo ex quacunque causa, et etiam
ex [illegible] metu mortis cohonestari non posse, sive interim talis
simulatio fiat per signa certum determinatum sensum habentia, si-
ve per [illegible] aequivoca. Nam talis simulatio est apertum men-
dacium, cum per talia signa ijs utens intendat significare, et
[illegible] aliis sensum distinctum ab eo, quem ipse in mente habet
et proinde in errorem inducere: Atqui mendacium in omni prorsus
casu est malum, et vitandum, et in praesenti quidem sub gravi,
cum mendacium sit in re gravi. Quare talem simulationem
sub reatu peccati damnata contineri, nemini dubium esse potest,
sed solum aliqua difficultas esse ait circa simulationem materialem,
de qua loquemur. Certum pariter esse debet, materialem simulatio-
221 nem sacramenti per materiam, et formam, aut aliud pertinens ad sub-
stantiam sacramenti in omni prorsus casu illicitam esse; et adeo ne
ad vitandam quidem mortem, ministrum eam uti posse. Atque
doctrina haec non solum constat ex eo, quod juxta communissima
doctorum sententia supra relata proscripta propositio comprehendit
tum simulationem formalem, tum materialem, atque metum gravem
et proinde etiam gravissimum ipsius mortis; verum etiam
ex invictis rationibus suadetur. Nam in primis talis simulatio est
verum, et reale mendacium, cum usus materiae, et formae sacra-
mentorum a Christo institutorum ex communi hominum aestimatione sen-
sum indicat, et significat verum, et realem sacramenti admini-
strationem; et proinde ijs utens coram aliis facto suo indicat,
se sacramentum conficere, dum revera non conficit habens in-
tentionem non conferendi. Deinde certum est, quod quoties
simulatio externa est aliquatenus Deo injuriosa, tunc nulla
[illegible] ne mortem quidem [illegible] sic quando
vel externis solum thus adolere idolo est simulatio Deo injuriosa,
ne ad mortem quidem vitandam licet [illegible] thus adolere idolo
[illegible]; sicuti neque ob metum
mortis quis de sua fide interrogatus a publica potestate licite
[illegible] injurio-
sum: In casu autem nostro simulare sacramenti administra-
tionem est ipsis sacramentis, et Christo illorum auctori graviter
injuriosum, quia reverentia ipsis debita non solum [illegible]
quod sancte tractentur, sed etiam, quod sincere administren-
tur, et proinde sicuti graviter peccaret, qui sine animo ju-
randi juraret [illegible] sacramentum [illegible] non
[illegible]; ita et qui ficte sacramenta administraret, quin
[illegible] sicuti non excusat a ficto [illegible]
[illegible] a ficta [illegible] thus adolendi idolo,

Et quae omnia confirmat, et invicte roborat auctoritas innocentii III. in Capit. De Homine, De Celebrat. Missarum, ubi loquens de Presbytero qui sibi conscius peccati mortalis, nec potens confiteri, nec forsan contari, et ob urgentem necessitatem coactus celebrare, neglectis ceteris caeremoniis, et omissis verbis consecrationis, Missam celebrare simulavit, declaravit, illum gravius peccasse, quam si in statu peccati mortalis vere celebrasset: nemo autem dicat, ob metum quemcumque, etiam mortis, licere sacrilege celebrare. ergo neque dicere poterit, licere sacramentum simulare; idque etiam eo magis, quod ita fingere se dispensatorem Mysteriorum Christi est ipsi Christo illudere.

212. Hujusce doctrinae, quamvis relata damnata propositio de suscipiente sacramentum non loquatur, ad illum tamen etiam est extendenda, cum par sit ratio tam ministrantis, quam suscipientis sacramentum cum simulatione, praesertim si loquamur de sex sacramentis consistentibus in actione transeunti, videlicet Baptismo, Confirmatione, extrema Unctione, Ordine, et Matrimonio, ut meditanti patet, cum etiam suscipiens ad sacramentum suscipiendum, accedens cum externa dispositione sed sine interna intentione illud suscipiendi revera mentiatur, et irritum reddat sacramentum, et per consequens injuriosus sit in ipsum sacramentum, et Christum Dominum ejusdem auctorem. loquendo vero de sacramento in re permanente consistente, scilicet Eucharistia, impediret illius effectum, qui est gratia sanctificans.

213. Atque ex his sequitur, primo nullo modo licere sacerdoti vel se vitandam mortem sibi intentatam, vel infamiam [illegible] super eum proferre verba absolutionis sine intentione absolvendi: 2do, in eo nostro casu, atque adeo etiam ad declinandam mortem, quam hereticus minitatur, nisi ipsi consecraret panem in Platea existentem, illicitum esse simulare consecrationem, proferendo verba consecrationis sine consecrandi intentione: 3tio, non licere sacerdoti hostiam non consecratam pro consecrata praebere mulieri in casu urgenti, puta ne quid alios infamare, aut ne occideretur a Marito non videns eam ad sacram communionem accedentem. et hoc etiamsi talis sacerdos laceret ex conventione cum tali muliere, et vivi etiam ex intentione [illegible] [illegible] unam simul cum Hostia non consecrata dando illi muneri ostenderet Hostiam vere consecratam, cum itidem et in eo casu sacerdos esset causa idolatriae [illegible], cum populus adorans intenderet adorare eas, quotquot sunt Hostias a sacerdote ostensas, et [illegible]

214. [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] ratione non licere sacramentorum simulationem, in qua tamen irrogantur injuria ipsi sacramento: quod dici non fit, quia ubi quis utitur materia, et forma sacramenti sine intentione illud conficiendi, sacramentum revera non est; atque sacramento non existente nulla injuria tunc fit, ut per se patet, et firmatur exemplo Matrimonii, quod juxta communem sententiam unus ex sponsis ob metum mortis sibi ab alio intentatae aut etiam ob vitandam infamiam [illegible] simulare fit, etiam in casu quo sunt, sed in aliud esse impedimento dirimente. quare ergo et non notavit alia sacramenta ob gravem causam, et [illegible] ad vitandam mortem simulare.

215. Responsio omissa majori nego minorem; et, etiam negandum est, quia non solum gravis injuria irrogatur sacramento, quando illud revera est. sed etiam quando ponuntur ejus partes

contrahere, et impeditur, ne illud existat, sicuti in eo, nec invocando
invocatur Deus non solum, quando illud quis invocat ad falsum testandum,
sed etiam, quando quis ponit verba juratoria, et non habeat ani-
mum Deum invocandi, et revera eum non invocat, et proinde si-
cut certe sacrilegium peccat etiam ille, qui sine animo jurandi
falsum jurat, ita et sacrilegus est, qui de facto poneret materiam, vel for-
mam sacramenti, et non haberet intentionem illud conficiendi.
Atque hinc transeuntes patet in casum de Matrimonio. Nam qui
vel metu coactus, vel irretitus impedimento dirimente externis
praebet consensum suum, revera neque ponit materiam, neque formam sa-
cramenti Matrimonii prout talis est, seu prout est sacra, et adeo
simulat solum contractum civilem. Contractus enim matrimonialis
non includit actionem sacramentalem, priusquam sit completus,
et omnino firmus, et validus, cum ratio sacramenti superveniat toti
contractui absolute posito. Consensus autem per metum datus, vel
ab habente impedimentum dirimens positus est nullus, utpote a
lege ecclesiastica invalidatus: Tunc ergo nihil ponitur, quod ad
essentiam sacramenti spectat. Quod tamen poni supponimus de aliis
sacramentis loquendo: Non est ergo sacrilegus in casu relato si-
mulans matrimonium. Quin imo, ut plures Doctores notant, qui
ita simularet, nempe metu coactus ad matrimonium celebran-
dum, excusaretur a mendacio, ubi adstantes ex circumstantiis
advertere possent, eum nolle contrahere; aut etiam in casu, quo
id advertere non possent, contrahens dicendo: Volo intelligeret
velle, quantum in se est. Atque haec circa simulationem materiae
sacramenti, quae fit per applicationem materiae, aut formae, aut rei
alterius ad sacramenti substantiam pertinentis.

220 Loquendo vero de simulatione materiali in
re mere indifferenti ad sacramentum, justa accedente causa per
se loquendo, licitam esse tum in ministro, tum in suscipiente,
satis communiter conveniunt Doctores; et proinde seclusis scan-
dalo, aut alia vitiosa circumstantia, alicujus culpae condemna-
ri non posset confessarius, qui ad praecavendam infamiam
poenitentis indispositi simul cum aliis preces recitaret et
signum crucis faceret, quamvis adstantes existimarent, eum
absolvere, dummodo tamen confessarius absolutionem
non intenderet, quia si hanc intenderet mandatam materiam
non adhiberet. Ratio autem est, quia ex una parte confessa-
rius, ut constat ex Canit. Omnis, de Poenitentiis, et Remissionibus,
omnino cavere debet, ne verbo, aut signo, aut alio quovis mo-
do Poenitentis prodat peccatum, sed ei omnino quovis licito mo-
do providere tenetur, et ex alia parte tunc non est ma-
teria simulata sacramenti, cum ponantur verba plane indiffe-
rentia ad sacramentum, et insuper tunc confessarius nihil aliud
facit, quam occultare veritatem, quam non tenetur, nec licet
manifestare. Quod et satis communiter concedunt Doctores
[illegible] confessarius suum poenitentem indispositum
[illegible], quod [illegible], dicat: Ego te non absolvo
a peccatis tuis: aut ego nondum te absolvo a peccatis
tuis [illegible] ego te absolvo a peccatis
tuis [illegible]
[illegible] quamvis non ita absolute sit [illegible]
[illegible] in dicta [illegible] 29 [illegible] asserentis [illegible]

pro casu, quo Confessarius diceret: ego te non absolvo: verbum non submisse recitaret, ceteris verbis intelligibili modo recitatis: quia ut ait Roncaglia, Milante, et Viva in expositione dicte propositionis num. ii., verbum illud non submisse recitatum perinde esset, ac si in mente tantum retineretur; et proinde tunc restrictio pure mentalis interveniret: que dubio est illicita. Sed huic rationi P. de Gregorio non subscribit, quia confessarius debet quidem ore verba absolutionis proferre, non autem ita, ut vel adstantes, vel Penitens illa possint percipere; et proinde in casu nostro non fit dici, restrictionem pure mentalem intervenire. Verumquidquid de hoc sit. Illud tamen hic dicendum est, Penitenti indis-

217. posito ad sui preservandam infamiam licere ad Confessionale accedere, non quidem animo confessionem simulandi, aliosque decipiendi, sed vel confessarium alloquendi, aut benedictionem ab eo, aut consilium petendi, etiamsi prevideat, alios putaturos accedere ad confitendum peccata sua, quia talis accessus ad Confessionale per se non significat sacramentalem confessionem, sed ad plura significanda est indifferens, presertim cum non raro aliqui accedant ad petendam eleemosynam, ad scrupulos consulendos, ac Benedictionem petendam &c. Quod et verum est, et admittendum pro eo casu, quo indispositus ad sacram Eucharistiam ad infamiam, vel scandalum vitandum cum Parocho conveniret, ut cum ad altare accederet cum hostia consecrata benediceret verbis illis: Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam &c, interim hostiam in Ciborio remanendo, cum talis actio non sit per se sacramentalis, sed indifferens ad benedicendum, aut porrigendum. Atque ex his, ex quibus plura alia colligere possetis, pergo ad suscipientem sacramenta. Sit itaque

Caput Sextum.

De Suscipiente sacramenta novae legis.

Quidquid sit, an in alia providentia, ac de potentia absoluta Deus potuerit instituere aliqua sacramenta, quorum etiam Angeli ac Beati capaces essent, de quo sollicite Scholastici nonnulli disputant: insistendo presenti rerum statui, ac loquendo non iam de capacitate physica, aut morali, in eo posita, quod quis in se generari possit ritus sensibiles, quibus ipsa sacramenta constant, sed de capacitate morali, tali scilicet, que requisitas habeat certas circumstantias, et conditiones ex Christi ordinatione necessarias tum ad valorem, tum ad liceitatem, et fructum ipsorum sacramentorum, illud enim tanquam certum, imo, teste Holzmann Tract. 18. Disp. unica Dub. 12. num. 1., tanquam veritas fide firmata tenendum est, solum hominem viatorem esse subjectum moraliter capax sacramentorum novae legis; quamvis tamen non omnis, et quilibet viator talis sit, cum ut suo loco dicemus, femine sint sacramenti Ordinis incapaces. Idque non obscure innuit Apostolus Hebraeor. 5. inquiens =: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, que sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis = ut ratio ipsa ostendit. Omnia enim, et singula sacramenta

novæ legis sunt salutis remedia, sunt canales, per quos ad nos defluit divina gratia, et sunt media per quæ ad finem supernaturalem pervenimus: cum per ipsa ut ait Trident. in Proœmio relatum, omnis vera justitia vel incipiat, vel cœpta augeatur, vel amissa reparatur: quæ nonnisi de hominibus viatoribus dici possunt, ipsisque convenire. Hoc ergo tanquam principio supposito, hic examinabimus ea, quæ in homine necessario requiruntur tum ad validam, tum ad licitam, et fructuosam sacramentorum susceptionem. Unde sit

Articulus primus.

De requisitis in suscipiente ad valide suscipienda sacramenta.

218 Inter alia dubia, quæ hic contingunt, unum est circa usum rationis in suscipiente requisitum. Quæres ergo an homini rationis destituto valide possint administrari sacramenta.

Respondeo, Baptismum, Confirmationem, eucharistiam, et Ordinem valide ministrari etiam iis, qui nunquam usum rationis habuerunt, si loquendo de Ordine feminas excipias: non item Pœnitentiam, extremam unctionem, et Matrimonium. Et quoad primam partem, quantum ad Baptismum patet ex perpetua Ecclesiæ praxi, baptizantis parvulos, ac etiam perpetuo amentes filios parentum christianorum. Quæ praxis omnino sancta est, et retinenda ut decrevit Trident. sess. 7. Can. 13. de Baptismo his verbis =: Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum Baptismum, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide ecclesiæ, anathema sit =. Quod et dic de perpetuo amentibus cum S. Thoma 3. part. Q. 68. A. 12. ad primum. De sacramento autem Confirmationis, et Eucharistiæ pariter constat ex antiqua praxi ecclesiæ parvulis statim post Baptismum conferentis Confirmationem, et Eucharistiam, quamvis de Eucharistia loquendo ob inconvenientia, quæ contingebant, aliter ipsa ecclesia statuerit; et providentiam eam illis porrigere nunc non liceat. Quantum vero ad sacramentum Ordinis, ut alia omittam, constat ex Constitut. Eo quamvis tempore Benedicti XIV. data 4. Maij an. 1745, in qua §. 20. expressis verbis dicit, validam, etsi illicitam, esse collationem Ordinum etiam sacrorum infanti rationis experti tradita forma, et materia usus fuerit, rationem habentis intentionem.

219 Quoad alteram vero partem patet ex eo, quod loquendo de Pœnitentia illa necessario sumpsionis peccatum actuale in suscipiente, verum etiam in eo necessario requiruntur actus liberi, et voluntarij, nempe dolor de peccatis, et propositum non peccandi de cætero una simul cum dolorosa confessione. Quæ verificari nequeunt in pueris, et perpetuo amentibus. Matrimonium item necessario requirit consensum liberum, et voluntarium contrahentium, cujus incapax est puer, et perpetuo amens. Extrema Unctio tandem, utpote primario instituta ad delendas reliquias peccatorum actualium, et ad pugnandum contra tentationem supponit subjectum sumptum usus rationis capax.

120 Quæres 2do, an ad validam susceptionem reliquorum sacramentorum Baptismi susceptio prærequiratur?

Respondeo, id omninò certum esse. Nam Christus Dominus sacramenta sua tantùm pro sua instituit ecclesia, atq[ue] nemo est membrum ecclesiæ Christi, nisi priùs per Baptismum in eam fuerit ingressus, cum, ut ait Bonifacius VIII. in capit. Per catechismum, de cognat. spirituali, Baptismus sit fundamentum, et janua reliquorum, nempe sacramentorum, et, ut definit Eugenius IV. in Decreto Fidei, pro instructione Armenorum de Baptismo inter cætera dicens, quod est vitæ spiritualis janua, per quem membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesiæ. Unde meritò in Concilio Nicæno 1. cap. 19; et in capit. 1. de Presbytero non baptizato statutum est, ut clerici invalidè baptizati iterum ordinentur. Quapropter plurimi canones, in quibus dicitur, sacramentum conjugij existere inter fideles, et infideles, ac matrimonium infidelium esse verum matrimonium, ut in capit. Gaudemus, et in capit. Quanto, de Divortijs, ità veniunt intelligendi, ut loquantur de matrimonio prout est verus, et legitimus contractus, non verò prout est sacramentum à Christo Domino institutum. Secundò loquendo de eucharistia sumpta ab infidelibus, fatendum est, eos materialiter quidem sumere sacramentum, negandum verò est, illos formaliter sumere, seu prout sunt subjectum capax eam cum fructu, et effectu suscipiendi.

121 Quæres 3tiò, an ad valorem sacramenti in suscipiente requiratur intentio illud suscipiendi?

Respondeo, in Adultis rationis usu præditis, de quibus unicè procedere sit difficultas, ut patet ex dictis in resolutione dubij primo loco propositi, ità requiri aliquam verè intentionem sacramentum suscipiendi, ut sine illa sacramenta omnia, quæ in actione transeunti consistunt, ut sunt omnia sacramenta, eucharistia excepta, nulla sint, et invalida, ut communissima tenet sententia cum S. Thomâ 3. part. q. 68. A. 7 in 0 de Baptismo sic differente =: Ad hoc, quod homo moriatur veteri vitæ, requiritur in habente usum liberi arbitrij voluntas, quæ eum veteris vitæ pœniteat, ità requiritur voluntas, qua intendat vitæ novitatem, cujus principium est ipsa susceptio sacramenti: et ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, seu intentio suscipiendi sacramentum =. quæ Angelici Doctrina ità vera est, ut in Adulto rationis usu compoto non sufficiat intentio neutra, talis nempe, ut suscipiens neque positivè consentiat, neque positivè dissentiat, sed merè passivè et indifferenter se habeat, ut nonnulli cum Cajetano contendere sunt, sed requiratur aliquis positivus consensus, et intentio suscipiendi, ut plurimis probat clarissimus Pontifex Benedictus XIV. in constitut. Postremo Mense §§. 48. destitutam Cajetani refellens.

122 Cum verò, ut patet meditanti dicta Con. 5. A. 1. à num. 138. usque ad num. 175. inclusivè, intentio, quæ sit verus, et positivus voluntatis actus, sit multiplex, dictum [illegible] difficultas circa hujusmodi intentionis qualitatem. Si autem ibidem dicta attentè meditabuntur, clara tibi constabunt, et primò

ex dictis à num. 196. non sufficere intentionem percipiendi ritum mere externum, et modalem ab ecclesia in administratione sacramentorum adhibitum; quamvis interim non requiratur intentio suscipiendi sacramentum quà tale, aut sacramentum illud, quod ecclesia Romana administrat, sed sufficiens sit intentio quædam generalis, recipiendi nempe illud sacramentum, quod à Xto Domino est institutum, aut etiam illud, quod vera Xti ecclesia, quæcumque ea sit, administrat, ut colligitur ex dictis à num. 160, et sequentibus: 2do non sufficere intentionem simpliciter indirectam, talem nempe, quâ quis vult ponere aliquid, ex cujus positione prævidet, sibi dandum sacramentum, v.g. quis vult dormire, aut se inebriare etsi prævideat se in somno, aut in ebrietate baptizandum, quia nempe, ut non solum meditanti dicta num. 171, verum etiam per se patet, talis voluntas dormiendi, aut se inebriandi stare potest nedum cum intentione neutra sacramenti; verum etiam cum positiva ejusdem nolitione: contra verò ex dictis num. 173. constabit, si matrimonium excipiatur, sufficere intentionem coactam, aut per metum extortam: et ex num. 172. non esse necessariam intentionem actualem, sed virtualem sufficere. Quapropter hic dubium restat solum circa necessitatem intentionis virtualis, an verò sufficiat habitualis, aut etiam interpretativa. Unde

Quæres 1°, an ad validè sacramentum suscipien-
223 dum in adulto recipiente sufficiat intentio habitualis?

Respondeo, intentionem habitualem suscipiendi sacramentum, sumptam pro intentione semel actu habita, et nunquam retractata, sufficere in suscipiente ad validam perceptionem sacramentorum, præsertim si excipias Pœnitentiam, et Matrimonium. Est communissima, imo, teste D. de Gregorio hic Cap. 3 num. 81., certa sententia innixa praxi ipsius ecclesiæ, baptizantis sensibus destitutos, aut amentia actos in periculo mortis constitutos, ubi antequam in talem statum inciderint, voluntatem suam baptismi suscipiendi ostenderint, et ità quidem, ut eos non rebaptizet, ubi contingat eos sanitatem, et rationem recuperare. Itaque praxis ipsis sacris canonibus innititur. Innocentius enim III in Decret. Majores, de Baptismo de Amentibus, et Dormientibus ait =. Dormientes autem, et amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut dormirent in contradictione persisterent, quia in eis [illegible] contradictionis propositum perdurare, etsi fuerint sic immersi characterem non suscipiunt sacramenti; secus autem si [illegible] catechumeni extitissent, et habuissent propositum baptizandi [illegible] unde tales in necessitatis articulo consuevit ecclesia baptizare [illegible] ergo characterem sacramentalem imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit existentem =. Quod Innocenti III statutum in supra laudata Constitutione num. 96. veteris Benedictus XIV. id ipsum docet, atque extendendum est ad alia sacramenta, præsertim si duo excepta sacramenta iterum excipias, ut habetur ipsa ecclesiæ praxis ostendit, quæ sacramentum Ordinis collatum iis, qui ex voluntate prius habita, non retractata, et proinde si habitualis intentio sufficit ad Baptismum, et Ordinem [illegible], etsi constituant novum statum, et plures habeant sacramenti

annexas obligationes, à fortiori id verum erit de aliis sacramentis, ut de Confirmatione, Eucharistia, et extrema Unctione.

224. Dixi autem: si excipias Pœnitentiam, et Matrimonium, quia nonnulli Doctores, inter quos Witasse, de Grego-rio, et alii, ad validam horum susceptionem requirunt in suscipien-te intentionem saltem virtualem. Ad pœnitentiam quidem, quia actus pœnitentis requiruntur pro materia sacramenti, et id, quod conficit sacramentum, debet poni saltem cum intentione virtu-ali, ut supra dictum est de Ministro. Ad matrimonium item, quia et actus contrahentium pertinent ad sacramenti substantiam, cum juxta receptam sententiam ipsi contrahentes sint Ministri. Verum plures alii Doctores talem exceptionem inficiantur, quibus præsertim loquendo de Pœnitentia adhærendum videtur, cum sensibus destituto danda sit absolutio sacramentalis, ubi antequam sensibus destitueretur, dedit pœnitentiæ signa, et de his constet confessario, ut statuit Concilium Carthaginen-se IV. can. 76., et Arausicanum I. can. 12., ubi hæc leguntur =: Subito obmutescens, prout status ejus est, Baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis aut præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in nutu suo =. Quod et statuitur in Rituali Romano de Pœnitentia, ubi dicitur, quod sit absolvendus moribundus, qui sive per se, sive per alios desiderium confitendi ostenderit. Hinc tandem difficultas reducitur ad intentionem interpretativam. Unde

225. Quæres 3.tio, an ad validam sacramentorum susceptionem in suscipiente sufficiat intentio interpretativa?

Respondeo, intentionem interpretativam, nunquam scilicet actu expressam, aut saltem æquivalenter seu implicite habitam (ut loquendo de sacramento Pœnitentiæ, est intentio inclusa in actu contritionis, quo quis fidelis de necessitate talis sacramenti conscius super omnia dolere ac detestaretur peccata sua), sed hic et nunc facile habendam à suscipiente, si sui compos esset, aut ad suum periculum advertere, vel solum generaliter habitam, nempe in intentione christiane vivendi, ac servandi omnia Dei, et Ecclesiæ præcepta, ac suo tempore utendi mediis ad æternam salutem necessariis, dictam, inquam, intentionem in suscipiente sufficere ad sacramentum extremæ Unctionis valide suscipiendum, ut tenet communis sententia, innixa autorita-ti Ritualis Romani, in quo de extrema Unctione dicitur, Hoc sacramentum est [illegible] sensibus destitutis, qui antea illud petierint, seu verisimiliter petiissent. Quod et plures Doctores, ut Antoine, de Lugo, Sporer, Elbel, et alii extendunt ad sacramentum Confirmationis, et Eucharistiæ. Sed negandum est de sacramento Ordinis, et Matrimonii: de ordine quidem, quia sine actu voluntario quis non debet subire obligationem status alicujus gravamen secum afferentis, cujusmodi est status clericalis; tum quia vel in intentione servandi omnia Dei, et Eccle-siæ præcepta et utendi mediis ad salutem necessariis nunquam [illegible] intentio Ordines suscipiendi. Idem [illegible] de Matri-monio. Quicquid sit de Baptismo, et Pœnitentia, ubi intentio interpretativa exoneratur per actum quo quis valet servare omnia Dei præcepta, et uti mediis necessariis ad suam salutem et signa

aliqua doloris antecta vite dedisset. De quo nonnulli Doctores dubitant, quamvis dubitandum non sit, ubi intentio interpretativa ita accipiatur, ut sit intentio nunquam habita, sed solum habenda, si ipsius rationis adesset, aut in periculum adverteretur. Hec scilicet nullo modo est sufficiens ad sacramenta illa valide suscipienda, ut rei superadicta meditanti patet sed jam omissis alijs suo loco circa unumquodque sacramentum examinandis

226. Queres ultimo, an in suscipiente ad validam sacramenti administrationem necessario requiratur fides, et pro- [illegible]

Respondeo negative, dummodo Baptizatus [illegible] [illegible] ex [illegible] Ecclesiae praxi, quae ratum habet Baptismum, et ordines [illegible] collatos ab [illegible] legitime ordinato. Unde [illegible] lib. 3 de Baptismo Can. 14 ajebat =: [illegible] [illegible], cum de sacramenti integritate, et sanctitate tractatur, [illegible] credat et quali fide imbutus sit ille qui accipit sacramentum [illegible] interest quidem [illegible] ad salutis viam, sed ad sacramenti questionem nihil interest: [illegible] [illegible], ut hoc integrum habeat sacramentum, et [illegible] [illegible] = Hec S. Doctor, ex quibus tamen patet in suscipiente necessario requiri veram fidem, si de licita [illegible] [illegible] susceptione loquamur quamvis tamen inde colligi non [illegible] requiri fidem actualem; de quo [illegible] alias dicta repetamus [illegible] dicta in Tract. De Divina Fide Cap. 8. a num. 329, ubi [illegible] [illegible] hoc [illegible] [illegible] tractatum [illegible], [illegible] autem, quomodo ad [illegible] sacramenti [illegible] sit necessaria, ex infra dicendis patebit.

Excipiendum tamen Penitentie sacramentum,

227 quia huic sacramento peculiare illud est, ut idem actus conversionis, quo homo disponitur ad effectum sacramenti, sit quoque [illegible], [illegible] quasi materialis ipsius sacramenti; at [illegible] [illegible] sacramenti substantiam, [illegible] [illegible] [illegible] partes, et [illegible] [illegible], atque [illegible] [illegible] contritio [illegible] haberi non possit sine fide [illegible] [illegible] [illegible] est, quod ab eo, qui fidem non habet [illegible] sacramentum Penitentie suscipere [illegible] [illegible] [illegible] in suscipiente ad validam sacramentorum [illegible] sit

Articulus Secundus.

De requisitis in suscipiente ad licite suscipienda sacramenta.

228 [illegible] [illegible] sacramentorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] necessaria ad sacramenta mortuorum, aut in necessaria ad sacramenta [illegible] [illegible] omnes [illegible] [illegible] de utroque [illegible] [illegible]. [illegible] itaque de sacramentis Mortuorum, et [illegible] [illegible] de Baptismo distinguendum est inter Adultum accedentem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] peccato mortali; et [illegible] [illegible] [illegible] accedentem [illegible] quis non [illegible], [illegible] peccato mortali sit [illegible] [illegible] Baptismum [illegible] [illegible] sacramentum, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], non solum [illegible] debet actus [illegible] [illegible], [illegible] amore, quo incipiat diligere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible], idest [illegible] debet credere [illegible] [illegible] [illegible] bonorum operum, et [illegible] malorum, atque [illegible] justificari per gratiam ejus per redemptionem que est in [illegible]

Jesu, atque omnem spem suam in Deo ponere, fidens, illum sibi fore
propitium propter Christum; itemque et amare illum tanquam
omnis justitiae fontem; vel etiam moveri debet adversus pec-
cata a se commissa per actum contritionis, aut perfectae,
aut imperfectae, proponendo inchoare novam vitam, et servare
omnia divina mandata, ut constat vel ex ipsis ritibus, et cae-
remoniis, quas Ecclesia praemittit ipsi Baptismo Adultis rationis
usu praeditis conferendo, et definitum est in Concilio Trid. Sess.
6. Cap. 6., et de Contritione loquendo Sess. 14. de Poenit. Cap. 4. his
verbis =. Fuit quidem Poenitentia universis hominibus, qui se
mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam
et justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi
Sacramento ablui petivissent =. Quamvis tamen non sit necessaria
contritio perfecta, sed sufficiat attritio, quae tamen sit supernaturalis,
et efficax, quia ex una parte certum est, quod contritio perfecta vim
justificandi habet; et Baptismus ex alia hominem jam justificatum non exigit.
Quod si Adultus Baptizandus personaliter actuali peccato mortali non
sit inquinatus, quamvis omnia superius relata praestare debeat; non
tamen contritionem praemittere debet, ut per se est manifestum,
quia contritio est actus quo quis detestatur peccata propria vo-
luntate commissa. Atque ex his dicendum esset de Poenitentia.
Sed ex dictis facile patet, quaenam sint et ad hanc necessario requirenda,
fidem scilicet, spem, et contritionem sive perfectam, sive imperfectam
conjunctam cum voto satisfaciendi pro commissis peccatis, ac omnia Dei
mandata observandi, et omne peccatum fugiendi, quamvis [illegible] esse ne-
cessariam quibus et addo immunitatem ab excommunicatione, et interdi-
229. cto personali. Sed jam ad Sacramenta Vivorum.

Ut autem nihil dicam de necessitate actualis
fidei, et spei praemittendae, de quo jam dictum est, omissis nonnul-
lis quae aliquibus tantum Sacramentis vivorum necessario sunt prae-
mittenda, cujusmodi est jejunium naturale respectu Eucharistiae, im-
munitas ab irregularitate, certa determinata aetas, et scientia re-
spectu Ordinis Sacri, Status gratiae per se loquendo necessarius est in
suscipiente ad dicta Sacramenta licite, et cum fructu suscipien-
da; adeo ut sibi conscius peccati mortalis, nisi prius emendata con-
scientia sua vel per sacramentalem confessionem vel contritio-
nem perfectam, si quodlibet ex illis sacramentis recipiat, mor-
taliter peccet, ut notat [illegible] num. 177, cum certe ma-
gis irreverens sit Sacramentis per se institutis ad conferendam se-
cundam gratiam, eumque auctori ea in statu peccati recipere, quam
ea simpliciter ministrare. Immo de Eucharistia loquendo eam
percepturus debet sacramentalem confessionem praemittere, ut
notavi ex Trid. num. 192. Quidquid autem sit, an eam debeat
praemittere etiam in sacramentis vivorum ceteris, habita copia
confessarii, quod negant plurimi Doctores [illegible]
contra communiorem [illegible] num. 199 relatos, quibus et addi-
[illegible] Doctrina Trid. Sess. 24. Cap. 1., ubi Sancta Synodus non monuit,
sed solum hortatur sponsos, ut, antequam contrahant matrimonium, pec-
cata sua diligenter confiteantur; item et Pontificale Romanum
de Adultis confirmandis haec habens. Adulti [illegible] prius pecca-
ta confiteri, et postea confirmari; vel saltem peccata, quae ad-
miserunt, doleant. Dixi autem per se loquendo, quia quam-
230. plures Doctores vel circa ipsam Eucharistiam unum, vel alterum

casum accipiunt, in quo sacrilegium non agnoscunt, etsi neque contritionis necessariae actus ante sumptionem eliciatur. Atque hoc idem dicendum est, ut Hostia consecrata esset ab Haereticis, vel ab aliis sacrilegis profananda, nisi statim sumatur ab eo, qui sibi peccati mortalis est conscius, et non habeat tempus contritionis requisitae actum eliciendi, quia ut invadunt, sicuti tunc possent Eucharistiam ponere in terram, et calcare, aut in alio indecenti loco; ita et in suo corpore abscondere ad eam ab injuria liberandam. Alter est casus saepe accidens in sacro communicantium, qui dum ille, cui Eucharistia ipsi est porrigenda peccati mortalis recordatur, et non habeat tempus actum contritionis eliciendi, nec sit recedere, quin evidens infamiae periculum incurrat. Sed quidquid sit de his casibus potius metaphysicis, quam practicis, pro praesentis materiae complemento

231 Quaeres an licitum sit sacramenta petere a Ministro peccatore indigne ministraturo.

Respondeo pro recta hujus difficultatis solutione distinguendum esse inter Ministrum, qui praecise ob peccatum mortale est indignus, et inter Ministrum qui eadem propter culpam, sed etiam propter censuram contractam est indignus; ac insuper si talis minister est censuris irretitus, diligenter observandum esse, an sit toleratus: an vero sit vitandus: qualis est notorius, seu publicus Clerici percussor, et nominatim denuntiatus, ut dicebamus de censuris cap. ultimo A. 1. num. 295. Et tandem etiam attendendum esse, an reipsa ex firmissimis fundamentis constet, an non de talis ministri indignitate. Si enim simplex habeatur suspicio de ejusdem malitia aut etiamsi habeatur certitudo de illius peccato; attamen merito praesumi potest eum Deo reconciliatum per veram, et sinceram poenitentiam, cum quisque praesumi debeat bonus, et eo meliori modo quo potest, munus suum exercere, nullum erit peccatum eo petere sacramenta, ad quae administranda est ab Ecclesia deputatus; atque adeo difficultas procedit de eo ministro, qui sacramentum suum actionis causa aut quasi certo est reipsa esse indignus. Atque pro hoc casu

35. Quoad primum spectat, Apostolus concupiscentiam, seu fomitem, qui in baptizatis remanet, appellat peccatum non quod proprie peccatum sit, et vere peccati rationem habeat, sed quia effectus peccati est, ut cum D. Aug. ... Auctores Catechismi Romani de Baptismo num. 43. et Trid. citata sess. 5. Cap. 5. his verbis =: Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, S. Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quod vere, et proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit =. Quod vero subjungitur, etiam in ... est, cum quia contritio ... non est necessarium ... in adulto existente ... mortali ad Baptismum ... quia ipsa contritio ... cum sacramenti voto, ut vim habeat justificandi. Tertium autem non urget, vel quia ibi sermo non est de lotione facta per solum Baptismum, sed per alia sacramenta, et praesertim per Poenitentiam; vel quia illud exponi potest de peccatis venialibus, post susceptum Baptismum, aut Poenitentiam etiam commissis ...

36. Quaeres 2do, an per Baptismum non tantum deleatur omnis peccati macula, ut dictum est, sed etiam omnis poena aeterna, et temporalis debita pro peccatis.

Resp. et hoc esse certum, et de Fide, ut loco citato definitum est in Florentino ... Huius Sacramenti Baptismi effectus est remissio omnis culpae Originalis, et actualis, omnis quoque poenae, quae pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis praeteritis injungenda est satisfactio, sed morientes antequam culpam aliquam committant, statim ad Regnum caelorum, et Dei visionem perveniunt =. Quod et expresse definivit Trid. in citato Decreto de Peccato Originali Can. 5. et ostendit Catechismus Romanus loco citato num. 45. ut propterea alias rationes quaerere sit superfluum.

37 [illegible] neque obest [illegible], Bonacina [illegible] contra
[illegible] experientiae [illegible] peccatum, ut sunt mors, fames, sitis, morbi, et alia hujusmodi licet hec tollere minus videatur, [illegible] pena etiam temporalem remittere, sicuti neque obest, quod olim judaeis, ubi baptizarentur, praecipiebatur, ut quadraginta continuos dies jejunarent. Quod [illegible] in satisfactionem peccatorum actualium [illegible] fuisse videtur. Nam quod ad primum attinet, cum S. Thoma [illegible] [illegible] q. 69 A. 5. et cum Catechismo Romano loco citato num. 48. [illegible] [illegible] ratio reddi debet, cur nempe tales penalitates in nobis relinquantur et primo quia conducunt ad Spiritualis exercitationem, et virtutum augmentum: 2do quia per baptismum [illegible] [illegible] incorporamur Xto tanquam nostro capiti, et proinde sicut Xtus corpus passibile habuit; ita par est, ut et nos, qui ipsius membra sumus, passibiles simus, et mortales: 3tio ut homo saeculi [illegible] testimonium [illegible] Ade, et totius naturae. Quibus et addi fit, quod [illegible] [illegible] potius commodis hujus vitae quam bonis spiritualibus [illegible] sanctissimum venissent. Ex quo etiam assignari fit ratio, cur [illegible] [illegible] non [illegible] a penis [illegible], scilicet [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible], quamvis, ut ait Catechismus Romanus num 46, [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quoque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] sacramentis. Ad alterum autem, ad quod ex laudatis Flo-

38. [illegible] [illegible] [illegible], Auctores Catechismi Romani, [illegible] [illegible] [illegible] approbantes, respondent, quod [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] ad satisfactionem, sed [illegible] baptismum [illegible], [illegible] ratione [illegible] et Sacramenti dignitate [illegible], jejunijs, et [illegible] aliquandiu sine intermissione [illegible] [illegible]. Atque hec [illegible] [illegible] Baptismi, quibus et alios nonnullos addunt Doctores, ut est apertio januae Regni coelestis, [illegible] [illegible] [illegible] Xto subjectio jurisdictioni ecclesiae, et alia hujusmodi. [illegible] non [illegible] longius loqui, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] ad alia [illegible] [illegible] [illegible] descendere [illegible].

Caput Septimum.
De Caerimonijs Baptismi.

3 [illegible], virtutem, ac obligationem caerimoniarum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] graviter [illegible] [illegible] [illegible] negligentem omnes, aut etiam aliquam [illegible] ex baptismi caerimonijs, ut omnes communiter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inter omnes [illegible] Benedict. XIV. Tom. [illegible] § 20, nec non ex alia ejusdem Constitut., quae incipit: Omnium [illegible] [illegible] Tom. § 3, ubi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sal [illegible] [illegible] insufflatio [illegible], et quot sunt [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Rituale Romanum [illegible], nec non Catechismum Roma[illegible] [illegible] Bonacina [illegible] num. [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] dubia hic tractantia [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] alia, quae [illegible] examinari solent tanquam magis scitu digno [illegible] [illegible]

140 Quaeres primo, an, cum contingit, ut domi, aut in privatis Oratorijs, aut in Ecclesijs fontem baptismalem non habentibus baptismus conferatur, cum solemnitate, seu cum solitis Ecclesiae caerimonijs sit conferendus?

Respondeo, ut dictis supra num. 81. et 82. constare, extra necessitatis casum, aut aliquam aliam gravem, justam et rationabilem causam nullo modo licere, seclusis Filijs Regum, et Principum exceptionibus, extra Ecclesiam fontem baptismalem habentem aliquem baptizare; et proinde Minister, qui sive solemniter, sive sine solemnitate baptizaret, peccaret, et quidem graviter, ut dicta citato loco indicarunt, patebit. Hinc difficultas est solum pro solo casu, quo ipsa licitum est extra Ecclesiam habentem fontem baptismalem conferre baptismum. Atque hinc distinguendum est inter casum necessitatis, et inter casum, quo non urget necessitas. Si enim necessitas urgeat, si nempe jure timetur infanti baptizando imminere periculum mortis, quod, ut ex judicio Medicorum adnotant Theologi, regulariter est, ubi aut puer nascitur sine flatu, aut Mater multum laboravit, et nonnisi post plurimos conatus parere potuit, et eo magis si nonnisi valide ex utero [illegible], aut intra septimum mensem, aut octavo inceptum nascitur, tunc licitum erit domi, aut in privatis Oratorijs sine caerimonijs conferre, ut patet ex his verbis Ritualis Romani de Baptizandis parvulis =: et ut ijs, qui ex necessitate privatim baptizati sunt, caeteras caerimonias ritusque supplenda, omissa forma, et ablutione =: Loquendo autem pro eo casu, quo

141 aut Filij Regum et Principum baptizandi sunt, aut justum et rationabile motivum adest, ut extra Ecclesiam puer baptizetur, puta si puer natus est, aut ex illegitimo concubitu, et ad Ecclesiam deferri non posset sine Parentum infamia vel periculo alterius damni, aut etiam ex legitimo matrimonio [illegible], quod occultum interest ob gravia [illegible] inconvenientia, tunc Laymann Cap. 6 de Baptismo num. 9. cum Armilla, etiam Lacroix hic num. 338 cum Soto, [illegible], et alijs docent nullo modo id licitum esse, et proinde et tunc, si vel in privatis Oratorijs baptismus conferatur, cum solemnitate seu cum solitis Ecclesiae caerimonijs conferendum esse, existimantes quia pro solo necessitatis casu licitum est baptismum a suis caerimonijs separare. Verum, ut [illegible], [illegible] de Gregorio hic [illegible] num. 118 [illegible] non esse pro ijs locis, in quibus contraria consuetudo non est introducta.

142 Quaeres 2do, an liceat uti [illegible], aut Chrismate veteri in peragendis unctionibus Baptismalibus?

Respondeo, veteri Chrismate, et Oleo utentem, dum in promptu novum, seu recenter ab Episcopo consecratum habere, [illegible] de mortali peccato a [illegible] damnari [illegible] ex Canon. Si quis de alio de Consecrat. Dist. 4, in quo ex Concilio Lugdunensi sic decernitur =: Si quis

de alio Chrismate, quàm de oleo novo, quod pro episcopi largitione vel concessione acceperit, baptizare (nisi praeoccupante morte) tentaverit pro temeritate ausu ipso in se suae damnationis proculdubio sententiam manifestavit =: tum ex Rituali Romano de sacris Oleis §. 3 his verbis ±: Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur, et si deficere videantur, et Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud oleum de Olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate =: Quapropter dubium tantum est pro eo casu, quo Parochus est baptizaturus, et nondum Chrisma, et Oleum recenter ab episcopo consecratum acceperit. Hoc autem in casu plura excogitarunt
143. Doctores. Nam Marchantius apud La-Croix hic num. 392. tradit, ut baptismus conferatur, praetermissis caeteris omnibus, et postea unctiones oleo, et Chrismate novo accepto suppleantur. Ceterum vero apud eundem La-Croix dicit, Baptismum differri posse, si absit periculum mortis infantis; sin vero dubium immineat periculum, antiquum Chrisma, et Oleum posse adhiberi; imo addit, quod in aliqua Dioecesi [illegible] notavit indistincte uti oleis veteribus. Sperrer autem apud P. de Gregorio hic Lib. 5. num 140. censet, infantes tunc posse semper baptizari in veteri Chrismate, et Oleo, quia ipsi [illegible] sunt in periculo mortis juxta id quod habet Catechismus Romanus de Baptismo num. 39. [illegible] cum praesertim propter aetatis imbecillitatem in[illegible] pericula [illegible] impendeant. Verum laudatus P. de Gregorio loco citato existimat distinguendum esse inter casum, quo nova olea expectanda essent per aliquod notabile tempus, v. g. decem, aut undecim dies: et inter casum, quo ad breve tempus nova olea habenda essent. Si enim illud primum eveniet, vult tunc licere posse conferri baptismum, omissis unctionibus deinde supplendis, cum oleum et Chrisma novum fuerit acceptum [illegible] talis [illegible] sat [illegible] causa est, cur baptismus neque sine unctionibus illis conferri. Sin vero secundum contingat, tunc censet, per breve illud tempus, quo periculum mortis non [illegible], differendum esse baptismum, quia ex una parte sine gravi causa, quae tunc non adest, baptismus à suis caeremoniis [illegible], et ex alia, alia adest [illegible] utendi novis oleis, ubi gravis causa non excusat. Ex quo [illegible] [illegible] [illegible], saltem gravis culpae, condemnari [illegible] non esse [illegible] Parochum [illegible], sive veteris oleis utatur, sive talibus unctionibus omissis baptizet animo easdem [illegible] [illegible] nova [illegible] acceperit. Sed jam
144. quaeras tu, an, et quando, et qualis sit obligatio supplendi caeremonias omissas.
Responsio Obligationem satis claram esse [illegible] ex verbis Ritualis Romani supra num. 140 relatis: verum etiam ex [illegible] Pastorali [illegible] non [illegible] [illegible] in sacramentorum administratione omissum [illegible] et ex usu, et consuetudine ubique recepta. Quare [illegible] [illegible] Baptismum [illegible], nihilominus tamen [illegible] [illegible], Nam, ut ait Angelicus Doctor 3. part Q. 71 A 3 ad [illegible] suppleri [illegible], ut

servatur uniformitas; nec frustra supplentur post baptismum, quia sicut impeditur effectus baptismi, antequam percipiatur, ita potest impediri, postquam fuerit perceptus: quatenus nempe baptizatus careret gratia, quam ecclesia per suas caeremonias impetrat a Deo, ut baptizatus in accepta justitia perseveret, diaboli insidiis eludendo. Atque hinc difficultas solum est circa obligationis qualitatem, et tempus, quo omissae caeremoniae suppleri debent. Circa primum autem obligationem illam

145. gravem esse; et proinde tum adultos omittentes, tum parentes negligentes in suis pueris privatim baptizatis graviter peccaturos, communis, et recepta sententia est contra nonnullos, et vel ex eo patet, quod praeceptum de facto est, et materia ejusdem est gravis. Quamvis si aliquod grave incommodum secuturum praevideretur, sine ullo peccato omitti possent, sicuti de facto, teste Laymann hic cap. 8, in Germania omittuntur in haereticis conversis ad fidem Catholicam, jam ab haereticis sine ecclesiae Romanae caeremoniis baptizatis, ne inde populus sumat occasionem credendi, non haberi tanquam validum baptismum debito modo et ritu ipsis collatum. Circa secundum vero dicendum est,

146. omissas caeremonias ad longum tempus differre sine gravi ac rationabili causa peccatum grave esse, quia negligentia est notabilis, et circa rem sub gravi praeceptam. Tempus autem, intra quod suppleri debent, in hac nostra dioecesi definitum est in synodo dioecesana cap. 1 de Baptismo his verbis: "At si domi instante mortis periculo baptizatus vixerit, omnino intra nonum ab ortu diem, vel cum primum per valetudinem licebit, ad ecclesiam parentes sistant, ut a parocho [illegible], ac caeremoniae baptismi expleantur". Quae etiam valent pro eo casu, quo aliqua ex caeremoniis praesertim magni momenti, ut est unctio cum chrismate aut oleo [illegible], vel per errorem omissa fuerit et proinde si sacerdos baptizans cum oleo faciat unctionem [illegible] cum chrismate, aut e contra, defectus erit supplendus, si commode fieri possit, et sine scandalo. Quamquam [illegible] apud P. de Gregorio loco citato num. 147 existimat, omittentem in casu supplere, [illegible] contemptu, esse reum tantum venialis peccati.

147. Quaeres quarto, an cum deprehenditur, baptismum solemniter collatum fuisse invalidum, caeremoniae sint una cum baptismo repetendae?

Respondeo hac in re duplicem circumferri sententiam. Prima, quae est Salmanticensium, et aliorum cum S. Antonino 3 part. tit. 14 cap. 14 § 22 stat pro caeremoniarum repetitione, quando id sine scandalo et infamia tum baptizati, tum baptizantis fieri [illegible], ex ea maxime ratione quod caeremoniae [illegible] sunt accessoria baptismi [illegible] ejusdem ornamentum, [illegible] et proinde ne baptismus sine sua solemnitate fiat, eo repetito etiam illae etiam reiterari [illegible]. Altera vero, quam tenet P. de Gregorio [illegible] est

inter Doctores vult solum Baptismum esse repetendum. eaque innititur Capit. supra citato De Sacramentis non iterandis, in quo dicitur in Sacramentis characterem imprimentibus nihil esse iterandum, sed caute supplendum id, quod incaute fuerit omissum: et propterea cum in casu nostro supponantur caerimoniae jam stabili modo factae, solus baptismus erit iterandus: Itaque eo maxime quia ad cultum sacramenti spectat, quod caerimoniae illud vel antecedant, vel subsequantur, ut ex Rituali Romano habetur atque caerimoniae, ante ipsum baptismum adhuc illi moraliter conjunguntur, sicuti eidem tanto conjunguntur si subsequuntur. Itaque sententia licet minor sit ut tutior consulenda, est tamen adhuc satis tuta, et probabilis.

148 Quaeres 3to an, et quale nomen debeat imponi baptizando, et ad quem spectet illud designare?

Respondeo, si certum est, quod dignosci non possit an infans natus sit masculus, an foemina, et periculum mortis urgeat nomen omitti posse, et hoc modo baptizari: Creatura Dei, ego te baptizo in nomine Patris etc., prout communis tenet sententia. Extra hunc casum tamen nomen aliquod est imponendum, recipiens usus, et consuetudo ecclesiae probat. Quale vero nomen sit imponendum, constat ex sequentibus, quae in nostra Dioecesana Synodo Cap. 6. §. 2. leguntur, nempe his =: Nomina infantibus ne imponantur, quae turpia, aut ridicula sunt, quaeve gentilium, et impiorum hominum memoriam referant; sed illorum tantum, qui Sanctorum numero adscripti sunt, ut eorum cum efficacia protectione et bonis exemplis ad vitam vivendam excitentur in terris, et patrocinio protegantur in coelis =. Quibus similia habet Rituale Romanum De [illegible] §. penultimo, et Catechismus Romanus De Baptismo num. 75, et Benedictus XIV. in Constitut. quae incipit: Omnium Sollicitudinum §. 3 et §. 19. ubi severe prohibentur imponi Baptizandis nomina idolorum, et falsae Religionis [illegible]; quamvis quoad impositionem nominis Sanctorum in Martyrologio Romano descriptorum dicatur solum, ut baptizantes curent quantum fieri potest, ut imponatur nomen alicujus Sancti in Martyrologio etc., et propterea illicitum non sit neque baptizando imponere nomen alicujus Sancti Veteris Testamenti. Quod vero attinet ad designandum nomen baptizando, dicendum est non ad Parochum, sed ad Parentes pertinere, ut satis probat praxis et consuetudo.

149 Quaeres 4to, an Baptismo peracto Parochus in libro Baptismali teneatur notare, et quomodo Baptismum a se collatum? Respondeo, hoc non solum constare ex Rituali Romano his verbis =: Antequam Infans ex Ecclesia asportetur, aut Susceptores discedant, eorum nomina, et alia de administrato Baptismo ad praescriptam formam in Baptismi Libro Parochus accurate describat =; verum etiam ex eo, quod est res maximi momenti, tum quia talis liber in quovis Tribunali fidem facit; tum quia multum est necessarius ad dignoscendum cum certitudine, tum cognationem spiritualem inter baptizantem, et baptizatum, et illius Patrinos, et parentes, tum etiam consanguinitatem cum aliis sui sanguinis

junctis. Quare merito in nostris Synodalibus Constitutionibus Cap. 6. Parochis sub poena suspensionis a Divinis ipso facto incurrenda praecipitur, ne ultra quatuor dies id facere differant. Unde difficultas solum est circa modum, quo Baptismus in eo libro notari debet. Quae difficultas facile solvitur, si inspicias formulam Ritualis Romani, quae in ejusdem fine habetur, et quam servari in nostra Synodo loco citato jubetur. Quare hic solum advertendum superest, quod inter caetera, quae in dicta formula Ritualis Romani habentur, illud praesertim advertant Parochi, quod primo diligentes sint in notando die, et hora nativitatis, si sciri potest, quia hoc inserviat ad sciendam aetatem necessariam pro Ordinibus, pro professione religiosa, pro jejunio, pro liberatione a tutela, et cura aliorum &c.: 2do in legitimitate natalium, cum et hoc inserviat pro Ordinibus recipiendis: 3tio in inscribendo, an baptismus collatus sit absolute, an conditionate? an cum solemnitate; an sine solemnitate? et quinam fuerint Patrini in caerimoniis, et quinam in Baptismo; et an in primo, aut secundo baptismo, si hic sub conditione iteratus? et quinam fuerint vere Patrini; et quinam tantum assistentes? et an nomine suo, an nomine alieno susceperint de sacro fonte? et hoc propter cognationem spiritualem contractam, aut non contractam dignoscendam. Atque haec circa Baptismi caerimonias, quibus pro complemento

N.o 58. Quaeres ultimo, an recte se gerat obstetrix quae non vult assistere, et Parochus, qui recusat baptizare infantem ex illegitimo concubitu natum, nisi dicatur Patrem manifestet; et an obtenta manifestatione licite illum inscribat in Baptizatorum libro?

Respondeo, quod ad primum attinet, Doctores, inter quos Elbel. Tract. 2. de Baptismo Casu 4. a num. 160, et post illum P. Leander [illegible] Croix [illegible] de Baptismo num. 328, distinguere inter casum quo Obstetrix aut Parochus id faceret jussu legitimi superioris [illegible], sicut [illegible] facto [illegible] in quibusdam [illegible] mandatur, et inter casum, quo absque tali jussu id praestaret. Si enim [illegible], [illegible] existimant id licite praestari ubi tamen proles in articulo mortis non versaretur, quia cum non [illegible] bono [illegible], ut resciatur Pater [illegible] [illegible] a Parochis de sustentatione, et educatione debita; tum ut alii deterreantur ab illicito concubitu, recte [illegible] [illegible] talis [illegible]. Si vero tale superioris legitimi [illegible] non habeant, dicunt [illegible] per se male se gerere et Obstetricem, et Parochum, qui in casu Mater [illegible] justa causa et sine metu [illegible] ad infamandum suum complicem, cujus [illegible] omnino occultum supponitur. Quod et non obscure innuitur a Rituali Romano de Forma describendi Baptizatos in libro, ubi de infante illegitimo in libro describendo [illegible] [illegible] non fuerit ex legitimo Matrimonio natus nomine [illegible]

alterius Parentis, de quo constat, scribatur, (omnis tamen infamiæ vitatur occasio) =. Hocque præsertim dicendum videtur, ubi occurrit casus, quo aut habetur necessitas valdè urgentia, aut delictum parentis est publicum aut saltem in via publica [illegible], ita ut ob ipso nulla tergiversatione celari possit; aut debitum in innocentem ita est conjiciendum, ut is alia via se purgare non possit, quàm per matris revelationem, saltem quia in [illegible] casu manifestatio est profutura proli, ut nempe possit consequi, quod sibi à Patre debetur; vel secundò verò sic profuerit innocenti, cujus [illegible] exhibet curam, alia debet

151 Quando verò ad secundum dicam debeat et facere dicunt male se gerere Parochum, qui ob solam nominationem factam ab illa muliere referret in librum absolutè nomen Patris negantis, se quidquod carnalis commercii habuisse cum matre eum nominante, quia non facilè credendum est hujusmodi mulierculis, et de facto in judicio non [illegible] [illegible] contra virum negantem, nisi illud apertè [illegible] aliis indiciis vehementibus. Quare ad plus inscribendo [illegible] cum modificatione, v.g. hoc: natus est ex [illegible] patre, ut dicit mater, [illegible] nempe Pater negat, et non [illegible] indicia, quibus veritas mulieris asserentis certò, aut quasi certò manifestatur. [illegible]

Caput Ultimum.

De Patrinis Baptismi.

Qui de sacro baptismali fonte baptizandum suscipit, et vocat Patrini nomine nunc communissimè appellatur, olim verò [illegible] susceptor sponsor fidei [illegible] et in [illegible] Pædagogus dicebatur. Atque de hoc nonnulla nunc sunt examinanda quæ, et ordine, quod fieri fit, custodito à nobis præstabuntur.

Quæres primò an in Baptismo conferendo neces-
152 sariò Patrinus aliquis sit adhibendus?

Respondeo quod quamvis ad baptismi valorem [illegible] non requiratur, [illegible] tamen baptismus est solemniter conferendus, non sine gravi peccato omitti potest. Ratio autem primi est, [illegible] tota baptismi [illegible] sine Patrini interventione habetur [illegible] mediante et ex [illegible] Baptismum conferre [illegible] constabit. Secundum verò constat ex antiquissima Ecclesiæ praxi, et traditione, et in pluribus juris textibus traditur, ut [illegible] in [illegible] Catechismo, in Cons. Non plures, et in Capit. [illegible] omnia. de consecrat. Dist. 4; et [illegible] toto Titulo de cognatione spirituali, nec non in Capit. [illegible] eodem Titulo in 6., et clarissimè in Trid.º sess. 24. Cap. 2 de Matrimon., ubi statuitur, ut juxta sacrorum Canonum institutionem unus sive vir, sive mulier, vel ad summum unus, et una baptizatum de baptismo suscipiat. Quod et Auctores Catechismi Romani de Baptismo num. 26. ex ea probant ratione, quod hoc munere Baptizatus est veluti parvulus nuper natus, qui indiget Pædagogo ut in iis, quæ [illegible] instruatur. et providè Patrinus quasi Pater spiritualis, nutritius, et Pædagogus appellari consuevit. Dixi tamen: Si tamen baptismus est solemniter

153 conferendus [illegible] [illegible] Baptismus est conferendus, tunc, ut satis communiter docent Doctores uno, ubi Nicolaus [illegible] apud [illegible] Verbo Baptismus [illegible] num. 7, secus conjugati [illegible], opus non est Patrinum adhibere,

quia Ecclesia pro solo Baptismo solemni Patrinos requirit; et proinde quamvis graviter peccaret Parochus solemniter baptizans sine interventu alicujus Patrini; non peccaret tamen ullo modo, ubi in necessitate sine solemnitate baptizaret, nullo tenente puerum baptizandum, atque opus laudabile faciet, etiam in tali privato baptismo Patrinum procurando.

154. Quaeres 2do quale sit officium, et munus Patrini, et qualis ad illud vitae observandum sit obligatio?

Respondeo, Patrinum, aut Patrinam sub gravi teneri filium suum spiritualem, quem de sacro fonte levavit, bonis moribus, et doctrina christiana instruere, symbolum fidei, Orationem Dominicam, et Praecepta legis docere, ornatum corrigere, et alia, quae ad christianam eorum educationem sunt necessaria, praestare, nisi proprii genitores aut alii, quibus ipsorum curam commendarunt, id diligenter, et accurate praestent, ut communissima docet sententia cum S. Thoma 3. parte Q. 67. A. 8 in C, et inter alia probant Auctores Catechismi Romani loco citato num. 28 ex S. Augustino citato in [illegible], ita de sua obligatione Patrinos monuit. Vos ante omnia, ita de sua obligatione Patrinos monenta = Vos ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo ut vos cognoscatis fidejussores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscepisse. Ideoque semper eos admonete ut castitatem custodiant, justitiam diligant, charitatem teneant, ante omnia symbolum et Orationem Dominicam et vos ipsi tenete, et illis quos suscepistis de sacro fonte, ostendite = Hoc S. Augustinus, quae tamen ut dixi intelligenda sunt, [illegible] pro eo casu, quo proprii carnales genitores [illegible], aut alias idoneas personas id non praestarent; quia ut ait S. Thomas loco citato, etsi non facile possint excusari Patrini a sua obligatione eo tempore, et loco, in quo baptizati inter infideles nutriuntur; facile tamen excusantur, ubi nutriuntur inter Catholicos, [illegible] munus suum rite adimplere [illegible] nisi aliquando [illegible], quo in casu [illegible] filium [illegible] si certas [illegible] ut alios [illegible] [illegible]

155. Quaeres 3tio, quinam sint admittendi, et quinam sint arcendi ab Officio Patrini?

Respondeo alios [illegible] tanquam [illegible] sunt non solum tanquam indigni, sed etiam tanquam omnino inhabiles, et incapaces ad tale munus; [illegible], qui non tanquam inhabiles, et incapaces, sed solum tanquam simpliciter indigni sunt removendi. Atque in primo ordine [illegible] baptizati sive cujuscumque genere [illegible], et sunt [illegible] sive [illegible] simpliciter invalide, sive [illegible] rationis [illegible], adeo ut, atque admitterentur, nullam cognationem spiritualem, ac obligationem incurrerent. Ex primo quidem non baptizati, ut habetur ex Concilio [illegible] citato in [illegible] in Baptismate, de [illegible] in [illegible] Chrismate, vel in Chrismate non fit alium suscipere in [illegible] qui non est baptizatus vel confirmatus = [illegible] et [illegible], quia sicut quis nequit esse pater corporalis, qui nondum vitam corporali natus est, ita nequit esse pater spiritualis, qui nondum spiritualiter natus est [illegible]

tamen quae et vera sunt in eo, qui jam baptizatus fuisset, sed certo constaret, ejusdem baptismum fuisse invalidum. Quapropter si cognitum esset, quod talis infidelis, aut catechumenus, aut invalide baptizatus ad fidem converteretur, et de recto baptizaretur, nullo alio stante impedimento, matrimonium contrahere posset cum ea, quam antequam baptizaretur, tenuit de sacro fonte; aut cum ejusdem matre, quia, ut dixi, cognationem spiritualem non contraxit; quamvis P. Lucius Ferraris verb. Baptismus art. 7 [illegible] consulat recurrere ad [illegible] pro consilio, et opinione, et hoc propter nonnullorum sententiam, qui in eo casu volunt cognationem veluti retrotrahi quod tamen communiter rejicitur.

156. Deinde, ut dixi, etiam destituti usu rationis arcendi sunt tanquam inhabiles ad officium Patrini, quia usu rationis destituti non possunt habere intentionem faciendi id, quod Ecclesia instituit, seu munus susceptoris assumendi, et se ad id se obligandi; et propterea si admitterentur, non tantum inutiliter tenerent de sacro fonte, nullam spiritualem cognationem contraherent. Atque hac ratione excluduntur amentes, furiosi, ebriosi, perfecte ebrij, et pueri regulariter septennio nondum completo. Quod diligenter notandum, quia in suscipiente de sacro fonte certa determinata aetas non requiritur ad obligationem, et cognationem spiritualem contrahendam; illude et impubes, si perfecto rationis usu polleat, contrahet cum infante, quem tenet de sacro fonte, et cum ejusdem parentibus, ut ex duplici sacrae Congregationis Concilij declaratione, quarum una a Gregorio XIII confirmata fuit, ostendit P. Lucius Ferraris citato loco num. 33, et sequenti.

157. Loquendo vero de ijs, qui solum tanquam similiter indigni removendi sunt ab Officio Patrini, qui [illegible] si forte admitterentur adhuc, caeteris concurrentibus conditionibus, de quibus infra dicam, obligationem, et cognationem spiritualem contraherent, in nostra Synodo Dioecesana Cap. 6. §. 7. ij recensentur his verbis =: A Patrinatu removeantur Haeretici, quomodocumque de haeresi suspecti; infames, criminosi; Qui praecepto Paschalis communionis non satisfecerint; qui prima doctrinae Christianae elementa nesciunt; [illegible]; Sacramento Confirmationis nondum consignati; denique omnes professores Regulares =. Haec autem synodalis constitutio omnino cohaeret cum ijs, quae Rituale Romanum de Patrinis habet, itemque cum ipsa recta ratione, ut cuique [illegible], si [illegible] ad solum Patrini Officium attendatur.

158. Quaeres ergo, quot numero esse debeant, qui munus Patrini [illegible] possint [illegible].

Respondeo dubium esse solutum jam a S. Concilio Tridentino Sess. 24 cap. 2 de Reformat. his verbis =: Sancta Synodus ... statuit ut unus tantum, sive vir, sive mulier, juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus, et una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, et illius patrem, et matrem, nec non inter baptizantem, et baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur =. Atque inde simul admitti non possunt duo viri, aut duae mulieres ad munus Patrini, et eo minus plures

quà duo sive diversi, sive ejusdem sexus: et hoc ne quidem de licentia Episcopi, cum hic in lege Universalis Concilii dispensare non possit. Unde in nostra Dioecesana Synodo loco citato § 8., [illegible] laudato Trid.[no] decreto, hec jure subjunguntur =: Caveant diligenter, qui baptizant, ut si plures ejusdem sexus à Parentibus designati Baptismo assistunt, unus tantum baptizandum tangat, qui solus cognationem contrahat, alij omnino abstineant =. Itaque pre oculis habeat baptizaturus, ne in re magni momenti erret, sicuti et meminerit, quod non admittat ad munus Patrini Patrem, aut matrem baptizandi, ut monet Rituale Romanum loco supra citato.

159. Quaeres 5to, an ad Parentes, an ad Parochum spectat Patrinum, aut Patrinos juxta modo dicta designare?

Respondeo, ad Parentes illud spectare; ita tamen, ut si forte Parentes baptizandi, aut illi, qui ejusdem curam gerunt, negligant, ac noluerint talem facere designationem, veri Patrini erunt, quos Parochus designaverit. Et sic constat ex laudato Decreto Trid.[ni], ubi hec subjunguntur =: Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, et eum, vel eos, tantum ad illum suscipiendum admittat, et in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia ulla excusari valeant. Quod si alij, ultra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus =. Ex quibus verbis et secundum notes, quod nemine ad ipsum Parochum spectat providere, ut omnia rite peragantur circa Patrinos. Atque hec circa Patrinos, quibus pro complemento, quoniam diximus, à Patrinis cognationem spiritualem, ratione cujus ea ligati matrimonium contrahere simul non possunt, contrahi cum Baptizato, et ejusdem Parentibus, paucis de conditionibus necessarijs ad eam contrahendam subnectam.

160. Quaeres ergo, quaenam requirantur in eo, qui de sacro fonte suscipit baptizandum, ut spiritualem contrahat cognationem?

Respondeo, ad dictam cognationem contrahendam plures requiri conditiones preter jam relatas, scilicet quod levans de sacro fonte debeat esse baptizatus et usu rationis preditus. Et primo quidem requiritur, ut actu, cum baptizandum suscipit de sacro fonte, intendat saltem generatim efficere quod intendit Ecclesia circa Patrini officium, quia sine intentione, et consensu nulla sit oriri obligatio voluntaria, sicuti est Patrini obligatio, ut habetur in Leg. [illegible] nis, ff. de Actionibus, et Obligationibus. Et propterea sicuti baptizans sine baptizandi intentione non valide baptizat, nec cum talis baptizato atque illius Parentibus cognationem spiritualem contrahit, ita et levans de sacro fonte sine ulla intentione Patrini munus exercendi non est verus Patrinus, et per consequens nullam contrahit cognationem. Quamvis esset verus Patrinus, et spiritualem cognationem contraheret, ubi haberet intentionem munus Patrini exercendi, etsi internam [illegible]

intenderet obligationem illam contrahere, et cognationem, juxta notum principium: Qui vult an[teceden]s, vult etiam consequens cum eo connexum.

161 [Pr]aecedo ad spiritualem cognationem contrahendam cum baptizato, ejusque parentibus necessario requiritur, ut si baptismus datur per infusionem, ipse Patrinus de facto teneat, aut tangat saltem mediis vestibus, aut [illegible] infantem a se susceptum, et quidem ipso tempore, quo baptizatur, seu aqua naturali cum praescripta verborum forma abluitur, aut si baptismus per immersionem confertur, ipse Patrinus per se immediate levet baptizatum de sacro fonte, vel immediate per se suscipiat, seu accipiat de manibus baptizantis, ideo ut non sufficiat, baptizatum accipere de manibus alterius Patrini, aut obstetricis, ut communiter tenent Doctores, et probatur ex eo quod textus loquentes de cognatione quam Patrini contrahunt ratione baptismi, utuntur his vocabulis: tenet, tangit, levat, suscipit, accipit, quae certe in suo [pro]prio intellectu, sicuti in omni [materia] [illegible] importent, quod Patrinus vere teneat aut tangat, aut suscipiat, seu accipiat, aut levet infantem in [illegible] [illegible], ut patet meditanti. Et propterea cognationem spiritualem non contrahit, qui baptizandum [tenet] [illegible] [illegible], baptismum [illegible] perficiuntur; sicuti non contraheret ille, qui vocatus Patrinus ad Baptismum, [illegible] [illegible] non tangeret, dum baptizatur, sed sola sua aspi[ratio]ne [illegible] adesset, ut communissime tenent Doctores, et testa[tur] [illegible] apud [illegible] Gigorio hic num. 48, declaravit sacra Congregatio [illegible] [illegible] audiendi non sunt, qui dicunt sufficere [illegible] [illegible] ad dictam cognationem contrahendam, [illegible] [illegible] [illegible] valeat baptizandus.

162 [Ter]tio ad dictam cognationem contrahendam requiritur, ut de sacro fonte suscipiens sit a Parentibus aut saltem a Parocho designatus, si properatim ex [illegible] [illegible] [illegible] aut incuria, aut malitia Parentum, aut Parochi nullus fuisset designatus, aut si designatus fuisset hic non teneret infantem dum baptizatur, sed alius, aut alii non designati se ingererent, [illegible] constat ex [illegible] Trid[enti] verbis [illegible] [illegible] cap. 2. de Reform. [illegible], nempe his: Si alii ultra designatos [illegible] [illegible] baptizarint, cognationem spiritualem nullo [pa]cto contrahant, constitutionibus in contrarium non obstantibus. Quaeritur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] duobus ex casibus [illegible] [illegible] nullus sit designatus, aut si aliquis hic [designatus] [illegible] nullo modo tangit baptizandum, sed alius, aut alii [illegible] [illegible]. [illegible] hoc autem Doctores dubitant. Nos

163 [Pl]ures Doctores apud Salmanticenses hic cap. 7. Puncto num. 36. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sanchez, volunt a Trid[entino] [illegible] exigi designationem, [illegible] [illegible] [illegible] quam [illegible], ut [illegible] cognatio non contrahatur [illegible] [illegible] plures negant, ut [illegible] [illegible] apud Salmanticenses [illegible] citato, et apud [illegible] Gigorio hic num. 51, [illegible] [illegible] isti Doctores contendunt, quod si Parentes aut [Paro]chus nullum pro Patrino designassent, et tunc non tantum unus, sed et plures se ingererent, omnes cognationem contraherent. [illegible] si unus simul [illegible] [illegible] baptizandum; [illegible] et voluit non designatus se ingerentem cognationem contrahere [illegible] [illegible] non tangeret baptizandum. [illegible] [illegible] a sacra Congregatione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible] [illegible] apud laudatos Salmanticenses,

videtur ex eo, quod ex una parte certum est, ut habetur in Cap. Quamvis, de cognat. spirituali in 6, jure antiquo omnes tangentes infantem, dum baptizatur, cum eo contrahere cognationem spiritualem; et ex alia parte verum quidem est, et certum, quod Tridentinum eam coarctaverit pro casu, quo non designati cum designatis concurrerant, non autem pro eo casu, quo tantum non designati concurrunt, cum de hoc casu in [illegible] non fiat mentio, ut patet. Et proinde cum a jure antiquo non sit recedendum, nisi in iis, quae a novo excipiuntur, et quidem expresse, ut habetur in Leg. Praecipimus, Cod. de Appellat., et ostenditur in Tract. de Legib. Cap. 7 A. 2. num. 498, dicendum est etc. Quod et fit suadet ex eo quod minus incommodum est, quod baptizatus plures habeat Patrinos, ut ante Tridentinum habebat, quam quod nullos omnino habeat. Ex quo et facile patet secundum, quia nempe Concilium dicens cognationem non contrahere, qui ultra designatos tangunt baptizatum aperte supponit, designatos tangere; ac adeo contrahere cognationem spiritualem; et propterea cum in casu nostro designati non tangant; et nec Concilium cognationem non contrahere Concilium casum nostrum non comprehenderit; et proinde standum est jure antiquo, juxta quod cognatio ab omnibus tangentibus contrahitur. Dixi tamen supra: Omnes cognationem

164 contraherent, dummodo tamen unà simul tangerent baptizandum. Quia, teste Cornejo, et Rebello apud Salmanticenses loco citato num. 93, et apud Civitatensem hic Cap. 5. Dub. 3. num. 10, sacra Congregatio Cardinalium declaravit, si illi plures solum successive tangerent, seu susciperent baptizatum, non omnes eâ Patrinos no[illegible] omnes cognationem contrahere, sed solum illum, vel illos, qui primò tangerent, aut susciperent. Ex qua declaratione et facile patet, quid dicendum est pro eo casu, quo plures aut duo a Parentibus designarentur, et Parentes ad omnes nominatos tangere, aut suscipere baptizatum, patet nempe omnes contrahere cognationem, si omnes simul tangant, aut suscipiant quia Tridentinum prohibet quidem admitti pro Patrinis plures, quam unum, et unam, non irritat tamen, si [illegible] admittantur; contra vero non contrahere omnes sed tantum illum, vel illos, qui primò tangunt, aut suscipiunt baptizatum, si accidat, ut tantum successiva fiat tactus aut susceptio, ut docet laudatus Civitatensis cum pluribus aliis.

165 Quarto juxta plurimorum sententiam quod communiorem, ac probabiliorem vocat S. de Ligorio hic num. 199, ad dictam cognationem contrahendam a Patrinis requiritur, ut baptismus fuerit solemnis, sicque a sacra Congregatione Concilii declaratum fuisse testatur P. Lucius Ferraris verbo Baptismus A. 7. num. 20. Quod jam omnino est conforme decreto Tridentini [illegible] num. 159 relato, quod cavit Concilium de Baptismo solemni [illegible] propterea cum certum sit, in Concilio [illegible] voluisse coarctare ad plura incommoda vitanda eam [illegible] cognationem, quae ex baptismo oritur inter Patrinos, et baptizatum, ejusque Parentes; et insuper nequeat afferri clarius [illegible], quo [illegible] talem contrahi cognationem in baptismo privato, ut S. de Ligorio loco citato contra Suarez arguit, dicendum est talem non contrahi cognationem [illegible] vel in extremo

privato contrahatur à baptizante etiam in necessitate, ut renotat praeclara Congregação (?) [illegible] relatus laudato Ferraris num. 21. ex quo non licet argumentari ad sim casum, cum in eo patrinus non valeat patrinos, ut in contextu est apud omnes.

166 Quarto, juxta communem, eamque veram sententiam ad cognationem contrahendam requiritur, ut tenens, tangens, aut levans de sacro fonte baptizandum nomine suo, et non alterius id praestet; et proinde Procurator constitutus à designato à Parentibus, aut à Parocho in defectu Parentum nullam hinc contrahit cognationem cum eo, quem de baptismo suscipit, et tenet, nisi tertio et ipse fuerit designatus; sed eam contrahit mandans, ut plurimis [illegible] sacra [illegible] Concilii, nempe die 29 Martii 1582: et die 16 Martii 1630: et die 15 Martii 1632 apud Ferraris loco citato num 17: et etiam die 13 Septembris 1721: apud P. Zachariam hic num. 364. Quod etiam probari fit ex eo, quod designatus pro Patrino à Parentibus, idque praestans per Procuratorem jam tenentem, et tangentem puerum, dum baptizatur, vere dici fit in sensu morali tangere, et tenere infantem, cum talis actio sit ut per eos, quae pariter per alium fieri possunt; et proinde in casu nostro [illegible] dici fit quod ait Regula 72 juris in 6. Qui facit per alium, perinde est, ac si faciat per se ipsum. Haeque sunt quae admittenda absolute videntur circa cognationem spiritualem à Patrinis Baptismi contractam, quibus pro clariori doctrina [illegible], et

167 Quaeres nunc, an suscipiens, aut tenens infantem in Baptismo collato sub conditione contrahat spiritualem cognationem

Respondeo, supra dubio hoc, quod jam unicè [illegible] resolvendum est de Baptismo solemni, facile concurrere Doctores, à Patrinis secundi baptismi sub conditione collati cognationem contrahi, ubi de primo Baptismo dubium duntaxat negativum habetur, quia tunc nulla urgens ratio militat pro valore primi baptismi, et praesumptio stat pro valore secundi Baptismi: quae cum non possint dici, sed habentur graves et solidae rationes pro primo baptismo, sed potius pro hujus valore stat praesumptio, tunc plerumque contendunt à Patrinis secundi Baptismi non contrahi cognationem. Quod in absoluto dicere non audeo

168 Quaeres 2do, an contrahat cognationem, quae se [illegible] de sacro fonte unum, nempe conditum alium, [illegible] Pauli [illegible] Francisci?

Res. Ego negantem sententiam amplector cum [illegible], Sanchez cum Albata et aliis apud P. [illegible] num. 152 [illegible] probant ex [illegible] Si vir de cognat. spiritual. ubi dicitur, quod [illegible] quae ignoranter levavit de sacro fonte filium proprium suum, non privatur a jure petendi debitum conjugale; et proinde ignorantia impedit cognationem. Quod tamen negant alii, ut Pontius, Pelans, et alii quos [illegible] P. [illegible] sequitur et videtur admittendum si [illegible], quo tenens expresse intendat non tenere alium, nisi eum ad quem se designatum existimat quia hoc tantum excepto cum [illegible], et jure praesumitur habere absolutam intentionem tenendi infantem, ad quem supponitur designatus, quemcumque ille sit. Nec obstat [illegible] textus juris quia ex illo non probatur, dictam conjugem non contraxisse cum suscipiens [illegible] ex juris dispositione

sublatū ēā, seu impediri, ne contrahatur impedimentū petendi debitū conjugale, quod impedimentū non contrahi debebat jure conjugis culpā: sed ratio non militat in casu nostro.

169\. Quæres 3tiò quid dicendū sit, pro eo casu, quo Parochus vel injustè repellit Patrinos à Parentibus designatos, et ipse alios substituit?

Respondeo, ubi repulsio injusta fuit, mortaliter Parochū peccasse, quia violavit jus Parentū in re gravi sic obtrudendo alios forte minus gratos, et cū quibus Parentes fortè cognationē contrahere nolluissent. Quoad dubiū tamen cā ptē circa cognationē, an nempe adhuc in casu illo contrahatur? Hanc verò adhuc contrahi omninò dicendum videtur, quia in casu non deest vera designatio, ut et hanc teneri posse Parochum, patet ex Trid.o superius relato. Sed jam

170\. Quæres ultimò, an Parentes vel suscipientes, vel baptizantes propriam prolem contrahant cognationem Spiritualem; et proinde impedimentū petendi debitū conjugale?

Respondeo, ut ex ipso quæsito patet, hic sermonem tantū esse de Parentibus baptizantibus aut suscipientibus propriam prolem legitimè seu ex legitimo matrimonio natā; quia Pater, aut Mater illegitimū filiū baptizans, aut suscipiens de sacro fonte vel in ipsa necessitate cognationem spiritualem certò contrahit cū tali baptizato, et cū altero ejusdem Parente, et proindè sine dispensatione à S. Sede obtenta non possent tales Parentes amplius simul contrahere matrimoniū, ut communis, et certa tenet doctrina. Quapropter loquendo de Parentibus legitimis, illud omninò certū est, hos non contrahere impedimentū petendi debitū conjugale ubi in necessitate baptizant, aut suscipiant propriā prolem; sicuti et ubi baptizarent, aut susceperint ex ignorantia, nescientes videlicet baptizandū esse proprium filium, sicuti clarè habetur quoad primum in Capit. Ad Limina, cā 30 q. 1., et in Rituali Romano de ministro Baptismi: ultimò quoad secundū verò in Capit citato de viz, de cognat. Spirituali, quod paulo post subjungam.

171\. Hinc dubium tantū est pro eo casu, quo extra necessitatem scienter propriam prolem baptizarint, vel de sacro fonte susceperint, et tunc quidem solum quoad impedimentū petendi debitū, quia certum est, quod debitè prædictos parentes tunc graviter peccaturos, ut expressè docuit Nicolaus Papa in Capit. de his, cā 30. q. 1 citata. De impedimento itaque petendi debitum loquendo triplex est Doctorum sententia, quarum prima affirmat et est S. Th. de Sigonio communior est ut S. Thomā in supplemento Q. 56. a. 1 ad 1. ajente = Sed quantum ad actum matrimonij est distinguendū: quia aut spiritualis cognatio inducitur ex necessitate, sicut cū Pater baptizat filium in articulo mortis; et tunc non impedit actū matrimonij ex neutra parte: aut inducitur extra casū necessitatis, ex ignorantia; et tunc si ille, ex cujus actu inducitur, diligentiā adhibuit, est eadem ratio, sicut et de primo: aut ex industria extra casū necessitatis; et tunc ille ex cujus actu inducitur, amittit jus petendi debitum; sed tenetur reddere, si petatur, quia ex culpa ejus non debet aliquod incommodū alius reportare =. Hæc S. Doctor quibus et ex accedi

rāo quod certum est, quod baptizans, aut de sacro fonte suscipiens cognationem spiritualem contrahit; et proinde si conjugatus est et proprium prolem baptizet, aut suscipiat cum ea, et uxore idem contrahet; et per consequens etiam impedimentum petendi debitum, nisi per sacros canones ab eo liberatur: qui canones in casu praesenti afferri non possunt, cum omnes qui afferri possunt, vel loquuntur de casu necessitatis, vel si loquuntur de casu extra necessitatem, optimè exponuntur, quatenus partem ignorantem immunem volunt à tali impedimento.

172 Altera verò sententia, quam satis probabilem dicit P. de Gizone hic num. 150, et tenent Suarez, Pontius, Vivas, Salmanticenses, et alii quamplures cum Glossa in citato Capit. Si vir. Verb. Debitum, stat pro immunitate à tali impedimento, et primò videtur tradi in Capit. citato De his, cāū 30. q. 1, et Capit. Ad eo eadem cāā, et quaestione, ubi dicitur, non esse separandos conjuges, quorum unus ex industria de sacro fonte proprium filium susceperit, aut filiastrum, idest filium uxoris suae ex priori matrimonio habitum in confirmatione tenuerit; et clarius in laudato Capit. Si vir, de cognatione spirituali, ubi de viro, vel muliere sive scienter, sive ignoranter de sacro fonte proprium filium suscipiente dicitur, quod abinvicem non sunt separandi, nec alter alteri ~~debet~~ debitum debet subtrahere; et proinde utrique alteri petenti debitum reddere tenetur: quod certè dici non posset, si scienter de sacro fonte suscipiens impedimentum petendi contraxisset: cum jure alter conjux ei debitum negare possit, sicut de facto innocens conjux licitè negare suo conjugi incestuoso, cum hic jure petendi sit privatus; quinimo et negare teneretur, ubi absque suo gravi incommodo negare posset, cum alioquin peccato conjugis sui cooperaretur sine justa causa, quod certè non licet. Quibus et accedit, quod nullum jus clarum pro sententia opposita afferri sit, et si quod afferatur, in quo probabatur talium conjugum separatio, correctum dici debet per jura paulo ante relata. Atque ex his, quae hanc secundam sententiam saltem probabilem reddunt, jam finis sit Tractatui de Baptismo cui interim oro vos ut agentes gratias Deo et Xto Jesu ejusdem institutori, qui per illum è tenebris vocavit nos in admirabile lumen, animum [illegible] ad diligenter attendendum iis quae de Confirmationis Sacramento pertractabo.

rriary
ary est
dam
S, nisi
gant
antur
a sita·
mumd

lem
Vivas
it. Su
enco,
lapit
endos
m fi·
prion
ay in
volme·
ium
sapor
; at
quod
riary
x at
miss
ipstan·
rque
s con·
on li·
opuo·
lium
ne
pro
o SS
dam
nira·
Dum

Tractatus Decimus
De Confirmationis Sacramento.

Ad aeternam salutem consequendam necessarium esse, non solum corde credere veritatibus à Deo revelatis, verum etiam illas ore, et factis profiteri, ubi, et quando oportet, quando nempe tali subtracta confessione honor Deo debitus, et utilitas proximo impendenda subtraheretur, constat, praesertim ex illo Apostoli Hebraeos 11: sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator sit: et ex illo Rom. 10: Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: et, alijs omissis, ex illo Lucae 9. qui me erubuerit, et meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua. Hinc sicuti et ipse Ordo sacramentorum postulat, non abs re erit, Tractatui de Baptismo subnectere alium de Confirmatione, cum si per Baptismum donatur fides, per confirmationem detur vires, et robur ad eam profitendam, ut ipse Xtus Lucae 24 testatur verbis illis: sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Nunc ergo vobis tradam ea, quae ad Confirmationis sacramentum spectant, non recedendo à methodo servata de Baptismo; et proinde hic vobis explicabo ea, quae ad Confirmationis nomen, necessitatem, institutionem, materiam, formam, ministrum, subjectum, effectus, caeremonias, et Patrinos pertinent. Induat interim et nos Deus virtute ex alto, ut superno lumine illustrati à veritatis semita non declinemus. Sit itaque

Caput primum.
De natura, et institutione Confirmationis.

1. Sacramentum hoc varijs nominibus appellari consuevit et primò dicitur Baptismus ab affluentia Divinae gratiae, quod constat juxta illud Actor. 1: Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Secundò vocatur impositio manuum ex modo et ritu, quo olim conferebatur juxta illud Actor. 8: Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant spiritum sanctum. Tertio appellatur Sacramentum Chrismatis ex materia, in qua conficitur. Verum nunc ab Ecclesia Confirmatio, seu Sacramentum confirmationis simpliciter nominatur, eo quod ut utar verbis Catechismi Romani qui [illegible] baptizatus est cum ab episcopo chrismate ungitur, additis solemnibus illis verbis: signo te signo crucis, et confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris et Filij, et Spiritus sancti. nisi aliud sacramenti efficientiam impediat, novae virtutis robore firmior atque adeo perfectus Christi miles esse incipit. Atque Physice seu secundum materiam, et formam consideratum definiri potest hoc pacto: Confirmatio est sacramentum novae legis, quo homo baptizatus inungitur in fronte ab episcopo cum Chrismate, sub certa verborum forma ad fidei robur consequendum. Metaphysicè verò spectatum sic poterit definiri: Est sacramentum novae legis speciale robur spiritus [illegible], ad profitendam fidem significans, et conferens.

2 Hanc verò, scilicet confirmationem esse verè, et propriè unum ex septem novae legis sacramen-

sacramentis, à xto Domino et quidem immediatè institutum, vel aperte patet relegenti dicta in Tractatu de Sacramentis in genere Cap. 1. A. 2. à num. 8, et Cap. 2. à num. 32, et Cap. 3. A. 2. à num. 44 et clarè constat ex Trid.no Sess. 7. Can. 1. de Confirmatione sic definiente =: Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum otiosam cerimoniam esse, et non potius verum, et proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quàm Catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, anathema sit =. Hanc quoque Catholicam veritatem ipsi probant Auctores Catechismi Romani part. 2. Cap. 3. num. 3, et 4., et 6. Quare si quod dubium hic esse sit, totum est circa tempus, quo tale sacramentum à xto Domino fuit institutum, et quo Apostoli illud administrare ceperint.

3. Ad 1um autem cum Auctoribus Catechismi Romani loco citato num. 6, Suarez, Bonacina, Laijmann, Salmanticensibus, Baloo, Gonbaldo, Ferraris, et quamplurimis aliis dicendum est, Confirmationis sacramentum, quantum est ad materiæ, et formæ designationem à xto Domino in ultima cœna fuisse institutum, ut ex Apostolica traditione docet S. Fabianus Papa Epistola 2. Ad Orientales Cap. 2 inquiens =: In illa die Dominus Jesus postquam cœnavit cum discipulis suis, et lavit eorum pedes, sicut à SS. Apostolis Prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, Chrisma conficere docuit =. Et hinc fortè ob eam causam Ecclesia præcepit, ut die cœnæ Domini, et non alio Chrisma, quod ipsum est materia Confirmationis, ab Episcopo consecraretur, ad indicandum nempe, id xtum docuisse Apostolos suos die suæ cœnæ. Quod etiam suaderi sit ex eo, quod non videtur credi posse, xtum Dominum nocte cœnæ Apostolis suis promisisse, se daturum Spiritum Sanctum suæ Ecclesiæ, ut in eam perpetuò maneret, quin simul Sacramentum [illegible] quo ipse Spiritus Sanctus fidelibus esset communicandus: et proinde cum, ut constat Joan. 16, xtus die cœnæ Apostolis Spiritum Sanctum se daturum promiserit, dicendum est &c.

4. Verum notanda sunt illa verba: quantum est ad materiæ et formæ designationem. Quia secundum probabilissimam plurimorum sententiam Apostoli constituti non fuerunt Episcopi, nisi post Resurrectionem, cum videlicet Joan. 20 ipsis à xto Domino dictum fuit: Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Et proinde ante id temporis illis collata non fuit potestas tale sacramentum administrandi. Atque sic recta ratione dici sit, usque ad illud tempus plenè, et perfectè sacramentum Confirmationis non fuisse institutum; quia ad plenam et perfectam sacramenti institutionem non solum designatio materiæ, et formæ, sed etiam potestas ministri [illegible] requiritur, ut per se patet.

5. Quod vero ad secundum spectat, dicendum est neque à xto, neque ab Apostolis ante xti Resurrectionem in usu positum fuisse, ut cum S. Thoma 3. part. Q. 72 A. 1 ad 1um communis tenet sententia juxta illud Joan. 7: Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus: et juxta illud ejusdem Joan. 16: Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. Jesu autem glorificato Spiritus datus fuit Spiritus Sanctus Apostolis, non quidem signo sacramentali, sed extraordinario, et miraculoso, eo nempe modo, quo Actor. 2 legimus. Quo deinde Spiritu accepto Apostoli illum modo sacramentali aliis communicare ceperunt. [illegible] cum Matth. [illegible] legimus, xtum Dominum ipsum [illegible] manus impositio ita intelligendum est, ut si summum [illegible] sacramentum administrare, non autem instituere, aut [illegible], quod scilicet materiam, et formam designasset.

Caput Secundum

De Confirmationis necessitate

6\. Confirmationis Sacramentum non esse necessarium necessitate medii ad aeternam salutem consequendam, apud omnes certum est, et constat vel ex eo, quod de facto multi sine confirmatione salvantur, ut patet in tot parvulis statim post baptismum decedentibus, quin confirmentur, qui tamen procul dubio salvantur. Hinc difficultas solum est de necessitate praecepti, an videlicet extet aliquod praeceptum sive naturale, sive divinum, sive ecclesiasticum directe obligans ad tale sacramentum suscipiendum; et quaenam sit ejusdem obligatio. Atque circa hoc, loquendo de obligatione per accidens tali, quae nempe ex alio fonte, quam ex praecepto sive naturali, sive divino, sive ecclesiastico per se respiciente, ac praecipiente ejusdem sumptionem, proveniat, fere omnes conveniunt, saltem venialis peccati reum fore, qui praedictum sacramentum penitus omitteret ex negligentia, ubi nempe opportunitas ad illud suscipiendum sese offert, nullaque rationabilis causa suppetit, propter quam omittatur, quia ita negligere est omnino voluntarie valde se privare ingenti, et maximo bono spirituali. Quod non sine prodigalitate, quae saltem sit veniale peccatum, fieri potest. Quin imo communiter conveniunt Doctores, nonnullis in casibus, et praesertim in tribus sequentibus confirmationem omittere esse grave peccatum.

7\. Primus est, cum quis sibi persuasum haberet, sibi imminere periculum amittendi fidem, nisi confirmetur, et opportunitatem non quaereret; eo magis, si, illa oblata, adhuc omitteret confirmari, quia ipse versari in periculo vel discrimine fidem amittendi est graviter fidei [illegible] injunctum, ut per se manifestum est. Alter est, cum quis nondum confirmatus ex sua omissione, aut negligentia praevidet, secuturum grave aliorum scandalum, illos nempe judicaturos, se id facere ex contemptu sacramenti; aut ex eo, quia non credit esse sacramentum, aut ex aliquo alio pravo fine, quia Charitas sub gravi obligat ad impediendum grave sui proximi scandalum, ubi commode fieri potest, sicut accidit in praesenti. Tertius est, ubi quis confirmari omitteret ex contemptu, utpote cum tunc irreverentia in sacramentum est gravis. Quem contemptum quamplures existimant intervenire, quando quis commode sacramentum suscipere potest, et negligit. Quod tamen, ut arbitror, probabilius alii multo plures negant, quia saltem dicendum esset, ex contemptu sacrum omittere die festo qui commode potens audire non audit, praesertim ut ludo, aut [illegible] vacet. Quod tamen non est dicendum, quia saltem omne peccatum dici posset ex contemptu. Hinc tantum dicitur ex contemptu confirmationem omittere, qui illam omittit, eo quia illam parvi facit, aut quia putat esse omnino puerile, stultum, et vanum, aut penitus ducens &c. Quae videtur esse mens Angelici Praeceptoris 2 2 q. 186. A. 9. ad 3tium dicentis = Tunc committit aliquis, vel transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis, vel regulae, et ex hoc procedit ad faciendum contra legem, vel regulam. Quando autem e converso propter aliquam particularem causam: puta concupiscentiam, vel iram inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis, vel regulae, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa =. Quod et ad rem praesentem aperte tradunt Auctores Catechismi Romani hic num. 16

distinguentes negligentiam a contemptu his verbis =: Saepe evenit, ut
fideles in hoc sacramento suscipiendo dissoluta quadam negligentia,
et cunctatione utantur. Nam de iis, qui ad eum impietatis gra-
dum venerint, ut illud contemnere, et aspernari audeant, nihil
est, quod dicamus &c =: His addunt quamplures, graviter etiam pec-
8 catum, qui nondum confirmatus Prima tonsura, et a fortiori Ordinibus
initiatur; idque praeceptum probant ex Trid.o Sess. 23 Cap. 4 sic dicen-
te =: Prima tonsura non initientur, qui sacramentum Confirmationis
non susceperint =. Quae non monitionem, sed rigorosum praeceptum
importare ostenditur ex iis, quae in laudato Capite subduntur, et
quidem sub eadem expressione, videlicet quod non initientur
prima tonsura, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique
legere, et scribere nesciant, et de quibus probabilis conjectura non
sit, eos non saecularis judicij fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem
cultum praestent, hoc vitae genus elegisse: Et proinde sicut est obli-
gatio sub gravi non promovendi ad tonsuram, et eo magis ad Ordi-
nes, qui fidei rudimenta ignorant, qui nesciunt legere, et scribere,
et de quibus non habetur probabilis conjectura &c; ita et est prae-
ceptum sub gravi obligans ad praemittendam Confirmationem vel
ipsi tonsurae. Quod Reginus apud P. de Gregorio hic num. 283 con-
firmat ex quadam Declaratione Sacrae Congregationis Concilij sub
die 22 Septembris 1621, in qua dicitur, quod qui susceperit Primam
Tonsuram, vel Ordines nondum Confirmatus, tanquam male promo-
tus non possit ad alios Ordines ascendere, nec Beneficia recipe-
re sine Sedis Apostolicae dispensatione. Unde cum sit praecipuum
fundamentum sententiae oppositae, licet communioris inter Doctores, quod
nempe Trid. verba non importent rigorosum praeceptum, sed direc-
tionem, et monitionem: atque adeo prima sententia tenenda vide-
tur. Hic vero de obligatione per accidens tali suscipiendi Con-
firmationem, jam videamus quid Doctores doceant de obligatio-
ne per se tali. Devaniendo itaque ad difficultatis punctum
9 quamvis forte longe plures sint Theologi, qui stant pro non
existentia talis praecepti; attamen omnino tenendum est, quamlibet
adultum teneri, et quidem sub gravi, data opportunitate, recipe-
re Sacramentum Confirmationis. Idque in primis probari fit tum
ex praecepto ab ipso Xto Actor. 1. dato suis Apostolis illis verbis:
Praecepit eis, ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent
promissionem Patris, nempe Spiritum Sanctum, cujus donum tribui-
tur in ipsa Confirmatione. Tum ex magna cura, et sollicitudine,
qua, ut legitur Actor. 8., Apostoli curaverunt, ut baptizati per ma-
nuum suarum impositionem confirmarentur: proinde certum indi-
cium obligationis et in ipsis Apostolis tale sacramentum conferen-
di, et in baptizatis suscipiendi. Deinde et suaderi clarius fit ex
ipso jure Canonico, et inter alia ex Capit. Omnes, de Consecrat.
Dist. 5, ubi Urbanus Papa ad omnes Christianos sic scripsit =. Omnes
fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum
post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur =.
Et Melchiades Summus Pontifex in Capit. Spiritus Sanctus, eadem Dist.
ait. Utique necessaria sunt Confirmationis auxilia. Quibus et
accedit Benedictus XIV. in Institut. Eccl. Pastoralis §. 3. num. 4.
his verbis. Monendi sunt (fideles) ab Ordinarijs Locorum, eos
gravis peccati reatu teneri, si cum possint ad Confirmatio-
nem accedere, eam renuunt, ac negligunt: Unde id ei non fit
veteres canones vel in desuetudinem abiisse, vel intelligendos

esse non de necessitate praecepti ad salutem, sed ad salutis perfectionem, cujus privatio non inducat ad damnationem, cum haec aperte pugnet cum verbis laudatae Constitutionis Benedicti XIV, qui et eamdem veritatem docuit Notificatione 6 Tom. 1; item et cum auctoritate plurimorum Conciliorum, et praesertim Concilii Mediolanensis IV. sub S. Carolo Borromeo statuentis, ut qui neglexerit confirmationis sacramentum suscipere, canonicae subjaceat disciplinae, et Concilii Rhemensis an. 1583 edicentis, ut Parochi moneant, sacramentum confirmationis non debere negligi, vel parvipendi a vero christiano; et, aliis omissis, Concilii Laodiceni can. 48 sic decernentis: Quod oportet eos, qui baptizantur, Chrisma caeleste accipere. tandem et repugnat cum SS. Patrum auctoritate, inter quos S. Cyprianus Epist. 72 ait: Ungi quoque necesse est eum, qui baptizatus est, ut accepto chrismate, idest unctione, esse unctus Dei, et habere in se Christi gratiam possit: Attenta ergo et scripturarum, et Ecclesiae et Patrum auctoritate dubitari non potest de obligatione confirmationem suscipiendi in Adultis, cum commode percipere sit. Quod et ipsa recta ratio convincit. Nam ex una parte tale sacramentum est a Christo Domino institutum eo fine, ut sit medium per se certum, et ordinarium ad dandum robur, et perfectionem vitae christianae non solum ad fidem profitendam vel coram Tyrannis; sed etiam ad superandas tentationes contra ipsam fidem; ex alia vero parte quisque adultus non paucas, et graves patitur tentationes contra ipsam divinam fidem, quam in baptismo professus est; et proinde cum vel natura duce quisque teneatur procurare medium, quod est certum, et ordinarium ad suam aeternam salutem, consequens est, quod et teneatur, confirmationem, cum commode fit, suscipere.

10 Neque huic nostrae sententiae opponitur primo laudatus Pontifex Melchiades in citato canone Spiritus sanctus inquiens, morituris non esse necessariam confirmationem sed sine ea salvari posse, etsi essent adulti. Quod minus recte dici, excusat, si praeceptum eam suscipiendi extaret, utpote cum illud maxime in mortis articulo urgeret: secundo Angelicus Doctor in 4 dist. 7 Q. 1. A. 1. Quaestiunc. 2., et 3. part. Q. 72. A. 1. ad 3um docens, quod quamvis Confirmatio sit de necessitate salutis in quantum est inter ea sacramenta, quae ad salutis perfectionem cooperantur, sine ea tamen possit esse salus, dummodo ex contemptu non praetermittatur: et clarius citata quaestione A. 8 ad 4um inquiens, esse quidem periculosum, si ex hac vita aliqui adulto migrare contingeret sine Confirmatione; non tamen quia damnaretur, nisi forte omitteretur propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur. Tertio, Catechismus Romanus hic num. 26. apertis verbis dicens, confirmationis sacramentum non esse necessarium, et sine eo hominem salvari posse; et num. sequenti addens, quod illi confirmari debent, quibus spirituali incremento opus est, et qui ad perfectum christianae religionis habitum perducendi sunt: et denique subjungens, quod Ecclesia communis omnium Mater vehementer optat, ut baptizati etiam sacro Chrismate ungantur: Quae certe indicant, non esse praeceptum omnes adultos obligans ad confirmationem suscipiendam, sed tantum illos, quibus necessaria est christiana perfectio ratione status &c., quam profitentur, praesertim cum ex iis optandi satis exprimatur non existentia praecepti.

11 [T]ertio ex relatis auctoritatibus minime nostram infirmari sententiam. Non primo ex illo textu juris quia ibi Summus Pontifex Melchiades loquitur de migrantibus ex hac vita statim a suscepto Baptismate, qui regulariter non urgentur praecepto Confirmationis, eo quia opportunitatem illam percipiendi non habent; et propterea recte dici potest, illis non esse necessariam ad salutem aeternam consequendam; sicuti de facto licet ineptabile sit, praeceptum sacram eucharistiam sumendi in Articulo mortis alteri adhuc salvari sit, qui ex ministri deficientia [illegible] illam percipere non sit.

12 Non item ex doctrina Angelici Praeceptoris, ex qua laudatus Benedictus XIV in citata Notificatione nostram probat sententiam, et quidem jure, quia S. Doctor citatis in locis solum docet, Confirmationem non esse necessariam necessitate medii ad salutem, sed solummodo esse et quidem simpliciter necessarium, ne contemnatur: et propterea seclusu contemptu adhuc posse esse casum, in quo homo salvatur sine Confirmatione: quod verum est, utrumque nempe opportunitas suscipiendi non habetur.

13. Non tandem ex Catechismo Romano, cujus mens est satis manifesta pro nostra sententia, ut patebit relegenti integros illos duos numeros citatos, et praesertim haec verba, quae in fine num. 16. leguntur =: Quamquam vero non est (necessitate medii); a nemine, tamen praetermitti debet, sed potius maxime cavendum est, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis Divina munera tam large impertiuntur, aliqua negligentia committatur. Quod enim omnibus communiter ad sanctificationem Deus proposuit, ab omnibus etiam summo studio expetendum est =: Hic Catechismus, quibus nil clarius sit desiderari, et proinde verbum optandi objectum non cadit super rem omnia, sed praecepti. Quare concludendum est, suo muneri deesse Parochos, qui suo tempore, cum nempe hoc sacramentum ab episcopo administratur, non monent Parochianos suos de hac obligatione, sicuti et peccare parentes, qui data opportunitate filios suos rationis usu instructos non curant confirmari, nisi forte ex urgenti causa, aut ignorantia excusentur. Sed jam sit.

Caput Tertium.

De materia Confirmationis

[C]um circa materiam remotam, tum circa materiam proximam Confirmationis sua speculativa dubia Doctoribus occurrunt. Hinc primo dicemus de materia remota, et deinde de proxima ut cuique difficultati sit suus locus. Quare sit.

Articulus primus.

De materia remota Confirmationis.

14. Chrisma vel manuum impositionem, vel utrumque simul esse certam, et essentialem materiam sacramenti Confirmationis conveniunt paene omnes Catholicos Doctores contra Lutherum, Calvinum, eorumque sectatores, quamvis postea inter se dissentiant in materia [illegible]. Dum in triplicem abeunt sententiam, quarum prima docet, solam manuum impositionem tanquam materiam essentialem adaequatam tenendam esse, et non, nisi unctionem cum chrismate esse materiam accidentalem, et integrantem. Altera e contra vult, solum Chrisma esse materiam essentialem adaequatam, et manuum impositionem dici non posse nisi materiam accidentalem. Tertia vero stat et pro Chrismate, et manuum impositione, tanquam

partibus essentialibus. Atque sentia tenenda videtur, ubi et ob difficultas aē possit circa qualitatem impositionis manus, et Chrismatis necessario adhibendi. Atque de manuū impositione loquendo id satis aperte ostendunt scripturæ, dū de hoc sacramento loquentes non de alia mãa, quàm de manuū impositione mentionē faciunt, ut constat ex illo Actor. 8. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. et Cap. 19. Cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos: et proinde ut minimè dubitare liceat, quod mãa sacramentorū eadem semper fuerit in Xti ecclesia, ut de Sacramentis in genere probatū est et quod ea certè sit mãa substantialis Sacramenti Confirmationis, quā divinæ scripturæ speciali mòdo nobis insinuant, omninò tenendum est, manuū impositionem pertinere ad mãa essentialem Confirmationis, præsertim cum et ipsi SS. Patres eā ut talem nobis exhibeant; inter quos S. Hieronijmus in Dialogo adversus Luciferianos ait. In ecclesia baptizatus nisi, per manus episcopi non accipit Spiritū Sanctum. Et S. Aug. Lib. 15. De Trinit. Cap. 26 inquit. Neque enim aliquis discipulorū ejus dedit Spiritum Sanctū. Orabant quippe, ut veniret in eos, quibus manum imponebant; non ipsi eum dabant. Quem morem in suis Præpositis etiam nunc servat Ecclesia.

25 De Chrismate autem loquendo, et hoc eē mãa necessariam Confirmationis, manifestè traditur in Concilio Florentino, et Trid.º: In Florentino in Decreto Unionis Armenorū his verbis =: Secundum sacramentum est Confirmatio, cujus materia est Chrisma confectū ex Oleo, (quod nitorem significat conscientiæ) et balsamo, (quod odorem significat bonæ famæ) per episcopum benedicto =: In Trid.º vero Sess. 7 can. 2 de Confirmatione hoc modo =: Si quis dixerit, injurios eē Spiritui Sancto, qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquā tribuunt, anathema sit =: Quod et ante docuit Innocentius III. in Capit. Cū venisset, De sacra Unctione, §. Per frontis Chrismationē, nec non Auctores Catechismi Romani hic num. 7. ostendunt, et ecclesiam, et omnia et Patres perpetuò tradidisse. Agnoscitur, ut certi, cunctū eē [illegible] difficultatem circa qualitatem impositionis manuū, et Chrismatis.

26 Atque quoad primum, cū in Pontificali Romano præscribatur, ut Episcopus, antequam accedat ad Chrismatis unctionē, dicat orationem extensis manibus super confirmandos, quæritur, an hæc manuū extensio sit de essentia Sacramenti; ut volunt quamplures, quos hic cap. 2 Dubii num. 164. citat S. De Ligorio. Quod tñ longè plures quos citat, et sequitur laudatus de Ligorio, negant contendentes, ad valorē Sacramenti Confirmationis sufficere eam manus impositionē, quæ in ipsa Confirmatione, seu in unctione facta cū Chrismate includitur. Quæ videtur esse sentia Angelici Præceptoris in quo Dist. 7 Q. 1. A. 2. Quæstiun. 2 dicentis per illa verba, Consigno te signo [illegible] Chrismate salutis, totū hujus sacramenti [illegible], sacramentū scilicet, et rem sacramenti, seu effectum, et [illegible] sacramentū simul, ac rem sacramenti: Sacramentum quidem per Chrismate: rem sacramenti, seu effectū per salutis: et sacramentū simul ac rem sacramenti per confirmo. et proinde juxta S. Doctorem totus ratiō sacramenti importatur per verbū illud: Chrismate. nullaque alia mãa præter hanc et ipse cognoscitur. Quod et expresse tradunt [illegible] Auctores statuentes

Romani loco citato assignantes pro adæquata materia Confirmationis Chrisma, quod est unguentum ex oleo, et balsamo solemniter ab Episcopo consecrato confectum. Quod recte dici non posset, si alia manus impositio distincta ab ea, quæ habetur in Confirmatione, esset materia inadæquata Confirmationis. Ratio autem hujus sententiæ est, tum quia manus impositio, quæ fit in ipsa unctione cum Confirmatio, est vera, et propria manus impositio juxta illud d. Augustini lib. 3 de Baptismo cap. 16: Quid enim aliud est manus impositio, quam oratio super hominem: et proinde per eam in toto rigore salvatur doctrina Scripturæ, Canonum et Patrum assignantium manus impositionem pro materia Confirmationis: tum quia sacri Canones talem manuum impositionem explicant per Confirmationem, ut facit Innocentius III. in citato Capitulo cum venisset inquiens: Per frontis Chrismationem manus impositio designatur quæ alio nomine Confirmatio dicitur: et Eugenius IV in laudato Decreto dicens: loco manus impositionis Apostolicæ dari in Ecclesia Confirmationem. Quod et faciunt alii Doctores, inter quos Beda in Psalmum 26. ait: Illa unctio, quæ per manus impositionem fit ab Episcopo, vulgo Confirmatio dicitur: tum quia ex una parte certum est a Græcis Latinis verum sacramentum Confirmationis conferri, et haberi, et ex alia parte apud ipsos illa particularis manuum extensio super Confirmandos cum Oratione non habetur, quinimo talis Oratio unctionem præcedens aliquando universim præ-termissa fuit, ut constat ex libro Sacramentorum, Nonantulanis Monasterii anno 800 a Martenio edito, in quo nulla oratio unctionem præcedens habetur ut refert P. Daniel Concina hic Cap. 3. num. 3.; hanc veritatem et aliis probans argumentis: tum quia in Decreto citato Eugenius IV., et in relato Capit. Innocentius III., item et S. Cyprianus, et alii Patres, ac Concilia mentionem facientes de præfata impositione nominant in singulari manus impositionem, et non in plurali manuum impositionem: tum denique quia damnandi forent Episcopi unctione Confirmatis ungentes alios eos, qui non adirent, dum illa præcedens Oratio recitatur manibus versus Confirmandos hic recitata [illegible] non audeo: quamvis, cum de sacramentis agatur, tutius est eam repetere, siqui forte de novo advenirint.

Neque hic obest, si objicias profundatum [illegible] Romanum præscribere, ut Orationem extensis manibus versus Confirmandos recitent dicens Manus Dei: siquidem neque obest quod eadem tempore Innocentii seu etiam, ut probat Honoratus Tournely hic Quæst. 1. A. 3., prioribus Ecclesiæ sæculis adhibita fuerit [illegible] alia manus impositio distincta ab ea, quæ fit in [illegible] Confirmatione. Nam prius non urgere patet ex paulo ante [illegible] ex eo quod in Pontificale intitulatur [illegible] manuum impositione cardinali sacramento, non utique [illegible] super Confirmandos, cum vera manuum impositio [illegible] importet præpositionem in, aut super: quæ [illegible] Pontificale utitur de vera manuum impositione. De sacramento loquens, ut patet in Ordinatione [illegible] [illegible] [illegible] illa manuum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nibus Sanctis Dei; atque adeo ibi extensis manibus nihil aliud [illegible] manibus, ut et [illegible] [illegible] Romani, in suo [illegible] nil aliud significant.

18. Ad secundum quod attinet, illud certum non est
et etiamsi verum esset, adhuc non urgeret, utpote cum nostra omnibus
saeculis sit soli impositioni manus, quae fit in Chrismatione, tota
insit vis significandi, quae antea inerat impositioni manus ab ea
distinctae. Itaque hinc nisi indirecte mutata esset materia Sacramen-
ti Confirmationis, ut notat meditanti. Atque haec circa qualitatem
impositionis manus necessariae ad Confirmationem: Nunc
19. loquendo de qualitate Chrismatis se-
quentia proponi solent disputari Doctores: et primo ex quibusnam rebus
illud necessario constare debeat? 2do an illud debeat esse
necessario benedictum; et a quo talis benedictio sit facienda?
3tio an illud debeat esse novum, an vero sufficiat vetus? Atque
quoad primum, jam ex supradictis constat, Chrisma esse unguentum
compactum ex oleo olivarum, et Balsamo, et propterea hic
difficultas tantum esse fit, an tam oleum ex olivis expressum quam
Balsamum sit materia necessaria, et essentialis, sine qua Sacramentum
nullo modo confici possit? Atque circa haec omnes fatentur, oleum
esse de Sacramenti necessitate; item et de Balsamo loquendo
ultro concedunt, illud esse de necessitate praecepti, ita ut qui id
omitteret graviter peccaret; sed de necessitate Sacramenti
loquendo maxima est dissensio, et ita quidam ut plures
vel magni nominis Doctores id negant, sed nihilominus sen-
tentia affirmans omnino tenenda est. Unde
20. Dico, Balsamum esse materiam partialem
Sacramenti Confirmationis, et proinde necessitate Sacramen-
ti oleo ex olivis expresso admisceri debet. Ita cum S. Thoma 3.
part. Q. 72. A. 2. docent Bellarminus, Gonet, Suarez, Salman-
ticenses, Salas, Laymann, Coninck, et alii plures, quos citat,
et sequitur P. De Grigorio hic num. 162: et tradunt loco citato
Auctores Catechismi Romani, et constat ex verbis Decreti
Eugenij IV. supra num. 15. relati, et ex Capit. Cum venisset, ubi
Innocentius III postquam distinxisset tria genera olei, nempe
Catechumenorum, infirmorum, et Chrisma, de hoc ait: Quod ex
oleo fit, et balsamo, mystica ratione. Per oleum enim nitor con-
scientiae designatur...... per balsamum bonae famae odor innui-
tur. His enim in locis citati Summi Pontifices sicut expres-
se docent, quod tam oleum, quam Balsamum suam magnam habent
significationem; ita insinuant, quod sicut oleum pertinet ad essentiam
Sacramenti; ita et alterum nempe balsamum ad eandem spectet.
Quod vel etiam manifestum fit ex eo quod vere non essent
verba illa formae: Confirmo te Chrismate salutis nisi oleo Chris-
ma immixtum esset, cum tunc oleum illud non possit dici Chrisma,
utpote cum, testibus Auctoribus Catechismi Romani, nomine Chris-
matis semper designetur unum unguentum inter Graecos unguen-
tum ex oleo, et Balsamo confectum.
21. Neque his obstat, si dicas primo, quod
materia Sacramentorum debet esse et facilis cognitu, et obvia, qua-
lis non est balsamum, utpote quod in certis regionibus tantum
nascitur; imo, teste Plinio, in duobus solum Hortis. 2do quod nul-
lus Pater ante S. Gregorium Magnum meminit mixturae ex oleo
et Balsamo, ut ostendit Tournely, signum est manifestum quod
ante id temporis non fuerit in usu. 3tio quod Innocentius
III. in Capit. Pastoralis, de Sacramentis non iterandis ......

tus de dubio, an videlicet subdiaconus ordinatus sine ullam manuum impositione, permittendus sit ministrare? et an confirmatus solo oleo, sed non chrismate sit reconfirmandus? respondit: In casu non esse iterandum, sed caute supplendum, quod incaute [illegible] fuerat [illegible]: quo casu responso suo [illegible] summus Pont[ifex] [illegible] validitatem confirmationem, ne alias totum sacramentum iterari [illegible] [illegible] quod sacra congregatio ut refert [illegible] Ferrar[is] [illegible] confirmatio A. 1. num. 10, die 9 Aprilis 1693 declaravit, petendam esse dispensationem a quodam [illegible] contrahere volebat matrimonium cum quadam [illegible], cujus filiam [illegible] in sacramento confirmationis ab episcopo per errorem [illegible] cum oleo infirmorum. Unde [illegible] est, quod sunt [illegible] triginta quinque specierum aromatum cum oleo, et balsamo apud Graecos non est essentialis sacramento confirmationis, ita et [illegible] non sit balsami [illegible] [illegible] [illegible]. Respondeo ad [illegible], illud non officere: Nam, ut An-

22 [illegible] [illegible] [illegible] ait, quamvis materia sacramenti, quod est [illegible] necessitatis, sicuti est baptismus, [illegible], [illegible] facile [illegible] [illegible] [illegible] de sacramento, quod non est tantae necessitatis [illegible] [illegible] [illegible] in omni loco [illegible] [illegible] materia [illegible] [illegible], [illegible] facto, experientia teste, facile defecter balsamum, cum et nunquam [illegible] [illegible]. [illegible] falsum est, quod ait Plinius, cum pluribus in locis balsamum nascatur, et in pluribus Palestinae regionibus, et in littoribus [illegible], item in India, et Arabia, et quidem in magna quantitate. Secundum autem minus urget. Nam ut re-

23 fert Bellarminus de Confirmatione cap. 8; contra [illegible] S. Gregorium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] olei, et balsami his verbis: Hodie [illegible] [illegible] sacrum Chrisma conficitur [illegible] mixtum oleo balsamum [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] unitatem; item et S. Clemens. [illegible] S. Fabianus Pontifex in supra citata epistola 2. testatur, ex [illegible] [illegible] [illegible], ut oleum cum balsamo conficiatur.

Ad [illegible] vero respondent Patroni nostrae sen-

24 tentiae summum Pontificem dicentem, supplendum praetermissum non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] unctionem sed [illegible] [illegible] [illegible] unctionem, quamvis [illegible] [illegible] ex necessitate supplen[illegible] [illegible], et ideo [illegible] dixit non iterandum, quia, ut ibidem ait Glossa, non dicitur iteratum, quod prius factum non fuit.

25 Quartum tandem, ut observat Ferraris [illegible] citato, nostram firmat sententiam. Nam sacra Congregatio non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dispensationem ad [illegible] contrahendum matrimonium, sed solum ad cautelam, ad [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] evincit, solum nostram sententiam non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contendimus, et oppositam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], nostram sententiam tantum ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et aromatibus [illegible] Graecos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nunquam [illegible] nos habuit in usum. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] cum [illegible] [illegible] tamen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Sacramento itaque ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], an Chrisma, ad hoc ut sit materia sufficiens [illegible] [illegible] [illegible] debeat esse benedictum, et a quo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

quoad unam partem quidquid aliter senserint nonnulli ut Cajetanus apud Salmanticenses hic Cap. 2 Dub. 1 num. 15, et alii apud P. Concina hic Cap. 2 § 16, absolute dicendum videtur, Chrisma necessario debere esse benedictum, et non quidem tantum necessitate praecepti, ut omnes concedunt et constat ex tot Ecclesiae documentis, sed etiam necessitate sacramenti, ut magis communis sententia docet cum S. Thoma 3. part. Q. 72 a. 3, et cum Auctoribus Catechismi Romani in num. 10. id persuadentibus ex Apostolica traditione testante Xti institutionem, Xtum scilicet ita ordinasse, ut nempe Chrisma benedici deberet, adhoc ut esset materia apta Confirmationis. Quam traditionem et invicte probat usus, et Consuetudo Ecclesiae in pluribus declarata Conciliis, ut videre est apud Salmanticenses loco citato num. 18. Quibus et ea ratio cum laudatis Auctoribus Catechismi Romani addi potest, nempe quod in aliis plerisque sacramentis Xtus ita eorum instituit materiam, ut vel usu, vel contrectatione illi sanctitatem speciali modo tribueret, ut videre est in Baptismo, et Eucharistia; At de Confirmationis materia loquendo eam Xtus usu, aut tractatione non sacravit; et proinde opus fuit, ut sanctis, ac religiosis precationibus consecraretur, ut fiat materia, et sufficiens tali sacramento

27 Sicque tota difficultas redit ad secundam partem, an videlicet talis benedictio fieri debeat ab Episcopo, vero ut a simplici sacerdote ex de commissione quidem Romani Pontificis fieri possit, et valeat? quod communior sententia affirmat innixa pluribus sacris Canonibus, in quibus severe prohibetur ne quis, nisi sit Episcopali dignitate insignitus, audeat sacrum Chrisma benedicere; et proinde de officio et munere solius Episcopi cum exclusione cujuscumque, qui talis non sit, videtur esse posse Chrisma pro Confirmatione consecrare. Quod et clare videtur innui in laudato decreto Eugenii IV. in quo cum dictum fuisset, materiam Confirmationis esse Chrisma ab Episcopo benedictum, deinde de ejusdem ministro dicitur, Ordinarium esse Episcopum, ita tamen ut aliquando etiam simplex sacerdos ex Sedis Apostolicae commissione eam possit ministrare ex Chrismate per Episcopum benedicto. Qua additione non solum videtur innui differentia inter potestatem ministrandi Confirmationem et inter potestatem Chrisma consecrandi sed etiam videtur innui, potestatem Pontificis in committendo simplici sacerdoti facultatem administrandi Confirmationem esse limitatam ad hoc, dummodo conferant Chrismate ab Episcopo consecrato. Quod et non obscure innuit Benedictus XIV. in Constitut. Etsi Pastoralis § 4 dicens: quod Presbyteri Graeci, quibus est facultas confirmandi, cogendi sunt accipere Chrisma ab suis Episcopis Latinis ... benedictum.

28 Tamen his non obstantibus plures, et quidem gravissimi Theologi opposita sententiae adhaerent nimirum quod quamvis de sua potestate Ordinaria simplex sacerdos non valeat consecrare sacrum Chrisma, id tamen possit ex Summi Romani Pontificis commissione; et hoc, tum quia sacri canones, qui pro [illegible] excludunt tantum de potestate Ordinaria simplicis sacerdotis; et proinde tangere non videntur quaestionem, quae versatur circa potestatem extraordinariam, ut expressis verbis dicit Benedictus XIV L. 6. 7. cap. 8. num. 1 de Synodo Dioecesana. tum quia

certum est, summum Romanum Pontificem posse simplici sacerdoti dare potestatem Confirmationem administrandi, et per consequens etiam Chrisma conficiendi, cum is, qui Sacramentum [illegible] conficere et [illegible] materiam parare potest: tum quia, ut praecitatus Summus Pontifex ait de Synodo Diœcesana cap. 16. num. 4., et in citata Constitutione Etsi Pastoralis § 4. num. 1. docet, Summus Pontifex simplici sacerdoti committere [illegible], ut benedicat Oleum pro extrema Unctione, quamvis de jure Ordinario hoc benedicere spectat ad Episcopum; et proinde et id facere poterit circa Chrismatis consecrationem, cum non magis solemnis haec sit, quam benedictio Olei pro extrema Unctione. Tum denique quia, ut legitur apud laudatum Benedictum XIV. de Synodo Diœcesana cap. 8. num. 1., [illegible] magnae notae viri, Eugenius IV. Fabiano de Bachia [illegible] Minor. [illegible] Praedicanti dedisse facultatem non solum Sacramentum Confirmationis administrandi, sed etiam ipsum Chrisma conficiendi. Unde haec secunda sententia non caret sua probabilitate, et sustineri potest, saltem speculative loquendo. Quod si igitur notandum, quia quoque res [illegible] [illegible] manet incerta, et nonnisi talis sententia [illegible] practicabilis, cum tutior semper sit sequenda in materia Sacramentorum, et eo magis quia, ut loco citato de Synodo Diœcesana num. 2. ait supramemoratus Pontifex, [illegible] foret, simplici Presbytero dare facultatem Chrisma consecrandi, et nulla adhuc sit necessitas talem commissionem faciendi, cum etiam in longe dissitas Regiones, in quibus nullus est Episcopus, perferri possit sacrum Chrisma ab Episcopo benedictum: ex quo et discrimen patet inter commissionem utriusque facultatis, faciendi simplici Presbytero ad confirmandum, et sacrum Chrisma conficiendum. Deinde ex his [illegible] ultimam difficultatem dicendum est, quamvis graviter peccaret Episcopus confirmans alio Chrismate, quam novo, id est eo anno consecrato, ut colligitur ex capite Si quis, de Consecrat. Dist. 4. et propterea quotannis in die Coenae Domini Chrisma, veteri combusto, consecratur: adhuc tamen Sacramentum esset validum, sive interim Chrisma adhibitum esset vetus, id est anno, vel annis anteactis benedictum. Patet autem vel ex eo, quod [illegible] Florentinum loco supra citato exigit quidem, ut Chrisma sit ab Episcopo benedictum, non vero ut sit potius hoc, quam alio anno benedictum; et proinde hoc, quod sit hoc anno benedictum, est quid accidentale Sacramento [illegible] praecepto Ecclesiae. Sed jam sit

Articulus Secundus.

De materia proxima Confirmationis.

Materiam proximam Sacramentorum esse debitam applicationem materiae remotae, [illegible] jam diximus de Sacramentis in genere Cap. 2. A. 1. num. 38. Hinc cum, ut supra modo dictum est, materia remota Confirmationis sit Chrisma ab Episcopo solemniter benedictum, manifestum fit, materiam proximam esse ipsam unctionem cum dicto Chrismate [illegible] modo factam confirmando. Quare difficultas solum esse potest circa [illegible] [illegible] unge[illegible], et quomodo ungendus sit [illegible] in his solvendis.

30 Quaeres primo, quanam in parte corporis fieri debeat unctio cum Chrismate consecrato?

Respondeo, talem unctionem faciendam esse saltem in fronte ipsius confirmandi, ut docet Traditio, et universalis praxis ipsius ecclesiae, et traditur ab Innocentio I in epist. ad Decentium cap. 3, ubi distinguens duplicem unctionem, unam quae ad Baptismum pertinet, et fit a Presbyteris, alteram in fronte, quae confirmatoria dicitur, et ad episcopos spectat, ait =. Presbyteris, seu extra episcopum, seu praesente episcopo baptizant, chrismate baptizatos ungere licet; sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Sanctum. Quod et tradit Innocentius III in capit. citato De sacra unctione, necnon Eugenius IV in celebri decreto Unionis Armenorum inquiens = Per frontem, ubi verecundiae sedes est, confirmatus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat =. Porro ita intelligendum est, ut talis unctio in fronte non sit tantum necessaria necessitate praecepti, sed etiam necessitate sacramenti, ut ex Patribus ostendit Bellarminus cap. 8 propositione prima, et communissime docent Theologi. Quamvis unctiones aliae, quae fieri solent in ecclesia Graeca, ut in oculis, naribus, ore, et pectore, et auribus, aut etiam in manibus, ac pedibus, [illegible] iis non sint, sed accidentales sacramento.

31 Quaeres 2do, an praedicta unctio in fronte fieri debeat in forma Crucis?

Respondeo affirmative, et quidem etiam de necessitate sacramenti loquendo, ut communis tenet sententia. Quae non solum patet ex eo, quod in utraque Ecclesia, Latina scilicet, et Graeca talis unctio semper facta fuit Chrismate in forma crucis signando frontem confirmandi; sed etiam ex eo, quod aliter non verificarentur verba illa formae: Signo te signo crucis: quae tamen verificari oportet, ut validum sit sacramentum, ut per se est manifestum.

32 Quaeres 3tio, an laudata unctio cum Chrismate debeat immediate per manum Episcopi fieri?

Respondeo, quidquid aliter nonnulli senserint, talem unctionem debere immediate fieri per Episcopi manum, adeo ut sacramentum alio modo collatum, v.g. calamo aut penicillo, aut alio instrumento frontem confirmandi chrismate ungendo, nullum sit et invalidum. Ratio ducitur communiter et ex Pontificali Romano ita praescribente, et ex eo, quod ad essentiam sacramenti confirmationis non tantum requiritur unctio cum Chrismate, sed etiam manus impositio in ipsa unctione contenta, ut supra [illegible] est: quae manus impositio non reperiretur, ubi episcopus sua manu immediate non ungeret confirmandum. Ex quo [illegible] est [illegible] unctione [illegible] in [illegible] unctione quae [illegible] sacramenti valorem necesse non est ut immediate fiat manu sacerdotis, quia nempe ad essentiam extremae unctionis minime pertinet manus impositio, sed unctio simpliciter talis, quae vere, et rigorose habetur, etiamsi ea fiat medio instrumento. Sicuti et patet disparitas ad argumentum, quod in re [illegible] nonnulli [illegible] ex [illegible] Fabro, quem nimirum dicatur vir manus inquam in [illegible] tantum [illegible] illud [illegible]. Nam cum [illegible] talis [illegible] sit, [illegible]

fere quamcumque actionem injuriosam in personam alterius adeo ut censura in eo canone lata etiam incurrat, qui vel extra dolores aequum vim sacerdotis impedat, patet, quod manus impositio videntur ample sumi a canonis auctore, sicque tam ampla extensio non nisi ad sacramentorum materiam [illegible].

33 Quaeres ultimo quarum manus parte ab episcopo fieri debeat unctio cum chrismate in fronte confirmandi.

Respondeo, ex usu, et consuetudine ecclesiae constare, ac etiam in Pontificali Romano praescribi, ut talis unctio et crismo fiat pollice manus dexterae, et licet quidem, ut etiam juxta communissimam sententiam id non pertineat ad sacramenti valorem, adeoque validum esset sacramentum, etsi alio digito unctio fieret, gravis tamen injuria esset, fieret episcopus extra casum necessitatis talem usum, et consuetudinem non observans, ut satis recepta sententia tenet contra nonnullos contendentes, id venialem culpam per se non excedere, quia nempe gravis inordinatio est valde extra necessitatem agere contra usum universalem ecclesiae in re gravis momenti, qualis est caerimonia de unctione faciendo pollice manus dexterae. Sed jam ad confirmationis formam.

Caput Quartum.

De ~~Forma~~ Confirmationis.

34 Cum supra rejecerimus eorum sententiam asserentem solam manuum impositionem esse adaequatam materiam confirmationis, cum sententia stantem ab impositione manuum unctionem praesertim, tanquam partialem materiam ejusdem sacramenti; hinc consequens est, ut et hoc in loco admittere non possimus opinionem illorum, qui existimarunt, orationem super confirmandos recitatam antequam sacro chrismate ungantur in fronte esse vel adaequatam, vel saltem inadaequatam formam ejusdem sacramenti; et amplectamur sententiam jam communem, et certe ab omnibus receptam, quae pro ecclesia latina adaequatam formam confirmationis reponit in illis verbis: Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quam sententiam non solum amplectuntur, sed etiam ratione Auctores Catechismi Romani hic num. 11; et docentes, tradit S. Thomas 3. part. q. 72. a. 4. in c., ac definivit Eugenius IV in citato decreto his verbis =: Forma autem Confirmationis, est, signo ~~te~~ signo crucis, et confirmo te &c =: eamque constat recte esse ac determinata [illegible] in laudata forma proponi verba ea quae notam, et substantiam sacramenti confirmationis explicant, nimirum primo divinam virtutem, quae est prima causa conferens plenitudinem roboris spiritualis signi per illa verba: "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: secundo ipsum robur spirituale, quod homini confertur per ipsam sacram unctionem; et hoc fit per ea verba: confirmo te chrismate salutis. Tertio tandem signum, quo notatur is, qui in certamen christianae militiae est [illegible]: quod declaratur his verbis signo te signo crucis. Supra difficultas tamen restat, an omnia recitata verba dicta formae sint essentialia, seu ad substantiam, et essentiam sacramenti pertineant.

35 Circa hanc vero difficultatem non videtur [illegible] communiore, ac tutiore sententia affirmante omnia illa verba, vel ipsis aequivalentia, et solum particula et excipitur, esse necessaria in ecclesia latina, nedum necessitate

praecepti, quod omnes concedunt; verum etiam necessitate sacramenti et proptereà si vel unum ex illis omitteretur, nullum haberet sacramentum. Id constat nedum ex auctoritatibus numero superiori relatis, verum etiam ex eo, quod primò per verba formae recitandae exprimi debeat Persona confirmantis, cum alias Confirmans non se exhiberet tanquam ministrum, nomine Christi agentem. 2do Persona confirmandi, seu aliter subjectum, circa quod actio sacramentalis exercetur, non indicaretur: 3tiò actus tàm signandi per formam crucis, quàm etiam roborandi confirmandum per sacrum Chrisma, et hoc tùm quia alias verbum signo utpote ad plura indifferens non haberet indicare rem sacramentalem, tùm quia non exprimeretur signum militare, quo confirmandus insignitur, quodque est signum crucis, tùm quia aliter per formam non significaretur modus, et effectus ipsius sacramenti. 4tò unitas divinae essentiae, et Trinitas divinarum Personarum, et hoc tùm quia sicuti per Baptismum, ità et per confirmationem quis incurrit obligationem fidem Christi profitendi, ac propterea sicuti ad valorem baptismi exigitur, ut in ejusdem forma expressè invocetur unitas divinae essentiae, et Trinitas divinarum Personarum, ità et fieri debet in forma Confirmationis. tùm quia nisi id fiat, non denotatur, in cujus virtute datur sacramentum. Porrò haec omnia non praestantur, nisi omnia relata verba recitentur in forma Confirmationis; ut patet meditanti [illegible]

36. Neque his obstat, si dicas primò, quod valida sit haec forma: Signaculum doni spiritus sancti: qua utitur Ecclesia Graeca: et quae tanquam legitima communiter ab omnibus admittitur, et teste Illmo. [illegible] hic num. 383; declarata fuit ab Urbano VIII: quamvis interim in ea non exprimantur omnia, et praesertim unitas divinae naturae, et Trinitas divinarum Personarum quae in forma Latinae Ecclesiae recitantur. 2dò quod praedictae formae non fiat mentio in Scripturis sanctis; imò dum de Confirmationis forma fit mentio, dicitur data esse deprecatoria, ut patet ex illo Actor. 8. Orabant pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum: qualis certè non est forma à nobis assignata ut per se constat: 3tiò quod relatae formae quoad sui omnes partes neque in ipsa Ecclesia Latina semper in usu fuerit, ut inter caetera videre est in libro, qui inscribitur Ordo Romanus in Sabbato sancto, in quo pro forma confirmationis exprimuntur haec verba: Confirmo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Et proinde cum forma sacramentorum quoad sui substantiam semper eadem fuerit in Ecclesia Christi, dicendum est etc.

37. Respondeo, fatendum esse, Graecam Ecclesiam in ministrando Sacramento Confirmationis uti dicta forma, qua significatur, eo signo donari confirmandum Spiritus Sancti munera, seu dona: sed negandum est, non esse eundem sensum utriusque formae, scilicet Graecae, et Latinae, et praesertim in utraque non exprimi unitatem divinae naturae, et Trinitatem divinarum Personarum. Nam licèt minister expressè non invocet Trinitatem per illa verba Signaculum doni Spiritus sancti, quae profert, dum sacro Chrismate ungit confirmandum, expressè tamen invocat per verba antecedentia ipsam sacram unctionem [illegible]

Sixtus hic [illegible] a talia verba asserendo, quae tanquam contraria formae probat: unde ea tantum differentia est, quod Ecclesia Latina non unctionem SS. Trinitatem invocat; Ecclesia vero Graeca ante unctionem.

38 Ad secundum in primis negandum est, de tali forma non fieri mentionem in sacris litteris. Meminit enim Apostolus 2. Corinth. 1. illis verbis =: Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus: qui et signavit nos, et dedit pignus spiritus in cordibus nostris =. Sicuti explicant Theodoretus, Anselmus, Lyranus, Ambrosius, et alii, ita ut hic confirmat significet effectum sacramenti, hic unxit declaret unctionem exteriorem cum chrismate, et hic signavit indicat crucis signaculum. Caeterum cum omnia, quae a Christo facta sunt, in scripturis non contineantur, hinc sufficit per traditionem ad nos dictam formam pervenisse, sicuti de facto pervenit, ut probatum est. Minus autem urget quod subjungitur, ut formae sacramentorum etsi exterius indicative enuntiantur; semper tamen, ac ipsae deprecatoriae simul sunt, ut vel constat ex SS. Patribus vocantibus eas mysticas preces.

39 Ad 3tium negandum est assumptum. Et hinc ad ejusdem probationem, si verum est, quod ex laudato Ordine [illegible] [illegible] est, ibi non exprimi totam formam, eo quod [illegible] tantum mens fuit, confirmationem tanquam verum novae legis sacramentum declarare. Quod et dicendum est ad alia similia, et etiam ad aliquos Patres veteres, qui de confirmatione loquentes non satis ejusdem formam expresserunt. Sed de his jam satis, unde ad ministrum pergo.

Caput Quintum.

De Ministro Confirmationis.

40 Ordinarium ministrum sacramenti confirmationis esse omnem, et solum Episcopum jam consecratum, definitum est in Trid. sess. 7. Can. 3. de Confirmatione his verbis =: Si quis dixerit, sanctae Confirmationis ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem; anathema sit =. Quod et antea statuerat Eugenius IV. in citato Decreto de unione Armenorum, et tum ex scripturis, tum ex plurium Romanorum Pontificum decretis probant Auctores Catechismi Romani hic num. 13; et sequenti et proinde hic non potest [illegible] objici factum Ananiae, qui ut legitur Actor. 9, manus suas Paulo imposuit, sicuti neque objici [illegible] Epistola Innocentii I., in qua [illegible] et Presbytero et Diacono manus imponendi ex Episcopi delegatione quia in utroque casu non fit mentio de impositione manus quae fit confirmatione sed [illegible], hoc est attributa ad [illegible] [illegible], scilicet visu [illegible], et curationem ab immundis spiritibus [illegible]. Quapropter hic difficultas solum superesse fit, an de potestate extraordinaria, scilicet ex delegatione summi Pontificis aut etiam Episcopi pro sua Dioecesi, in [illegible] seu confirmationis sacramenti ministrare possit simplex sacerdos, ubi praesertim adest Chrisma ab Episcopo consecratum.

41 Circa hunc vero difficultatis punctum, quamvis olim senserint non pauci magni nota theologi, non amplius in [illegible] [illegible] in controversiam et dubitationem revocari, ex summi Pontificis commissione simplicem sacerdotem posse Chrismate ab Episcopo benedicto confirmationis sacramentum conferre, ut [illegible] [illegible] probat Benedictus XIV. [illegible] 7. de [illegible].

de Diœcesana cap. 7 num. 4 et sequentibus, et statuit in constitutione *Eo quamvis tempore*, in qua § 8 induxit, Cophtis administrari posse Confirmationem a simplici sacerdote, vel Missionario, adeoque hoc in ecclesia Christi novum non esse. Atque hinc difficultas restat solum quoad secundum punctum, an videlicet episcopus in sua diœcesi talem facultatem committere possit simplici sacerdoti.

42. Atque circa hanc controversiam, quæ teste Benedicto XIV. citato lib. 7. de Synodo Diœcesana cap. 8 num. 7. difficilis, et valde implexa est, ut certe ab [illegible]. Ex eodem summo Pontifice illud notandum est, nempe omnibus in confesso esse, irritam nunc fore Confirmationem a simplici Presbytero latino collatam ex sola episcopi delegatione, quia nempe Sedes Apostolica id juris sui unice reservavit. Quam deinde reservationem non solum probat idem Pontifex ex consuetudine in tota ecclesia latina jamdiu recepta; sed a Sede jam ante seculum IX. expressam tantum esse ostendit, deinde eadem voluit in confirmationem, quod Clemens VI. priusquam ad catholicam communionem reciperet Consolatorem, Armenorum Patriarcham certior fieri voluit, an cum ecclesia Romana sentiret etiam in hisce Articulis, expressis in Apostolicis litteris ad eundem Patriarcham datis, nimirum his = Primo de consecratione Chrismatis, si credis, quod per nullum sacerdotem, qui non est episcopus, fit Chrisma rite, et debite consecratum. Secundo, si credis, quod sacramentum Confirmationis per alium, quam per episcopum, non fit ex officio ordinarie ministrari. Tertio, si credis, quod solum per Romanum Pontificem plenitudinem potestatis habentem, possit dispensari sacramentum Confirmationis Presbyteris, qui non sunt episcopi, committi. Quarto, si credis, quod Chrismati per quoscumque sacerdotes, qui non sunt episcopi, neque a Romano Pontifice super hoc commissionem, seu concessionem aliquam receperunt, confirmati per episcopum, vel episcopos sint Chrismandi = Quorum et ea ratione ostendi fit, quia etiamsi confirmare sit actus Ordinis episcopalis, cujus firmitas, et validitas non pendet a [illegible] jurisdictione, delegare tamen simplici sacerdoti potestatem exercendi hujusmodi actum, potius ad jurisdictionem, quam ad Ordinem spectat. Episcoporum vero jurisdictio, sive sit immediate a Christo Domino, sive a summo Pontifice, ita semper huic subest ut, omnibus catholicis consentientibus, [illegible], et imminui, atque ex legitima causa omnino auferri possit. Quare dubium tantum esse videtur pro eo casu, quo nulla per summum Pontificem reservatio facta est.

43. [illegible] hoc autem dicimus ut [illegible] esse anno [illegible] summo Pontifice [illegible] Benedicto XIV [illegible] num. 3. plures Doctores, inter quos [illegible], et alii, opinantur, seclusa divina institutione [illegible] et ecclesiæ prohibitione exclusa, episcopum posse simplici sacerdoti committere, ut Chrismate a se consecrato fideles confirmet in suis degentes in locis, ad quæ ipse accedere nequit [illegible]. Hancque suam opinionem pluribus, et non quidem levibus momentis stabiliunt, et [illegible]

et inter cetera ex Concilio Toletano I. anno 400 celebrato, in quo Can. 20 ita statuitur =: Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo Chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis, vel Provinciis Presbyteri dicuntur Chrisma conficere placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum Chrisma facere, et per Dioecesim destinare [illegible] statutum, est Diaconum non Chrismare, sed Presbyterum, absente episcopo; praesente vero, si ab ipso fuerit praeceptum =: secundo ex Concilio Arausicano anno 441, et Epaonensi anno 517 quorum primum Can. I hec decreverant =: Haereticos in mortis discrimine positos, si Catholici esse desiderant, si desit episcopus, à Presbyteris cum Chrismate, et benedictione consignari, placuit =: Alterum vero Can. 16. inquit =: Presbyteros, propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis, et decumbentibus haereticis, si conversionem subitam petant, Chrismate permittimus subvenire. Quod omnes conversuri, si sani sunt, ab episcopo noverint [illegible] =: Hactenus Concilia, quae ita exprimi variis loqui non poterant, nisi in Episcopo agnovissent facultatem Presbyteris simplicibus committendi potestatem confirmandi baptizatos. [illegible] Et quamvis hec momentosa sint, reddendum non videtur à sententia opposita, quam communiter tenent

44 Doctores cum D. Thoma 3. part. q. 72 A. 11. ad 1um, et in quam maxime propendet praecitatus Summus Pontifex. Atque hinc ad Canonem [illegible] Concilii respondent, Toletanos scilicet Patres minime locutos esse de unctione cum Chrismate facta in fronte baptizati, nimirum confirmatoria, sed de unctione solita fieri post Baptismum in summitate Capitis ex mera caerimonia, à qua [illegible] [illegible] simplices sacerdotes abstinere, si epi[illegible] [illegible] Quod in primis probant ex citata Epistola Innocentii I. ad Decentium quam paulo post allegatam Synodum Toletanam [illegible] anno 402 [illegible] in qua ut ex ejusdem verbis supra num. 30 relatis videre licet, dixit [illegible] episcopos [illegible] baptizatorum frontem sacro Chrismate inungere. Quod certe absolute dicere non potuisset, si eadem aetate alicubi viguisset consuetudo, ut infantes baptizati à simplici sacerdote confirmarentur [illegible] est manifestum; secundo ex Actis Concilii Hispalensis II. habiti anno 619 [illegible] Agapium Cordubensem quendam [illegible], cui inter cetera criminis datum est, quod [illegible] potestatem ordinandi Chrisma [illegible] baptizatorum frontes signandi, quae hec omnia ut [illegible] Patres nempe Hispalenses, illicita sunt Pres[illegible] [illegible] Pontificatus apicem non habe[illegible] [illegible] auctoritate [illegible] prohibitum; [illegible] reprehensio minime justa fuisset, si dictus episcopus [illegible] [illegible] sibi à Toletanis Patribus permissa. Unde argumentum [illegible] Toletano Canone desumptum non concludit.

Ultimis vero urgent Canones Concilii A[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sermo non sit de Confirmatione, sed de unctione, per quam Haeretici ad ecclesiam redeuntes, ritu valde affini ritui confirmationis, olim reci[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Confirma[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] conferebatur; et frontarà [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] recepti in ecclesia, gremium [illegible] [illegible] [illegible] confirmati [illegible] iis Confirmatio non dabatur, ne hanc iteratam [illegible] [illegible].

Quod etiam constat ex Theodulpho Aurelianensi episcopo, viro minime ignaro canonum Conciliorum Galliae, [illegible] Bonitemo cap. 27 sic agente =: Quod ergo Presbyteris baptizatos chrismate ungere liceat; spiritum vero sanctum per manus impositionem tradere non liceat, antiquus iste mos ab Apostolis est traditus =: Quae certe dictus episcopus nulla ratione asserere potuisset, si scivisset Galliae moribus inductum fuisse, ut simplices Presbyteri confirmarent, praesertim in mortis articulo constitutos

46 Ex his autem, ex quibus jam habes Ordinarium ministrum confirmationis esse solum episcopum, et hunc quidem consecratum, adeo ut non sufficiat solo electo ad episcopatum, extraordinarium vero esse non posse nonnisi sacerdotem simplicem, a summo Pontifice specialem delegationem habentem, dicendum superest de requisitis necessariis in tali ministro tum ad validam, tum ad licitam administrationem. Circa quod, si jam loquamur de validitate sacramenti, ex jam dictis in Tract. de Sacramentis in genere cap. 3; et 5. A 1; et 2, constat, in ministro nihil aliud requiri, quam ut utatur necessaria materia, et forma debite applicatis, et habeat intentionem saltem generalem, et implicitam efficiendi sacramentum; et propterea validum esset sacramentum collatum ab episcopo etiam haeretico, excommunicato, degradato &c sive intra, sive extra proprium territorium, sive subditis, sive non subditis, quia semper retinet characterem, et Ordinem episcopalem, in quo fundatur potestas confirmandi, nec Ecclesia illi potest eripere characterem, et potestatem, sed duntaxat illius usum prohibere, et ita quidem, ut pro valore neque jurisdictio requiratur, sicuti non requiritur pro baptismo, quia videlicet actus confirmandi non exercetur per modum judicii, sed cujusdam consecrationis. Atque haec de [illegible]. Circa liceitatem administrationis [illegible] cap. 5. A 2; et 3. in citato Tract. de Sacramentis in genere, ex quibus percipies in ministro requiri statum gratiae, et ne se ministretur sacramentum indignis. [illegible] pro solutione nonnullorum dubiorum, quae hic Doctores examinant

47 Quaeres primo, an peccet, et aliquos poenas incurrat episcopus confirmans vel proprios subditos in aliena Dioecesi sine licentia episcopi talis loci?

Respondeo, talem episcopum non solum reatum [illegible] peccatum; sed etiam incurrere suspensiones ab exercitio Pontificalium, ut decernitur in Trid. sess 6 cap. 5. de Reformatione, et declaravit sacra Congregatio Concilii, apud Fagnani verbo confirmatio A. 2 num 7 sub die 25 Aprilis anno 1575 [illegible] dum sta, [illegible] et [illegible] episcopus [illegible] territorio, quod est vere nullius Dioecesis, et [illegible] loco [illegible] num 8 declaravit [illegible] 24 Augusti anno 1621, et [illegible] Martii anno 1681 quae [illegible] et [illegible] est [illegible] Archiepiscopi [illegible] suffraganeorum [illegible] licentia confirmantes ut [illegible] num 9 [illegible]

restitutus fuit a Sacra Congregatione Concilii et declaravit Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium die 28 Aprilis anno 1599. Atque hoc omnino rationi est, quia tunc aliena jurisdictio in re magni momenti usurpatur et ius alterius graviter laeditur; quod non fit sine gravi peccato.

78 Quaeres 2do, an, et qualiter peccet Episcopus in sua Dioecesi confirmans alienos subditos?

Respondeo, graviter peccaturum talem Episcopum ubi praesertim nec tacita quidem licentia et consensus Episcopi confirmandorum intercedat. Atque ita Sacram Congregationem Concilii die 28 Novembris anno 1602 expresse declarasse testatur laudatus P. Ferraris loco citato num. 20 ubi quamplures Doctores volunt, hunc Episcopum etiam suspensionem a Pontificalibus incurrere. Quod tamen longe plures negant eo quia nullibi legitur lata suspensio contra Episcopum in sua propria Dioecesi alienum subditum confirmantem sine licentia proprii Episcopi; sed tantum legitur lata contra Episcopum ordinantem Ordinare extraneum sine expressa licentia illius Episcopi, ex quo certe non licet desumere argumentum ad casum praesentem, tum quia in odiosis non licet facere extensionem ad casum non comprehensum sub verbis legis, tum quia longe diversa est ratio inter unum, et alterum casum, ut per se patet, quia major probatio requiritur circa ordinandum quam confirmandum, ut patet ex dictis in Tract. De Sacramentis in genere Cap. 5. A. 3. num. 208.

79 Notanda tamen sunt verba illa: Ubi praesertim nec tacita quidem licentia, et consensus &c, quia non videtur recedendum a sententia vel ipsa praxi firmata, quam communiter tenent Doctores asserentes nullo modo peccare Episcopum alienos subditos in sua propria Dioecesi ex consensu tacito eorum Episcopi, aut etiam ex licentia rationabiliter praesumpta, et propterea non videtur ullius culpae condemnandus Episcopus confirmans Ordinandum alterius Dioecesis qui ad se affert litteras dimissoriales sui Ordinarii, quia tunc tacite praesumitur consensus etiam de praesenti proprii Episcopi. Quod et dicendum videtur pro eo casu quo ad Episcopum non suum accedunt ut confirmentur, eo quia proprius Episcopus est absens, aut [illegible] et tale Sacramentum conferre, quia credi non potest, Episcopum velle, oves suas tanto Sacramento carere. Atque haec videntur [illegible] conciliari sententias in hac materia inter se [illegible].

50 Quaeres 3tio, an Episcopus sub sanguinis [illegible] teneatur Sacramentum Confirmationis ministrare et praesertim moribundo petenti?

Respondeo, certum esse quod omnes Episcopi [illegible] et notabili [illegible] Confirmare absque justa, [illegible] gravissima causa graviter peccaturum, quia subditos [illegible] tanti bono fraudaret contra suum officium. Quoad difficultas esse fit circa secundum casum de moribundo, et tunc ad id sub gravi obligari, tenent plures Doctores contra alios, qui probabilius [illegible] tunc eximunt Episcopum et ratione incommodi, et [illegible] asserentes auctoritatem [illegible] in summa aetate [illegible]. Et decentius in simili, cum de [illegible] ministrando agatur [illegible] Episcopus occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Caeterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquo [illegible] et tangere Chrismate sine [illegible] haec sit omissio notabilis [illegible] hujus Sacramenti, sit

Caput sextum.

De subjecto Confirmationis

51. Quemlibet sive virum sive feminam, sive rationis usu praeditum, sive non, sive parvulum, sive Adultum, dummodo verè baptizatus, et nondum antea confirmatus, esse subjectum capax Sacramenti Confirmationis, ideoque validè confirmari posse, certum est penes omnes, et definitum est ab Urbano Papa in Capit. Omnes fideles, de consecrat. Dist. 5. his generalibus verbis: = Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum post baptismum accipere debent =. Quod et clarè probat Angelicus Praeceptor 3. part. q. 72. A. 8. Quare articulos tantum quaeritur circa administrationem licitam, et praesertim loquendo de Parvulis, qui nondum rationis usu donati sunt et de Amentibus, et Energumenis. Hinc quaeres primò, an liceat confirmare Parvulos
52. antequam rationis usum consequantur?

Respondeo, quod quamvis certum sit vel in ipsa Latina ecclesia olim fuisse morem, et consuetudinem ut tam Adulti, quàm Parvuli statim post Baptismum confirmarentur, ut citato Lib. de Synodo Dioecesana Cap. 10. num. 3 pluribus probat Benedictus XIV, nunc tamen non solum exolevit, sed etiam praeceptum sit, si pauci excipiantur casus, ut non praebeatur sacramentum Confirmationis infantibus in Latina ecclesia, antequam rationis usus ipsis eluceat, ut idem Pontifex loco citato ~~plurium~~ opinionem Decretis, et ex Catechismo Romano hic num. 18. ostendit, et statuit in Constitutione, quae incipit: Eo quamvis tempore §. 6. his verbis: Nihilominus abrogato prorsus à Romana ecclesia omnium Matre, et Magistra hujusmodi more (administrandi Confirmationem statim post baptismum), consultissimè summorum Pontificum auctoritate providè cautum est, ut renatis fonte Baptismatis conferretur sacramentum Confirmationis in ea solùm aetate in qua fideles, quae erant Parvuli, intelligerent tantum discrimen inter baptismum et confirmationem, quantum in reali vita intercedit inter ortum ab incremento, atque per baptismum vitam [illegible] recipere, per Confirmationem verò se pugnae roborari, ac dimicaturos et armis per gratiam instructos; ex quo fit ut [illegible] animadversio in eos incidat, si qui forte [illegible] ecclesiae instituta refugerent, aut contemnerent [illegible] jam adhibitam esse ut ab errore [illegible] adeò injuriosa, retrahantur. — Hoc tamen Pontifex, ex omnis si recte meditaverim, nihil apparet existentia praecepti, sed aliud illud sub gravi obligare.

53. Hinc pro praxi superest, ut attendamus ad verba illa in responsione posita si pauci excipiantur casus. Nam idem Summus Pontifex multis annis post dictam [illegible] Constitutionem de Synodo Dioecesana loco citato num. 5. docet Latinam ecclesiam non ita prohibuisse, dare Confirmationem Infantibus nondum rationis usum habentibus, ut in nullo eventu ipsis eam conferri queat, quinimo eidem expressè docet [illegible] licere, etiam juxta praesentem disciplinam, salvo [illegible] urgente morbo ante [illegible] sit [illegible]

tra absentia episcopi, aut eidem in discrimine vitæ versantur, aut alia urgeat necessitas, seu justa causa. Quod deinde quoad pueros in discrimine vitæ constitutos probat ex Gregorio Præcepto-re 3 part. q. 72. a. 8. ad qtū hanc reddens rationem. Ut confirmati decedentes, majorem gloriam consequantur, sicut et hic majorem obtinent gratiam. Quoad alios verò casus inter alia probat ex Concilio [illegible] v. Quibus omninò consonat nostra Synodalis Constitutio Cap. X de Sacramento Chrismatis, in qua §. 2. hæc leguntur verba =: Nullus vero infans septennio minor, nisi de propria nostra licentia, ad sacrum Chrisma offeratur =.

Ex his autem facilè patet quid dicendum sit de Amentibus, et energumenis; Amentes nempe, si lucida habeant intervalla, eo tempore administrandam esse Confirmationem, si commodè fieri possit, tunque confirmari petant: si verò perpetuò amentia agantur, superfluum esse tempus expectare, et proinde quandocumque poterint confirmari, et dein tacito confirmandi erunt, ne tali gratia sacramentali careant, quæ certa et illis multum proderit ad gloriam. Energumenos autem sacro Chrismate iniungendos esse, nisi repugnent, sed consentiant, ut nempe robustiores contra dæmones fiant. Quod et de surdis, et mutis est proferendum. hic restat solùm ut dicamus de dispositionibus in confirmando requisitis ut licitè, et valide hoc suscipiant sacramentum. Pro quo recole dicta in Tract. de Sacramentis in genere Cap. 6. à num. 218. toto Articulo primo, et secundo, quæ attente relegas, ne dicta alibi hic repetamus. Quibus pro complemento addas sequentium questionum resolutionem.

Quæres hinc primò, an confirmandi debeant callere, et scire prima fidei christianæ rudimenta, et ea, quæ ad hoc sacramentum spectant?

Respondeo affirmativè, et inter cætera id [illegible] ex Constitut. [illegible] minimo Benedicti XIV. in qua § 9. ità præscribitur =: Ut autem ab iis, qui in prima sunt ætate, sacramenta instituuntur, ad sacram Eucharistiam, et Confirmationem admitti [illegible], [illegible]. [illegible] enim [illegible] hanc voluntatem, et [illegible] impatiens studium non præferunt. Caveat igitur Episcopus [illegible], atque districtè præcipiat ne quis [illegible] Sacramentum [illegible] administrat, et [illegible], ut [illegible] [illegible] quæ graviora fidei, et doctrinæ [illegible] et sacramenti [illegible], et [illegible] ignorat; vel quia [illegible] in hoc [illegible], vel quia ea [illegible] audiva quo [illegible] sacramenta [illegible], [illegible] statis tempori [illegible] =. Huiusque [illegible]. Quoniam et ea ratione, quia ex una parte per sacramentum confirmationis datur [illegible] ad [illegible] fidem in [illegible] [illegible] et ex alia parte qui [illegible] saltem fidei capita ignorat [illegible] profitendam aptus esse non fit, ut per se patet, et [illegible] ut ità [illegible] modo christiano hominis [illegible]. Quinimò et id necessarium esse videtur, ut [illegible] studio se præparent, et [illegible], exemplo Apostolorum, qui ut legitur Actor. 1. dum expectabant [illegible] Sancti [illegible] unanimiter in oratione.

56\. Quæres 2do, an ad sacramentum Confirmationis accedens debeat esse jejunus?

Respondeo, quod quamvis in Capit. Ut jejuni ex Concilio Aurelianensi, et in Capit. Ut episcopi ex Concilio Meldensi de Consecrat. Dist. 5. videatur præcipi, ut tam confirmans, quam confirmandus debeat esse jejunus, id tamen nunc communiter negatur cum S. Thoma 3. part. q. 72. a. 12. ad secundum, ubi hoc tamen discrimina, quod plures contendunt, in dictis Capitulis, sicuti et in Pontificali Romano, ubi dicitur confirmandi debere esse jejuni: non præceptum, sed optimum imponi consilium: longe plures vero volunt, ibidem rigorosum fuisse impositum præceptum, quod deinde rationabili consuetudine contraria fuit abolitum, eo quia nempe ob confirmandorum multitudinem [illegible] verit, ut etiam post prandium tale conferatur sacramentum. Sed jam sit

Caput Septimum.

De Effectibus Confirmationis.

57 Primum, ac propinquum effectum sacramenti Confirmationis non solum esse gratiam habitualem sanctificantem, quæ per se sit primæ gratiæ habitualis augmentum, verum etiam esse gratiam sacramentalem, scilicet illi propriam, et peculiarem, constat ex dictis in tract. de sacramentis in genere (in q. [illegible] a. [illegible]), cum ibidem jam demonstratum sit, eam vim, et efficaciam esse omnibus, et singulis novæ legis sacramentis, ut utramque illam gratiam, scilicet habitualem, et sacramentalem conferant ritè illa suscipientibus. Hinc solum superesse hic potest dubium, quid sit in se, seu in quo consistat gratia sacramentalis propria, et peculiaris Confirmationis, et quomodo [illegible] differat a gratia baptismali. [illegible] vero eam esse gratiam roboris, ac virtutis ad fidem [illegible], [illegible], ac fortiter propugnandam, et superandos, qui adversus eam insurgunt, Dæmonis, ac Mundi tentationes, constat ex toties citato Decreto Eugenii IV in Concilio Florentino his verbis: "Effectus autem hujus sacramenti (Confirmationis) est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut Christianus audacter Christi confiteatur nomen." Quod et docent Auctores Catechismi Romani hic num. 21. hoc modo: "Ab eo nomen est inventum est, quod hujus sacramenti virtute Deus in nobis id confirmat, quod baptismo operari cœpit; nosque ad christianæ soliditatis perfectionem adducit."

58\. Quoad secundum vero, discrimen scilicet gratiæ Confirmationis a gratia baptismali tradit Melchiades Summus Pontifex in Capit. Spiritus sanctus, de Consecrat. Dist. 5. sic inquiens: "In Baptismate hoc id [illegible] [illegible], at in confirmatione [illegible] ad [illegible]. In fonte Baptismatis Spiritus sanctus plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione autem perfectionem ad gratiam ministrat. In Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum ad [illegible] confirmamur. In Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur. Regeneratio per se salvat in pace baptismum recipientes, Confirmatio armat atque instruit ad agonem." Denique, [illegible] Pontifex, ex quibus jam ad aliud [illegible] [illegible]

59 Alterum item Confirmationis effectum esse Characterem, idest signum quoddam spirituale, et supernaturale indelebile animæ impressum, ratione cujus fit, ut non solum sacramentum amplius iterari non possit; sed etiam ad insignitus fiat aptus ad fortiter pugnandum pro Christi fide, ostensum est citato loco de Sacramentis in genere A. 4. à num. 132; ita ut non obstet huic objecere, quod neque se facientes denuo confirmari, neque confirmantes irregularitatem incurrant ut satis recepta sententia tenet; quamvis eam deberent contrahere, si Confirmatio Characterem imprimeret; sicuti de facto contrahunt rebaptizantes, et rebaptizati. Nam iterationi sacramenti characterem imprimentis non per se, et ex natura sua annexa est irregularitas contrahenda à scienter reiterato ministrante, aut suscipiente sed ex lege ecclesiæ, quæ in suis decretis et præsertim in Capit. Ex literarum, de Apostatis, et Capit. Qui in quibusdam, cum 1 & 7, eam inflixit contra scienter rebaptizantes, et rebaptizatos; nullibi autem in reconfirmantes, et reconfirmatos; et proinde cum, ut habetur in Capit. Is, qui, de sent. excom. in 6, irregularitas nisi sit in jure expressa, non contrahatur, hinc eam non incurrerent scienter reconfirmantes, aut reconfirmati; licet eam contrahant scienter rebaptizantes, et rebaptizati.

60 His duobus effectibus tertius additur communiter à Doctoribus, et est cognatio spiritualis inter confirmantem, et confirmatum, ejusque Patrem, et Matrem, nec non inter Patrinum et confirmatum, illiusque Patrem, et matrem, ex qua deinde cognatione oritur impedimentum dirimens Matrimonium ut decernitur in Trid.º Sess. 24. Cap. 2. de Reformat. Matrimonii, ac in Capit. Quamvis, de Cognat. Spiritual. in 6, nec non in Capit. Si quis spiritualem caus. 30. q. 1., et alibi. Pro quâ tamen cognatione ritè intelligenda relegos dicta in Dispensan. Tract. de Baptismo Cap. ultimo à num. 160, hoc interim sit

Caput Ultimum.

De Cærimoniis, et Patrinis Confirmationis.

61 Tria sunt genera cærimoniarum, quæ adhiberi debent in Sacramento Confirmationis administrando, aliæ namque sunt antecedentes, aliæ concomitantes, et aliæ subsequentes; quæ quoniam unicuique legenti Pontificale Romanum faciles obviæ sunt, hinc contenti erimus examinare nonnullas, in quibus aliqua difficultas esse potest, dicemus nempe de vestibus, quibus Episcopus Confirmationem conferens ..., de loco et tempore, quo confirmatio conferri debet, et de Ætate, quæ ab Episcopo confirmato exigitur, ac tandem de Patrino adhibendo. Hinc

62 Quæres primò, quibus vestibus indui debeat Episcopus sacramentum Confirmationis ministraturus?

Respondeo, in Pontificali Romano præscribi, ut Episcopus confirmaturus sit indutus amictu supra rochetum, vel superpelliceum, si sit Religiosus ac stola. Pluviali albi coloris mitra ac baculo Pastorali. Quod et Sacra Congregatio Concilii apud Ferraris Verbo Confirmatio A. 3 num. 22, declaravit die

19. Februarij 1585. Quæ tamen obligatio, an sit gravis, an levis tantum? non convenit inter Doctores, quidam nonnulli contendunt, esse tantum levem, quia talem cærimoniam tanquam accidentalem reputant, id tamen communiter ab alijs rejicitur, et adeo volunt, culpam esse gravem, ubi præfatum omnia, præfata ornamenta sacra omittarentur, quia ad Sacramenti reverentiam præscripta sunt, quamvis venialem tantum culpam admittant, ubi tantum aliquod eorum sine contemptu omitteretur, quia materia gravis esse non videtur: immo quoad baculum Pastoralem sufficiat, quod maneat publice expositus, vel a Clerico detineatur eo tempore, quo confirmatio peragitur, ut ex figura in Pontificali depicta signatum ostenditur: immo et Sacra Congregatio de Propaganda, ut videre est apud P. de Lugono hic Cap. 2 Sub. 3. num. 184, declaravit sufficere quod Episcopus sine Mitra, et cum sola stola confirmet.

63. Quæres 2do, quonam in loco confirmationis sacramentum debeat ab Episcopo conferri?

Respondeo, nonnisi in decenti loco conferendum esse, ut communissime testantur Doctores nisi aliqua urgentissima causa aliud postulet, ut esset si Catholicus in partibus infidelium existens nonnisi a Catholico Episcopo in carceribus detento confirmari posset; et per se patet, quia reverentia sacramento debita exigit, et quidem sub gravi, ut nonnisi in loco decenti administretur. Quæro. Difficultas est an nonnisi in Ecclesia debeat administrari? Quod nonnulli negant ducti auctoritate Rubricæ Pontificalis ubi dicitur, confirmationem ministrandam esse ante medium Altaris, vel in alio decenti loco. Quamplures vero alii affirmant pro casu quo nulla justa, et rationabilis causa excusans intervenerit et ita quidem ut nonnulli velint, graviter peccare Episcopum extra Ecclesiam confirmantem quia esset contra usum, et praxim Ecclesiæ, et consuetudinem vim legis habentem, et quidem in re gravi. Quod tamen longe plures negant, contradicentes talem praxim, et consuetudinem nonnisi sub levi obligare, quæ sententia amplectenda videtur, etiam cum moderatione, quam adhibet Palaus hic Pun. 10. num. 6, videlicet quod Episcopus nullo modo peccat, ubi in suo Oratorio domestico confirmet. Quibus addo circa Moniales, his conferendam esse confirmationem eo tempore sacræ communionis, unde hoc sacramentum non debent licentia egressus e claustro, et ingressus in alium locum, ut Sacra Congregatio Episcoporum 6. julij 1601. declaravit, ut videre est apud Farram loco citato num. 29.

64. Quæres 3tio, quonam tempore confirmatio sit ab Episcopo administranda?

Respondeo, quamvis laudabile sit, eam conferre jejunium in solemnitate Pentecostes ut inde fideles considerantes maxima beneficia Apostolis collata hoc tempore facilius excitentur ad pietatis studium; quovis tamen tempore opportuno existimato ab ipso Episcopo licite confertur nostro, et adeo etiam die feriali et etiam post meridiem ut patet ex his Pontificalis verbis: Hoc sacramentum fit conferri minus solemniter quocumque die, et hora ex causa

ad arbitrium Confessarii. Quinimo etiam potest administrari tempore Interdicti, et in loco interdicto, ut ostendebam ex ipso jure in Tract. de Censuris Cap. ultimo Articulo 3tio num. 323. juxta tamen limitationes ibidem appositas.

15 Quaeres 4to, quid significet Alapa, quam Episcopus Confirmato infligit, et quale peccatum sit ejusdem omissio?

Respondeo, eam ad hoc infligi, ut confirmatus intelligat se hoc sacramento roborari ad fortiter, et invicte tolerandas injurias, et imminentia pericula subeunda propter Christi fidem, et recordetur hujus suscepti sacramenti, et militiae, ad quam exercendam conscribitur. Eam vero, sublato scandalo, et contemptu, omittere venialem culpam non excedere, communiter docent Theologi, quia non est caerimonia magni momenti.

16 Quaeres 5to, an Patrinus necessario sit in Confirmatione adhibendus; et quaenam circa illum sint observanda?

Respondeo, Patrinum, qui sit designatus aut a Parentibus Confirmandi, aut in horum defectu ab Episcopo, aut etiam ab ipso Confirmando, si sit adultus, et rationis compos, non quidem necessitate sacramenti, sed necessitate praecepti Ecclesiastici, juxta satis receptam sententiam sub gravi obligantis, omnino requiri, ut aperte colligitur ex Capit. In Catechismo, et ex Capit. Non Plures de Consecrat. Dist. 4., et constat ex perantiqua praxi, et consuetudine ecclesiae nunquam interrupta. Cujus et ratio redditur ab Angelico Praeceptore 3. part. Q. 72. A. 10. in O., quia nempe sacramentum hoc exhibetur homini ad robur pugnae spiritualis; et propterea sicuti aliquis de novo natus indiget instructore in iis quae pertinent ad vitae conservationem; et sicuti quis in bello pugnaturus indiget Duce, a quo dirigatur; ita ... qui Christi confirmatur, et ad pugnam spiritualem armatur, indiget alio, a quo instruatur, et dirigatur, qui ideo erit Patrinus.

17 Plura autem circa hunc Patrinum veniunt observanda, et primo quod non nisi unus tantum, aut una admittenda sit ad tale munus, ut habetur in Capit. Quamvis, de Cognat. Spirituali in 6., et in Capit. Non plures, de Consecrat. Dist. 4. ... hoc ... quidem, ut Patrinus debeat esse ejusdem sexus cum Confirmando, ut et ipsa praxis ostendit, et praescribitur in Pontificali Romano, et statuitur in nostra Dioecesana Synodo hic Cap. 7. § 1. his verbis: "Item de Patrinis moneant, virum unum ad Virum, et Feminam unam ad Feminam suscipere, et eam aliqui defere ..." Ac proinde hic non valet objicere Trid. Sess. 24. Cap. 2. de Reformat. Matrimonii, ubi permittitur ut unus, et una pro Patrino admittatur in Baptismo. Nam cum Decretum illud sit juris antiqui correctorium ... non extendendum ultra terminos, in ... loquitur, atque solum loquatur de Baptismo; minime vero de Confirmatione. Hinc de hac loquendo standum est rigori textuum ... relatorum, idque eo magis, quod de mente Tridentini minime fuit ampliare, sed restringere, fontes unde cognatio spiritualis oritur, ut notat citatus ...

Secundo ... notandum est, quod Patrinus Confirmationis ... esse distinctus a Patrino Baptismi, nisi forte necessitas aliter faciendum exigat, ut habetur in ...

tato Capit. In Catechismo, nec non in Instructione pro Confirmandis data Romae die 22 Maij 1722. ab Emo Paulucio Summi Pontificis Vicario Generali, in qua sub num. 4. id ipsum expresse jubetur, et dicitur esse secundum antiquissimam S. Romanae Ecclesiae consuetudinem. Qua in Instructione conformiter Pontificali Romano etiam dicitur ut nemo eodem die sit Patrinus nisi unius, aut duorum tantum sine expressa licentia ejusdem Vicarij. Tertio advertendum est, quod licet ab Of-

9\. ficio Patrinatus in Confirmatione non sint arcendi propinquitate sanguinis conjuncti confirmando, si excipiatur Pater, aut Mater Maritus, et uxor, ut citato loco in nostra Synodo, ac in laudata Instructione num. 4. statuitur; arcendi tamen sunt omnes, quos excludendos diximus in Baptismo in Tract. ante Cap. ultimo num. 155., et duobus sequentibus, ut pariter in locis mox citatis decernitur. Quibus et adde, admittendos nullo modo esse nondum confirmatos, ut statuitur in Capit. In Baptismate, vel Chrismate, de Consecrat. Dist. 4. ex Concilio Magontiensi; et ita quidem, ut juxta communem sententiam Non confirmatus ad tale munus se ingerens graviter peccaret. Quinimo dissidium est inter Doctores, an non confirmatus valide obiret munus Patrini; et per consequens cognationem spiritualem contraheret.

10\. Quo in dissidio plures, inter quos Sotus, Navarrus, Lopez, Sa, Paludanus, La-Croix, Concina et alij apud De Ligorio hic num. 186., licet fateantur non confirmatum suscipientem munus Patrini graviter peccare; adhuc tamen voluerunt valide suscipere, ac cognationem contrahere: quia, ut ajunt, citatum Capit. In Baptismate, vel Chrismate dicens Non sit aliud in filiolum suscipere ita intelligendum est, ut li non sit non dicat invaliditatem, sed tantum prohibitionem, quia id quod licite fieri non potest, moraliter dicit impossibilitatem, vel secundum ipsum ius, ut patet ex Leg. Nepos, ff. de Verbor. significat. Contrarium tamen sentiunt plures alij cum Glossa, ut Suarez, Barbosa, Bonacina, Palaus, Ferraris, et Ronzi apud S. De Ligorio loco citato afferens declarationem Sacrae Congregationis Concilij sub die 13. junij 1654., in qua dictum est, non confirmatum suscipientem confirmandum cognationem spiritualem non contrahere. Idque probant tum ex laudato Capit, quia verbum non sit secundum se, et in suo rigore intellectum indicat non tantum illiceitatem, sed etiam invaliditatem et incapacitatem, tum quia nondum baptizatus suscipiens baptizandum cognationem non contrahit, et in eo aperta eodem modo dicitur de non Baptizato relate ad baptizandum et de non confirmato respectu confirmandi. Verum quidquid de hoc sit, hic in fine illud moneo quod quamvis in Pontificali Romano praescribatur, ut confirmandus [illegible] [illegible] [illegible] pedem dextrum Patrini, dum confirmatur. Illud tamen hodie in desuetudinem abijsse docet P. Patritius Concina hic cap. 7. num. 3. in fine; imo addit ita servisse Sacram Congregationem Rituum die 20 [illegible] 1729: et [illegible] sufficit nunc Patrinum manu tangere confirmandum. Haecque dicta sunt de Confirmatione ad honorem [illegible] Divini Spiritus, qui consolatur nos in [illegible] tribulatione nostra. Amen.

Tractatus Undecimus.

De Eucharistiæ Sacramento

Quemadmodum corporea hæc vita nostra quamvis adulta, ac roborata adhuc, ut nutriatur, sustentetur, et conservetur, terreno cibo, ac potu indiget, ita nobis etsi ad gratiam per Baptismum regeneratis, et per Confirmationem roboratis adhuc opus est spirituali alimonia, ut in accepta justitia perseveremus. Hinc Clementissimus Dominus noster Jesus Christus, ne aliquid nobis ad vitam æternam deesset, sacrosanctum mysterium corporis, ac sanguinis sui, hoc est Eucharistiam instituit quæ est verus cibus, et potus cælestis, et spiritualis animarum nostrarum, ut ipse Christus Joan 6. testatur inquiens. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet, et ego in illo. De Eucharistia ergo, non jam prout est sacrificium, sed prout est sacramentum, post Baptismi, et Confirmationis examen, merito nunc agemus quantum ad ea, quæ ad moralem spectant doctrinam minime a methodo in alijs sacramentis pertractandis servata discedendo, et præcursa in iis natura, et institutionem, materiam, et formam tam augustissimi sacramenti explicabimus; et deinde de ejusdem ministro, et subjecto, nec non necessitate, ac obligatione tractabimus. Interim ipse Christus, tam liberalissimus donator, qui licet sapientissimus plus nobis dare nescivit, et licet ditissimus, ac potentissimus plus dare non potuit, superno, ac divino suo lumine mentes nostras adimpleat ut quæ ad tantum mysterium pertinent, cognoscamus, atque sapiamus. Sit ergo

Caput primum.

De nomine, ac natura Eucharistiæ.

Eucharistia, græcum nomen, latine idem est ac bona gratia, seu gratiarum actio: et hoc tum quia Christus Dominus in ejus institutione gratias egit suo æterno Patri, ut patet ex illo Apostoli 1 Corint. 11. Gratias agens fregit et dixit [illegible] tum quia continet in se auctorem totius gratiæ, [illegible] tum quia per ipsam uberior gratia, quam per cætera sacramenta, nobis donatur; imo ipsa est pignus æternæ vitæ, quæ gratia appellatur ab Apostolo Rom 6. dicente. Gratia Dei vita æterna. Secundo dicitur Sacrificium, et Hostia, quia est rememoratio sacrificij cruenti, quod Christus de semetipso in ara Crucis obtulit suo æterno Patri in peccatorum nostrorum satisfactionem, et quia ipsum verum Christi corpus, tanquam vera oblata immolatur, et sumitur in peccatorum expiationem, et in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis. Tertio appellatur græco vocabulo synaxis, seu latine Communio, quia, ut communissime nos docent SS. Patres, et præsertim S. Damascenus lib. 4 de Fide Orthodoxa cap. 14, et habetur [illegible] 3 part. q. 73. a. 4. in eo per hoc sacramentum unimur, et conjungimur cum Christo capite [illegible] caritate [illegible] Quarto nuncupatur

viaticum, quia est viatorum cibus, et maxime infirmorum, quibus viam
parat ad gloriam, cujus est pignus. Quinto vocatur panis vitae, et
intellectus, quia et vitam causat, et intellectum illuminat sicut
et dicitur panis caelestis qui scilicet de caelo descendit juxta illud
Joan. 6. Ego sum panis, qui de caelo descendi. Tandem aliis
omissis dicitur convivium, et caena Domini, vel quia animam
satiat, vel quia ejus institutio, peracta caena legali, facta est
quamvis, ut recte monet [illegible] hic annus [illegible], abstinendum
nunc temporis sit a vocabulo caena Domini, eo quia eo utun-
tur Haeretici ad denotandum Eucharistiam nihil aliud esse
quam [illegible] figuram, mortisque repraesentationem
tum ne in eorum errorem incidere videamur, tum ne cum
ipsis communicemus in vocabulis ab illis impie usurpatis.

2. Eucharistia vero, prout est sacramentum,
sub consideratione methaphisica definiri potest: Sacramentum
significativum, et causativum gratiae sanctificantis per modum re-
fectionis, seu nutritionis spiritualis: ubi nota cum sit sacramentum
[illegible] est loco generis, in quo per illud cum caeteris convenit sa-
cramentis; caetera vero verba habent rationem differentiae ul-
timae, et per ea Eucharistia ab aliis omnibus differt sacra-
mentis, ut in aliis etiam rebus, ut per se est manifestum. Sin
vero Eucharistia physice consideratur, seu prout constat par-
tibus physicis, seu realiter inter se distinctis, communissime
definitur: Sacramentum corporis, ac sanguinis Xti sub speciebus
panis, et vini realiter contentum, ad spiritualem animarum
refectionem et ipso Xto Domino institutum. Quae definitio colli-
gitur ex Trid. Sess. 13. Can. 1. definiente, corpus, et san-
guinem una cum anima, ac divinitate Domini nostri Jesu
Xti, et proinde totum Xtum vere, realiter, et substantialiter
contineri in H. Eucharistiae sacramento: et can. 2. anathema
[illegible] eos, qui dixerint, in sacrosancto Eucharistiae sacra-
mento remanere substantiam panis, et vini una cum cor-
pore, et sanguine Domini nostri Jesu Xti; et negaverint
mirabilem illam, et singularem conversionem totius sub-
stantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sangui-
nem, [illegible] manentibus dumtaxat speciebus panis, et vini.

3. Quamvis autem ut ex allata definitione
constat, omnes, quotquot sunt Catholici, fateantur, in Eucha-
ristiae sacramento et species panis, et vini, et verum, et reale
Xti corpus, et sanguinem esse, adhuc disputant inter se, an
tam species sacramentales, quam ipsum reale Xti corpus, et [illegible]
quis sint [illegible] constitutiva essentialia ipsius sacramen-
ti et dubitant an cum totus Xtus contineatur sub utraque
specie, scilicet panis, et vini, Eucharistia sit unum tantum
vel multiplex sacramentum. Tandem et inquirunt de tem-
pore, et de modo, quo Xtus Dominus praesens adest, et
continetur sub dictis speciebus sacramentalibus. Atque de
his [illegible] nunc nobis est separatim
dicendum. Unde sit

Articulus primus.

De constitutivis ēntialibus sacramenti Eucharistiæ

Triplex super hac difficultate est Doctorum sententia. Prima docet, rationem Sacramenti Eucharistiæ consistere in recto in solis speciebus panis, et vini, ut tū connotantibus corpus, et sanguinem xti Domini; et corpus, et sanguinem xti pertinere ad sacramentū tantū in obliquo, idest tanquam quid extrinsecē connotatū; et proinde solas species ēē intrinsecū, et ēntiale constitutivū Sacramenti. Altera ē diametro opposita tenet, solum xti corpus et sanguinem importari in recto; atque adeo ēē necessariū intrinsecū, et ēntiale constitutivū sacramenti; species verò venire tantū in obliquo, et ēē quid extrinsecē connotatū. Tertia autem contendit, tām species sacramentales, quām corpus, et sanguinem xti ēē intrinsecū constitutivū Sacramenti eucharistiæ. Et sit hæc tertia

Dico, Eucharistiæ sacramentū ēntialiter, et intrinsecē constitui tūm ex speciebus panis, et vini, tum ex corpore, et sanguine xti sub illis contento. Ita communiter Doctores cū S. Thōa in quē dist. 8. q. 1. a. 1. ad 2dū sic dicente: ex speciebus, et corpore xti fit unū sacramentum. Probatur autem vel ex eo, quod cum eucharistia nedū sit verū sacramentum, sed etiā sit ēntialiter sacramentū habens verum rationem spiritualis refectionis, et convivij, id duo debet pertinere ad ejusdem ēntiā, per quod ipsa est signū sensibile, et verè dicitur, et est cibus, et potus spiritualis animæ: Porro Eucharistia ex una parte non constituitur in esse signi sensibilis nisi per species ipsius panis, et vini, utpote cū xtus immediatē, per se non cadat sub sensibus; et ex alia parte rationē refectionis, et convivij spiritualis non sortiatur, nisi a corpore, et sanguine xti, ipso xto joan 6. dicente: caro mea verè est cibus, et sanguis meus verè est potus. Ergo propterea tum species panis, et vini, tūm ipsū xti corpus, et sanguis intrinsecē, et substantialiter Eucharistiæ sacramentū constituunt. Quod etiam constat ex eo, quod cultu latriæ quo solus Deus colitur, adorari debet hoc sacramentū, ut docuit Trid. sess. 13. cap. 5. inquiens =: Nullus dubitandi locus relinquitur quin omnes xti fideles pro more in catholica ecclesia semper recepto latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic SS. Sacramento in veneratione exhibeant = Quod sic dici non posset, si solæ species panis, et vini ēntialiter sacramentū constituerent, utpote cū istæ, ut a xto separatæ, tali veneratione dignæ non sint; et proinde et ipsū xti corpus, et sanguis sunt constitutivū sacramenti Eucharistiæ, ut etiam vel ostenditur per hoc, quod hoc sacramentū ēntialiter conficitur vera, et reali transubstantiatione, idest conversione totius substantiæ panis in corpus, et vini in sanguinem xti Domini, manentibus duntaxat speciebus panis, et vini, ut definivit Trid. sess. 13 citata can. 1 et can. 2: quæ minus recte dicerentur nisi et corpus et sanguis ipsius xti ēēnt intrinsecè Sacramenti constitutiva: ergo &c.

6. Neque obest, si dicas primò, quòd ad rationem sa-
cramenti necessariò requiratur, ut sit signum per se sensibile, qua-
le non est xtus in eucharistia. · 2dò, quòd iidem Doctores, sed etiam
Concilia, et sacri Canones de corpore, et sanguine xti loquantur tan-
quam de re distincta ab eucharistiæ sacramento, dicentes V. g. xtum
contineri in sacramento, vel sub sacramento Eucharistiæ, sicut
facit vel ipsum Trid. rigorem terminorum attendens, et sess. 13 Can. 1
inquiens: si quis negaverit, in SS Eucharistiæ sacramento veri-
realiter, et substantialiter contineri corpus, et sanguinem xti, ana-
thema sit ... 3tiò quia sicut in aliis sacramentis, ità et in hoc
hæc tria distingui debent, scilicet sacramentum tantum, sacramentum,
ac res simul, et res tantum sacramenti; atque quod, ut docet Inno-
centius III. in Capit. Cum Marthæ, de celebrat. Missarum, species eu- 70
charistiæ sunt sacramentum, et corpus xti sub illis contentum est
sacramentum, et res simul; ac gratia sancti [illegible] est res sacra-
menti tantum .... 4to, quod corpus xti in Eucharistia neque ra-
tionem formæ, cum hæ sint verba consecrationis, neque rati-
onem elementi, cum hæ sint species panis, et vini, habeat.
ergo &c. Respondeo ad totale quidem, et integrum sacra-
7. mentum necessariò requiri, ut sit signum per se sensibile, non tamen
quantum ad quamvis ejusdem partem constituentem, sicuti patet
in contritione, quæ certè est pars sacramenti Pœnitentiæ, licèt
per se sensibilis non sit, sed solùm mediante alio, scilicet ex-
terna confessione. Sic ergo et corpus xti licèt per se sensibile
non sit in eucharistia, sed solùm mediis speciebus sacramentalibus,
non obstat, quominus sit vera pars constituens sacramentum.
Ad secundum advertendum est, corpus, et
8. sanguinem xti Domini Dei, contineri in sacramento Eucha-
ristiæ tanquam partem in suo toto, et non aliter quàm dici-
tur, animam contineri in homine; non autem tanquam
aliquid [illegible] à ratione sacramenti quæ doctrina
aperte [illegible] Augo [illegible] in Capit. Hoc est, de Consecrat.
dist. 2, ubi docet hoc sacramentum duobus constare, visibili sa-
cramentorum specie, et invisibili Domini Nostri Jesu xti carne,
et sanguine, sicuti xti Persona constat ex Deo, et homine
ex quibus ad 3tium jam patet, namque species eucharisticæ non di-
cuntur sacramentum hoc tantum, quod ipsæ sint tantum, partes con-
[illegible] sacramentum; sed tantum quatenus ipsæ solum
[illegible] abiendinem ad verba consecrationis habent significare
corpus, et sanguinem xti, ut sub illis existentem, ità ut à
nulla alia re significentur: è contra verò corpus, et sanguine
xti Dnî [illegible] [illegible] sacramentum, et rem simul, non
[illegible] quid est [illegible] sacramento sed quatenus
habent significare [illegible] namque refectionem, [illegible] ani-
mæ, ac gratiæ sanctificantis, [illegible] atque, et si-
mul habent significare et [illegible] Eucharisticis speciebus, et
non [illegible] Innocentius III. in [illegible] Capit. juris, sed
nobis non officit, ut patet meditanti
9. Ad quartum, cum Eucharistia, sacramen-
tum non consistat in re [illegible] sed in re permanente, ut
[illegible] dicendum est, quod sicut substantia panis, et vi-
ni non alio modo est [illegible] quam quod est id, quod
convertitur in corpus et sanguinem [illegible] Domini, et propterea

non est intrinsecum constitutivum sacramenti; ita et verba consecrationis à legitimo ministro prolata cum intentione consecrandi non sunt forma intrinseca sacramenti, sed tantum extrinseca, quæ scilicet se habeat per modum causæ efficientis sacramentum, et propterea, si ita loqui licet, forma intrinseca, idest propinqua, et nobilior, et perfectior pars constituens eucharistiæ sacramentum, est corpus et sanguis nostri Xti, ut sub sacramentalibus speciebus contentis; materia vero, idest pars minus propinqua sunt ipsæ species eucharisticæ. Et hæc circa primam difficultatem. Nunc sit

Articulus secundus.

De Unitate Sacramenti Eucharistiæ.

204. Secundo pariter contra nonnullos communiter inferunt Doctores, jejunium naturale non deperdi per pulverem tabaci sumptum per nares, etsi casu aliquid ejusdem in stomachum transmittatur; et hoc non solum quia licet talis materia sit nutritiva; tamen non sumitur per modum comestionis, sed attractionis; verum etiam quia satis improbanda esset consuetudo ubique invecta sine ullo scrupulo sumendi pulverem tabaci non solum ante communionem, sed etiam ante Missam, quae tamen, teste Benedicto XIV de Synodo Dioecesana cap. 5 num. 3, minime nunc temporis improbari fit, praesertim cum Benedictus XIII abrogaverit prohibitionem a Pontificibus Innocentio X et XI emanatam, qua sub excommunicationis poena prohibebatur usus tabaci per nares intra Vaticanam Basilicam; sicuti et prohibitionem ab Urbano VIII factam, qua eundem tabaci usum vetabat intra Ecclesias Hispalensis Dioecesis, eo quia nempe tunc inhonestatem sumendi, et indecentiam praeseferebat, et ideo etiam scandalum gignebat: Quod tamen nunc dici non fit, ut eundem testatur Summus Pontifex citato loco concludit, id ipsum sentiens de fumo tabaci, aut similis alterius rei, et quidem jure, quia talis fumus neque est cibus, neque est potus, neque sumitur per potationem, aut comestionem, cum alias etiam dicere deberemus jejunium frangi et eo, qui in culina existens ciborum fumum exciperet. Quamvis tamen non desint, qui existiment, per tabaci fumum violari jejunium pro eo casu, quo voluntarie in stomachum immitteretur, quod jam admittere non possum, quia talis trajectio nihilominus non est comestio, et potatio, ut patet, etiamsi placeat sententia S. de Ligorio loco supra citato num. 280 existimantis per tabacum, aut etiam per aquam per nares trajectam casu usque ad stomachum non frangi jejunium naturale; frangi autem, ubi ex proposito trajiceretur, quia, ut inquit, quis id tali intentione praestans non sumeret per simplicem attractionem sed per voluntatem [illegible] trajiciendi, quod nullo modo videtur permissum ab Ecclesia; [illegible] non sit a natura ordinata ad trajiciendum in stomachum [illegible], ordinatur tamen ad id ab ipso attrahente, et ideo ex tali intentione induit moraliter rationem potationis aut comestionis, cum interveniat debita materia, et actio apta ad finem trajectionis in stomachum.

205\. Tertiò infarunt plures, et quidem magni nominis Doctores, ut Azor, de Lugo, Holzman, Bonacina, Sporer, et alij, quos citat et sequitur laudatus de Liguorio loco citato, et quam sententiam probabilem agnoscit Benedictus XIV. loco supracitato, infarunt inquam, indecentem quidem esse masticationem Aromatis, corticis et praesertim folij tabaci ante Missam, et communionem, etsi [illegible] phlegmata [illegible], et propterea excusari non posse à veniali culpa, ubi nulla [illegible] rationabilis causa, minimè tamen per eam naturale jejunium frangi, etsi propter [illegible] aliquid succi [illegible] deglutiatur: quia nempe etiamsi aliquid succi in stomachum dilabatur, non est [illegible] ad nutritionem, sed [illegible] ad stomachum [illegible] irritandum, et proinde non per modum cibi, sed per modum salivae deglutitur, et praesertim [illegible] quantitate [illegible]. Quod [illegible], et indistinctè alij negant [illegible], ex tali masticatione praesertim Aromatis, et tabaci semper jejunium frangi: tum quia ut dicunt, semper in stomachum aliquid trajicitur [illegible] phlegmata [illegible] ejiciantur, et etiam trajectio talis succi semper est voluntaria; tum quia talis succus est aptus ad nutritionem. Verum quidquid sit de hoc, quod exemplo Benedicti XIV. indecisum relinquere placet, pergo ad tertiam conditionem.

206\. Defectu ergo tertiae conditionis, videlicet quod res sumpta habeat [illegible] rationem cibi, aut potus, infarunt satis communiter Doctores contra nonnullos contendentes per ingestionem rei deglutitionem per modum cibi factam, sive ea sit digestibilis, sive indigestibilis à stomacho, jejunium naturale frangi, infarunt inquam, minimè frangi jejunium ad Eucharistiam percipiendam necessarium, [illegible] etiam voluntariè [illegible], seu deglutiantur res omninò indigestibiles, ut sunt capilli, ungues, metallum, vitrum, lapides, fila ex serico, aut lana, et juxta plurimos ossicula [illegible] omninò [illegible], et alia hujusmodi, quia ex una parte hujusmodi res nec nutriunt, nec rationem cibi habent; et ex [illegible] parte Ecclesia tantum prohibet, ne Eucharistia extra necessitatis casum sumatur post cibum, et potum, ut patet ex [illegible] auctoritates supra relatas num. 200: et ex S. Augustino Epist. 54, [illegible] Placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti sacramenti prius in os Christiani corpus Dominicum intraret, quam caeteri cibi [illegible] proinde quod [illegible] cibi, aut potus non habet a sacra communione non impedit.

207\. Loquendo verò de ijs rebus, quae licet communiter non adhibeantur in cibum, et potum, neque cibus, et potus verè sunt, sunt tamen digestibiles, seu à stomacho alterari, et in substantiam hominis converti possunt, ut sunt charta, palea, fenum [illegible], pulvis medicinalis, cera, ligna praesertim minus solida, [illegible], creta, carbones et hujusmodi alia, quamvis nonnulli existiment per talium sumptionem jejunium naturale non violari, quia [illegible] usu non censentur potus, et cibus, seu res comestibilis, et proinde non habent rationem cibi, et potus; nihilominus tenendum est cum communiori sententia, tunc jejunium naturale frangi, quia [illegible] quod [illegible] stomacho alteratur, et verè in substantiam hominis convertitur [illegible], et [illegible] est verè cibus, et potus. Atque [illegible] ad Eucharistiam requisitum; quibus addendum [illegible] quo [illegible] [illegible]

lucrit? Verum cum ea non sit aquid omne, caveo ne illud inchoari à puncto mediæ noctis aetis jam moram motto intelligenon, ut docebam in Tract. De Legibus Cap. 6. §. 6. à num. 422; et ad secundum dixerim in Tract. De Conscientia Cap. 3 A. 2. §. 19. Regula 3. num. 168. relegas ibidem dicta, et interim

208 Quæres 3tio, an somnus, et cibus ante mediam noctem sumptus, diligentia debeat Missæ celebrationem, et Eucharistiæ sumptionem præcedere?

Respondeo, nullum peccatum esse V. G. in nocte Natalis Domini Missam celebrare, etsi cibus paulo ante Mediam noctem sumptus fuerit, et somnus non præcesserit, ut docet S. Thom. 3. part. q. 80. A. 8. ad 5tum, quem communiter Doctores sequuntur, et expressum est in Rubricis Missalis Romani tit. 9 De Defectibus dispositionis corporis hoc modo =: Si ante mediam noctem cibum, aut potum sumpserit, etiamsi, postmodum non dormierit, nec sit digestus non peccat; sed ob perturbationem mentis, ex qua devotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum =: Quæ cum clara sint, ulterius indagare minimè oportet. Unde

209 Quæres 4tò an statim à Missa celebrata, aut communione sumpta liceat cibum, aut potum sumere?

Respondeo, à S. Clemente Papa, ut habetur in Capit. Tribus, De Consecrat. Dist. 2; sancitum fuisse, ut qui mane sacram sumpserit Eucharistiam usque ad sextam, et qui hora tertia, aut quinta acceperit usque ad vesperam jejunaret. Verum lex hæc usque à tempore D. Thomæ, ut ipse fatetur loco paulo ante citato ad 6tum, per contrariam consuetudinem abrogata fuit. Unde non-nulli dicunt nunc nullum peccatum ne veniale quidem esse statim ab Eucharistia communicata cibum, aut potum accipere ut colligi videtur ex eo, quod adhuc in aliquibus Ecclesiis habetur usus laicis porrigendi vinum pro oris purificatione statim à communione. Verum ut alij communius docent cum eodem D. Thoma loco citato dicendum: Debet esse aliqua mora inter sumptionem hujus sacramenti et reliquos cibos, docent, inquam, fore aliquam culpam venialem ob irreverentiam, quæ tunc committeretur, nisi forte aliqua justa adesset causa statim comedendi, ut puta si Peregrinus statim post Missam dato signo [illegible] ad Mensam accedere, quia tunc nulla esset culpa, ut communiter tenent Doctores. Sed quoniam diximus pro cœna jejunii necessis pro Eucharistia sumenda esse [illegible] stiam, et non [illegible] sine valde gravi incommodo [illegible] oblig[illegible].

210. Quæres 5tò, quibus præsertim in casibus liceat non jejuno [illegible] sumere Eucharistiam?

Respondeo, plures hujusmodi casus [illegible] a Doctoribus, quorum primus est de constituto in periculo mortis sive illud sit ex morbo, sive vulnere, sive veneno, sive alio ex quavis causa; ægroto scilicet, et vulnerato, aut venenato, et morti adjudicato à judice, etsi non jejuno dandum est sacrum Viaticum, ubi ad mortem damnatus, ad vitæ [illegible], et confessus eadem die sit suspendendus, aut morbus, et vulnus esset ita grave, ut merito, et prudenter timeretur, ægrotum ante sequentem diem moriturum, aut [illegible] destituendum, aut in phrenesim acturum, aut etiam si hoc non timeretur, ægrotus non sine notabili incommodo posset à cibo, aut potu abstinere

nere per vias, quibus adhuc viaticum esse speratur: Quod jam constat non solum ex Concilio Constantiensi supra relato num. 200, et ex Rituali Romano de Communione Infirmorum § 4 his verbis: Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis verum etiam ex communi usu ecclesiae: atque ita intelligendum, ut detecto jejunio non sit scrupulose differenda communio seu viaticum ijs, qui periculose aegrotare dignoscuntur ut recte monent Salmanticenses hic Cap. 7 Punct. 4 num. 74 cum alijs plurimis item ita, ut recte jejunus non sit differendus ipso Viaticum post mediam noctem, ut statim aeger jejunus illud recipiat, cum id non solum esset contra morem ecclesiae, verum etiam contra Sacramenti reverentiam, cum nonnunquam saepe non possit differri cum debito decore, et comitatu, aut etiam solemnitate. Unde hic solum locus dubitationi esse videtur, an pluries in eodem morbo in periculo mortis versanti, etsi non jejuno possit saepius viaticum ministrari? Pro quo vide dicta num. 139, ubi Doctorum placita indicabam.

211. Verum hic maxima dissensio est inter Doctores an sicuti moribundo etsi non jejuno licet sacram Eucharistiam sumere ut dictum est, ita etiam Sacerdoti non jejuno liceat celebrare pro casu, quo hostia consecrata pro moribundo communicando deesset, nec facile haberi possit. Quamplures enim, inter quos Major, Sambranus, Fernandez, Concina, et alij, tanquam licitum id affirmare videntur, et probant pluribus, et primo ex eo, quod praeceptum sumendi viaticum in mortis articulo est divinum, praeceptum autem celebrandi ante sumptionem cibi, et potus est tantum Ecclesiasticum et proinde cedere debet priori: 2do ex eo, quod non obstante statuto jejunij, praecepto et ecclesiae praeceptum obligans ad sumendum viaticum in mortis articulo suam urget obligationem, et proinde cum praeceptum, quod urget ad aliquid ponendum, hoc ipso concedat ponere media ad id necessaria, et tale medium in casu nostro sit, ut sacerdos non jejunus celebret, jam consequens est, sacerdotem [illegible] jejunum esse in casu celebrare: 3tio ex eo, quod juxta communem sententiam sacerdos morti sive naturali, sive violentae proximus celebrare possit ad sibi viaticum praebendum, etsi vel pransus esset, et sic etiam celebrare poterit ad dandum alteri viaticum, cum ex charitatis lege liceat erga alios facere, quae nobis licita facere possumus.

212. Est opposita sententia jam communior, quam tuentur Benedictus XIV lib. 3. de Sacrificio Missae cap. 12 num. 8, S. Antoninus, Salmanticenses, Palaus, Suarez, et alij, quos citat et sequitur S. de Liguorio hic Cap. 2 Dub. 2 Art. 2 num. 286, negat, sacerdotem posse celebrare non jejunum ad dandum viaticum moribundo. Atque sententia suaderi potest ex eo, quod cum Sacramentum [illegible] sit maximae excellentiae, et dignitatis, non autem sit absolutae necessitatis, magis attendendum est ejusdem reverentiae quam necessitati moribundi; et proinde minister non potest illud administrare, nec ad indigens illud recipere, ubi non potest [illegible] sacramentia, atque hinc in ecclesia jejunium naturale praecepit sacerdoti celebranti in ipsius Sacramenti reverentiam, a sacrificio cessandum erit ubi celebrare non potest jejunus, ut etiam ostendi potest ex iis quae in [illegible] num. 48 [illegible]; sicut etiam ex ecclesiae [illegible] sanctissime praeceptum est, in Sacrario [illegible] nec fideles sine viatico decederent, nova Sa-

cerdotes non jejuni conaverantur consecrare. Quod certe in tanto rigore videtur non potuisse praecipi, si sacerdos non jejunus posset celebrare pro dando viatico moribundo, ut patet meditanti. Quod tamen ita intelligendum est, ut non immerito à nonnullis excipiatur casus, quo moribundo nullum aliud sacramentum possit administrari, cum forte tunc sit ad sacramentum absolute necessitatis, ut nempe ille ex attrito contritus fiat.

[2] Hinc ad rationes pro prima sententia dicendum est, eas non urgere, non primam quidem, quia praeceptum sumendi viaticum in vitae extremo, licet divinum, est tamen positivum, seu solum obligans pro eo casu, quo commode, et cum debita reverentia sumi, seu administrari potest. At procinde cum reverentia debita sacramento exigat ut non conficiatur nisi à sacerdote jejuno, dictum praeceptum non obligat moribundum in casu nostro. Non item urget ratio secundo loco insinuata, quia cum casus, quo moribundus nonnisi non jejunus potest viaticum suscipere, sit frequens; rarissimus vero sit casus, quo à sacerdote non jejuno sit celebrandum ad conficiendum viaticum, convenientissimum fuit, ut licet hoc secundum prohiberetur ab ecclesia, nempe ut sacerdos non jejunus non celebraret; non tamen prohiberetur, scilicet ut moribundus non jejunus non sumeret eucharistiam. Neque aliud evincit, quod circa media subjungitur, quia solum verum est, quod praeceptum aliquod praescribens praecipiat media ordinaria ponere, non autem extraordinaria, cujusmodi esset confectio eucharistiae facta à sacerdote non jejuno, ut patet.

R. 2 Denique neque urget tertia ratio, tum quia quod in ea asseritur, est solum verum pro eo casu, quo sacerdos non possit viaticum suscipere ex particulis praeconsecratis, quia si possit ex talibus particulis sacram sumere eucharistiam, ei non liceret celebrare, si jejunus non esset: et sic argumentum potius favet nostrae sententiae: tum quia in primo casu objecto eadem persona sacerdotis duplici praecepto urgeretur, nempe divino sumendi viaticum in mortis articulo, et ecclesiastico sumendi eucharistiam ante omnem cibum, et potum. E contra vero in casu dubitationis sacerdos celebraturus urgetur solo praecepto ecclesiastico nempe celebrandi jejunio; et ita quidem ut locum non habeat lex charitatis erga proximum, cum non omne, quod nobis ipsi facere licet, teneamur aliis praestare. Tenenda ergo omnino est secunda sententia, quae neque talibus redargui potest ex eo, quod sacerdoti sibi peccati mortalis conscio, ut Eximius supra num. 275, sine praevia confessione, et cum sola contritione, non habita copia confessarii, liceat celebrare ad dandum viaticum moribundo. Nam defectus confessionis sacramentalis eo in casu suppleri potest per contritionem; defectus jejunii vero praeceptum aliunde suppleri non potest.

R. 15. Alter casus, in quo non jejuno eucharistiam sumere liceat, desumitur à sacrificii integritate, et perfectione cum praeceptum integritatis sacrificii praevaleat praecepto jejunii naturalis. Atque sic primo si sacerdos solum post peractam utriusque speciei, vel etiam tantum unius speciei consecrationem recordetur se non esse jejunum, tenetur perficere sacrum. Quamvis si ante consecrationem recordetur, debeat à sacro desistere si absque scandalo, et gravi infamiae, et sui ipsius infamia, aliave simili causa id fieri possit sicuti regulariter fieret ubi occulte Missa celebratur, raro autem, ubi publice, seu coram pluribus sacerdos celebraret, cum in praxi vix contingeret, ut astantes malum, suspicarentur de sacerdote, qui praefatum non sui nota probitatis, atque protestaretur se tunc à sacro desistere quod idem in mentem venit, se inadvertenter jejunium fregisse ut recte monet S. Bonaventura, et Tournely apud Ferraris supra citato num. 287

216 Secundo, ut dicebam num. 70., si sacerdos loco vini posuisset aquam, et nonnisi post ejusdem sumptionem errorem deprehenderet, tunc nempe etsi jejunium fregisset, deberet denuo utramque speciem consecrare, et sumere juxta ibidem dicta. Quamvis nonnulli velint, quod si sacerdos ore sumptam quum cognosceret aquam, antequam illam trajiceret, deberet illam in aliquo vase mundo evomere, extrahendo particulam hostiae in calice positam, et deinde jejunus vinum consecrare, et sumere posset [illegible] [illegible]. Quod tamen alii plures non admittunt contendentes, ob irreverentias et indecentias, quae ex vomitu sequerentur, sacerdotem posse, et debere aquam illam jam ore [illegible] deglutire.

217. Sexto si aliquando contingeret, ut post peractam vini, vel utriusque speciei consecrationem sacerdos graviter infirmaretur, et sacrificium complere non posset, tunc nempe etsi curandum omnino sit, ut sacerdos jejunus substituatur, qui deinde perficeat sacrificium incipiendo ex eo loco, ubi alter desiit; si tamen nonnisi non jejunus haberi possit, hic substituendus est, ut habetur in [illegible] Missalis Romani Tit. 10. num. 3. de defectibus in ministerio ipso occurrentibus. Quod tamen ita intelligendum est, ut si nullus sacerdos haberi possit qui perficiat sacrificium, Hostia, et Calix consecratus reponendus sit in Tabernaculo, aut alio decenti loco, ut insequenti die a sacerdote celebrante sumatur, nisi tanto casus esset, ut gravis irreverentia in species consecratas immineret, et periculum, ne corrumperentur, vel acescant; quo in casu etiam laico in statu gratiae existenti, licet non jejuno, sumi poterunt, ut infra dicam.

218. Quarto quando contingit jejunium simul cum sacramenti sumptione violari ut accidit Feria sexta in Parasceve, cum jam ebibitur vinum quod particula hostiae in calicem immissae [illegible] aut etiam quod [illegible] in Missis in sumenda calicis purificatione [illegible] species vini consecrati, quae adhuc post sumptionem sanguinis calici inhaerent; item et relate ad particulam hostiae, quae aliquando post sanguinis sumptionem adhuc adhaeret calici, tunc videlicet quamvis Rubrica Missalis Romani loco paulo ante citato num. 8. permittat, vel eam digito ad labium calicis adducere, et sic sumere ante purificationem, vel vinum infundere, et sic sumere; nihilominus hoc servandum, teste Benedicto XIV. de Sacrificio Missae, Sect. 17. num. 2., et frequentius, et decentius est, et proinde practicandum. Quod et dicendum est de fragmentis minimis, aut etiam magnis, quae tamen sint pars hostiae, sive majoris, sive minoris quae vel post sumptam purificationem, aut ablutione inveniuntur, et detegantur antequam tamen sacerdos abeat ab Altari, tunc nempe talia fragmenta sive parva, sive magna sumi licite poterunt a sacerdote, antequam et Altari discedat, [illegible] tamen sint fragmenta Hostiarum a se consecratarum, ut recte docet Benedictus XIV. loc. citato num. 3 ex Silvio, et ex Rubricis Missalis Romani Tit. 7. de defectu intentionis num. 2. his verbis: Si sacerdos putans se tenere unam Hostiam, post consecrationem invenerit fuisse duas simul junctas, in sumptione sumat simul utramque. Quod si [illegible] post sumptionem corporis, et sanguinis aut etiam post ablutionem reliquias aliquas [illegible] consecratas, eas sumat, sive parvae sint, sive magnae, quia ad idem sacrificium spectant. — Hoc [illegible] [illegible] quibus etiam [illegible] [illegible] limitationis, sumenda scilicet non esse post purificationem, aut ablutionem inventa fragmenta, quae ab alio sacerdote fuerunt consecrata, quae nempe ad idem sacrificium non spectant, et proinde [illegible] [illegible]

irreverentiae periculo servanda sunt ab alio sacerdote celebrante sumenda, v. g. reponendo in tabernaculo, aut relinquendo in Altari super Patenam, aut Corporale. Atque hinc difficultas est solum de fragmentis inventis post discessum ab Altari, v. g. in sacristia, et de Hostia sive magna, sive parva integra inventa post ablutionem, aut purificationem vel in ipso Altari.

219. Circa primum autem, videlicet fragmenta inventa post completam Missam in sacristia, refundatur Summus Pontifex Benedictus XIV. loco citato num. 5. referens decisionem Cleri Patavini in Resolutionibus Moralibus anni 1708 Lib. 2 casu primo Mensis Decembris, eamque amplectens docet, in casu, ut tamen cum esse ea sacerdos illa fragmenta inveniens nondum sit sacris vestibus exutus: si enim nondum exutus est, tunc sumere licitum sit, imo debet, quod ex sacrificio superfuit, praesertim si non studiose, aut aliquo impedimento detentus illa distulerit eas sumere, quia sacrificium moraliter durare censetur, donec fragmenta remaneant et sacerdos sacris vestibus non sit exutus, prout de more, seu incontinenti post Missam fieri solet. Sin vero sacerdos sit sacris vestibus exutus, aut etiam si non est exutus ex studio, aut aliquo interveniente impedimento, tunc fragmenta in sacristia inventa reponenda sunt in tabernaculo, si ibi existat, aut si tabernaculum ibi non sit, decenter servanda sunt in Altari, aut etiam alio loco, ut absumantur a sacerdote ibi celebraturo, dummodo ex asportatione sacramenti ad Altare non praevideatur secuturum aliquod grave incommodum, quia si hoc praevideatur, absumenda erunt a sacerdote, etsi jam sacris vestibus exuto, sicuti et absumenda erunt pro casu, quo in ecclesia non sit tabernaculum, aut alius sacerdos ibi non est celebraturus, et proinde transportanda non sunt ad ecclesiam, in qua sit tabernaculum, aut alius sacerdos est celebraturus, quia hoc excitare valeret rumusculos in Populo, et etiam cum aliqua irreverentia solet esse conjunctum.

220. Circa secundum vero, quod locum habere sit solum pro eo casu, quo integra hostia inventa est post sumptam calicis purificationem, quia si talis hostia inveniatur ante, sumenda erit ante sanguinis sumptionem, ut diximus supra num. 78, vel etiam si inveniatur post sanguinis sumptionem, sumenda erit ante calicis purificationem, circa secundum, inquam, res non [illegible] est cum Rubrica Missalis Romani loco citato num. 3. hoc statuente: Si vero reliqua sit Hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat; si hoc fieri nequit, sequenti sacerdoti ibi celebraturo in Altari supra corporale decenter opertam, sumendam una cum altera, quam est consecraturus, relinquat vel si neutrum horum fieri possit, in ipso calice, seu patena decenter conservet quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero [illegible] sumatur. Quod si non habeat, quomodo honeste conservetur, potest eam ipsemet sumere. Ex qua Rubrica quae etsi [illegible] in Hostia grandiori extendenda [illegible] ad Hostiam parvam integram post sumptam purificationem [illegible] ut laudatus Pontifex docet citato loco. Atque ex his, ex quibus etiam facile patet quid faciendum est sacerdoti, qui hostias parvas consecrata, pro laicorum communione, per errorem distribuit, post sumptam calicis purificationem, circa fragmenta

aut alias hostias, quae superfuerunt, fragmenta scilicet sumenda esse; hostias vero integras servandas, ubi reverenter servari possunt, ad alios casus parco.

221\. Tertius ergo casus, in quo nempe non jejunus licite percipere potest Eucharistiam, est ad vitandam irreverentiam imminentem in sacramentum, ut puta si esset periculum, ut particula consecrata deveniret in manus infidelis, aut Haeretici, a quo injuriose tractetur, vel in cineres sit abiicienda, vel a bestijs conculcanda, aliaque similis irreverentia facienda sit, nisi statim sumatur, tunc nempe in defectu sacerdotis jejuni sumere poterit non jejunus; imo et si adsit sacerdos, id laicus homo praestare potest, quia cum jejunium naturale ab ecclesia sit praescriptum ob sacramenti reverentiam, non debet cedere in majorem ejusdem irreverentiam. His casibus hucusque recensitis, in quibus

222\. facile conveniunt Doctores addentes et casum dispensationis Pontificiae, docentes nempe, non jejunum ad Eucharistiam licite posse accedere, ubi cum ipso a summo Romano Pontifice dispensaretur, quamvis licite accedere non posset, ubi tantum ab Episcopo haberet dispensationem, cum Summus Romanus Pontifex sit quidem dispensare in lege universali mere ecclesiastica, qualis est lex de jejunio naturali in volente communicare. Jam vero Auctores, illis, inquam, casibus recensitis P. Sporer hic Tract. 2., c. 2. a num. 572. cum alijs Doctoribus subjungit alios casus in quibus censet, licitum esse sacrificium offerri, et etiam sumere Eucharistiam a non jejuno: quorum primus est de Parocho non jejuno, qui nullum alium sacerdotem die festo substituere potest ut pro Populo alios nec ibi, nec alibi sacrum auditurum celebraret, quia ex omissione non levis rumor, et scandalum in Populo esset excitandum, nullum vero ex sacro, ubi etsi Populus sciret, Parochum in casu non esse jejunum, omnis admiratio et scandalum cessaret, ubi moneretur, tunc praeceptum jejunij non obligare. Alter casus est de sacerdote etiam primam Missam celebrante, qui inadvertenter jejunium naturale fregisset, ac esset in tali circumstantia, ut inde aliquod valde notabile incommodum esset subiturus, utputa si esset personae familiae, ad cujus primitias convenerunt plures cognati pro quibus etiam lautum convivium esset apparatum. Quod tamen negant contendentes, in neutro casu relato licitum esse celebrare. Varia videmus sit de hoc, adhaerendum est illis qui docent licitum esse sacerdoti celebrare, et laico communicare, etsi jejuni non essent, ubi ex omissione sacri, et communionis gravis rumor excitaretur, aut infamia immineret, dummodo talis rumor non inclinaretur in contemptum Religionis, ecclesiae, praecepti, et sacramenti, quia nempe lex ecclesiastica sub tanto incommodo non habet vim obligandi, quamvis dici non possit Dominica vel Festis licere communionem seu sacrum celebrare ubi nondum praecepto Paschalis communionis satisfactum, propterea ex eo capite, ut praecepto satisfaciat, cui ex una parte praeceptum communionis Paschalis possit ex justa causa differri atque tunc talis causa cessat, ut nempe a jejuno anticipanda sumatur. His autem expositis circa Dispositionem necessariam in suscipiente, sit

Caput Octavum.

De Eucharistiae effectibus

Quemadmodum quo feracior, et fecundior est fundus, eo uberiorem parit messis copiam; ita certe cum Eucharistia supra caetera Sacramenta hoc habeat, quod contineat ipsum Dominum omnium gratiarum, donorum, virtutum, et bonorum [illegible], et inexhaustum [illegible], ampliores, et copiosiores fructus, seu effectus, quam caetera sacramenta, in eo digne suscipiendo per se producit, et causat, ut [illegible] omnes certum est. Quod ut magis planum fiat, hic placet talium effectuum enumerationem instituere, saltem praecipuos percurrendo. Quoniam alii se tenent ex parte animae, alii ex parte corporis, [illegible] de iis dicam. Quod autem attinet ad primos, quamvis [illegible] sit, an hoc sacramentum, utpote sacramentum vivorum, aliquando per accidens possit producere primam gratiam sanctificantem, quod [illegible] probabilius dicetur de sacramentis in genere [illegible] num. [illegible]. Illud tamen ex ibidem dictis certum est, per se in eo digne suscipientis causare secundam gratiam sanctificantem, et omnium virtutum habitus producere, nec non gratiam sacramentalem tribuentem jus ad gratias actuales necessarias ad finem sacramenti consequendum. Et propterea hic [illegible] tantum [illegible] circa qualitatem ipsius gratiae sanctificantis, quam Eucharistia producit. Haec vero est gratia, qua anima nutritur, confortatur, et augmentatur in vita spirituali ad eum modum, quo cibus corporalis corpus nutrit, confortat, et auget, cum hoc tamen discrimine, ut nos quodammodo convertamur in cibum Eucharisticum, licet cibus corporalis in nos convertatur, constat ex illo Joan. 6. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo: et ex illo Aug. lib. 7 Confess. cap. 10: Cibus sum grandium, cresce, et manducabis me, nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me. [illegible] declaravere Concilia, et praesertim Florentinum in [illegible] Decreto de Sacramentis, ac Trid. Sess. 13 Can. 2 his verbis: Sumi autem voluit (Christus) sacramentum hoc tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur et confortentur viventes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, et ipse vivet propter me.

Praeter gratiam vero sanctificantem et sacramentalem tribuentem jus ad auxilia actualia necessaria, ac opportuna ad exercendos actus amoris, et charitatis [illegible], [illegible] maximum, et intimam cum [illegible] unionem, etiam plures alios effectus producit Eucharistia, quorum [illegible], ut loco mox citato subjungit Trid. inquiens: Sumi voluit hoc sacramentum [illegible] tanquam antidotum quo liberemur a culpis quotidianis. Et docent Auctores Catechismi Romani [illegible] num. 52 [illegible]: Remitti vero Eucharistia et condonari leviora, quae venialia dici solent, non est, quod dubitari debeat: quod [illegible] explicant exemplo cibi corporalis dicentes [illegible] sicut ii, quos [illegible] innati caloris quotidie detrahitur, ac deperit, paulatim addi, ac refici naturae alimento sentimus; ita hoc sacramentum spiritualiter restaurat, quod per venialia, et quotidiana peccata amisimus.

Alter effectus est praeservatio a peccatis mortalibus, ut pariter docent [illegible] loco citato, et Catechismus

Romanus num. 53. Quod pluribus praestatur modis, quatenus namque confert uberiora auxilia ad tentationes superandas, et pravos habitus debilitat, et fugat daemones tum per Xti praesentiam, tum per memoriam passionis, quam continet, nec inordinatos excitans concupiscentiae, juxta illud Psal. 22: Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me: et illud joan. 6: Hic est panis de coelo descendens ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur... ...qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Item et quatenus fomitem imminuit mentem illuminat et voluntatem inflamat ad virtutis actus [illegible], [illegible] Charitas ipsa augetur, et roboratur, ut [illegible] Cyrillus [illegible] in joann. cap. 17. inquiens =: Eucharistia non mortem solum, sed et morbos omnes depellit, sedat saevientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit &c =. Tertius effectus est quaedam dulcedo, et

227 delectatio spiritualis consurgens ex praesentia objecti amati, et ex charitatis fervore, quem actualiter excitat ipsa eucharistia, juxta illud [illegible] panis [illegible] Sanguis est panis Xti, et [illegible] deliciasque Regibus: Panem de coelo praestitisti eis: omne delectamentum in se habentem: et juxta illud Psal. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus: Quamvis non raro contingat, hanc dulcedinem [illegible] in [illegible], quod hoc non comparatur [illegible] charitatis fervorem excitatur [illegible], quod [illegible] dulcedinem minus curat. Quartus effectus est adeptio gloriae, qui licet sit effectus communis omnium sacramentorum, quatenus quodlibet sacramentum conferendo gratiam confert jus ad gloriam; est tamen specialior effectus eucharistiae, quam propterea ecclesia appellat pignus futurae gloriae [illegible] joan. 6. Qui manducat meam carnem, habet vitam aeternam. Et ratio desumitur ex eo, quod sicut [illegible] nutrimentum est hominem ad statum perfectum conducere, ita eucharistia tanquam cibus specialiter spiritualis in via spirituali specialiter hoc sibi vindicat, ut hominem [illegible] statum perfectum [illegible], quae est gratia consummata, et aeterna gloria. Quintus effectus, et ultimus est ille, qui est remissio poenae temporalis pro peccatis commissis debitae. Verum quamvis si eucharistia prout est sacrificium consideratur, et hunc effectum directe producat; directe tamen non [illegible] prout est sacramentum, sed tantum indirecte, ut ait d. Thom. 3. part. q. 79. a. 5. tenet communis sententia, quatenus vi [illegible] excitat [illegible] virtutis, et praesertim charitatis et poenitentiae, quibus poenae temporales pro peccatis debitae jam remitti, certum est. Atque hi sunt praecipui, quos in anima eucharistia [illegible]. [illegible] vero de effectibus, quos in corpo-

228 re eucharistia causat, hi praecipue quatuor sunt, quorum primus est, quod corpus nostrum quodammodo sanctificatur, et sacratur, ut [illegible] Joannes Chrysostomus [illegible] 3. super illa verba 2. Corinth. 13. Salutate invicem in osculo sancto: [illegible] et constat ex eo, quod si lintea, et vasa sacramentorum contingentia ex illo contactu sanctificata redduntur [illegible] sacramentum [illegible]. Alter effectus est mitigatio [illegible] concupiscentiae et fomitis peccati, ut supra diximus, et docet d. Thom.

3. part. q. 79. a. 6. ad 3tium. Tertius est intima unio non solum animae ut supra diximus, sed etiam ipsius corporis cum Xto, ut docent sancti Patres, et aperte colligitur ex illo joan. 6. quem supra num. 223. expendimus. ut magnam difficultatem nostri tantum in explicando, in quo talis unio consistat. Nam licet dici non possit consistere in aliquo physico, et reali vinculo, quo ex [illegible], et ita unum fiat, sicut unum factum est ex Verbo et humanitate assumpta: atque etiam dici non possit eam tantum consistere in [illegible] [illegible], et [illegible] quitate, quam Xtus habet cum suscipiente, quia haec tantum durat eo tempore, quo species sacramentales immutatae perseverant atque etiam in homine peccatore esse potest; sicuti etiam dici non potest, eam esse per solam fidem, spem, et charitatem, aliasque virtutes. Unde licet talis unio sit moralis, est tamen aliquo modo quasi realis, et naturalis, consistens in eo, quod Xtus carnem nostram in qua caro ipsius tanquam cibus spiritualis sumpta, et digne suscepta est, quasi suam propriam respiciat; et e contra nos carnem Xti quam libere, et digne suscepimus in cibum spiritualem, quasi nostram habeamus in [illegible] [illegible], quo conjuges [illegible] carnem aestimant unam suam. Quae unio inde perseverat, quousque perseverat gratia per sacramentum causata. [illegible] tandem effectus est gloriosa corporis resurrectio, quam Beati dicuntur judicii sunt consecuturi, quatenus nempe Deus licet omnes, qui ex hac vita in gratia decesserint sit vivificaturus, speciali tamen modo vivificabit Eucharistiam digne suscipientes propter conjunctionem quam habuerunt cum vivificatrice Xti carne juxta illud joan. 6. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die. Atque hi sunt praecipui Eucharistiae digne suscepta effectus, circa quos nonnulla dubia moveri solent a [illegible], pro quibus solvendis

Quaeres primo, quandonam Eucharistia causet gratiam in anima digne eam suscipientis?

Respondeo quod quamvis Eucharistia ex opere operato non causat gratiam, antequam species sacramentales deglutiantur, atque in stomachum recipiantur; cum primum tamen receptae sunt in stomacho digne suscipientis, suum consequuntur effectum, gratiam scilicet sanctificantem producunt. Ratio autem primae partis est quia ex una parte gratia Eucharistica non est a Xto promissa nisi manducanti caelestem illum cibum, et bibenti caelestem illum [illegible], ut constat ex illo joan. 6. Qui manducat [illegible] vivet [illegible]; et ex alia parte ad manducationem non sufficit quod cibus ore sumatur, sed requiritur, ut in stomachum [illegible] [illegible], ut [illegible], et constat ex illo Matth. 27. cum gustasset [illegible] [illegible] [illegible] si infirmus non nisi in ore reciperet Eucharistiam, et ante deglutitionem moriatur, gratiam sacramentalem ex opere operato non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; qui tamen [illegible] consecratam in ore retinet, quousque communicatum [illegible] [illegible] laudanda non est illorum praxis, qui [illegible] [illegible] in ore detinent species consecratas, [illegible] [illegible]. Ratio vero secundae partis est, quia ex una parte [illegible] [illegible] causat pro eo tempore, pro quo vere dici [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ut ex relato joannis testimonio patet; et ex alia parte cum vel minima hostia, post quam ad stomachum trajecta est, vere dici possit manducatus caelestis panis, et [illegible] [illegible] [illegible] gratiam [illegible], [illegible] &c.

230. Neque his obstat, si [illegible], ex nostra doctrina sequi, quod ille, qui plures hostiæ particulas sumit, et successivè deglutit, majorem gratiam cumulum reciperet, quam qui unicam particulam consecratam uno actu sumit, et in stomachum trajicit, cum hic plures interveniant manducationes, et Christus de manducanti gratiam promiserit. 2do, quod quis successivè plures hostias sumens possit dignè simul, et sacrilegè communionem recipere, cum in sumptione primæ hostiæ possit esse dispositus, et in gratia, in sumptione verò aliarum sit esse indispositus, ac in peccato mortali; et è contra in prima sumptione sit esse indispositus, et in secunda dispositus, nempe per elicitum actum perfectæ contritionis: atque ut hæc incommoda vitanda dicendum esse, quod sicut Extrema Unctio suam gratiam non producit, nisi postquam omnes unctiones sunt peractæ; ita neque Eucharistia, nisi postquam omnes particulæ sumantur, ad stomachum fuerint trajectæ.

Respondeo, quod ad primum attinet, illud involvere

231. difficultatem similem illi quam supra num. 124 de communicante sub unica tantum specie tetigimus, an nempe qui successivè plures hostias consecratas ore sumit, et deglutit, plures gratias successivè reciperet? Quæ in difficultate in eo facilè conveniunt Doctores cum S. Thoma 3. part. q. 79 a. 7 ad 3tium, in sumptionibus nempe primæ consequentibus distinctam gratiam à recepta in prima sumptione non causari, ubi in suscipiente eadem manet dispositio, quia omnes illæ sumptiones licet sint physicè distinctæ, moraliter tamen sunt una sumptio, et manducatio. Unde dubium tantum est pro eo casu, quo in suscipiente dispositio augeatur per intensiores virtutis actus, quo in casu quamvis ab omnibus concedatur, [illegible] ex opere operantis augeri; in utramque partem disputant de augmento gratiæ ex opere operato; et proinde ex nostra sententia non sit dicendum, majorem gratiam suscipi ab eo, qui plures sumit particulas, quam ab eo, qui unam tantum percipit, etiamsi hoc asserere non esset inconveniens, ubi crescit suscipientis dispositio.

Ad secundum autem dicendum est, nec

232. [illegible] assertio esse inconveniens, et contradictionem involvere, [illegible] cum quis dignè suscipiatur Eucharistia, non verò [illegible] de eo ipso physica sumptione, quæ est indignæ, et peccaminosa, et è contra. Quamvis autem illæ plures sumptiones physicè distinctæ sint una moralis actio; nihilominus verificari potest quod Eucharistia dignè, et indignè sumeretur, ubi ad unam [illegible] sumptionem suscipiens esset debitè dispositus; ad alteram verò [illegible], et etiam [illegible] sit ex eo, quod unaquæque hostia seorsim [illegible] ab alia est verum signum practicum gratiæ, et proinde [illegible] productivam gratiam in [illegible] in quo obex non inveniatur, sicuti de facto non invenitur, ubi peccatum per contritionem tollitur; sicuti è contra obex [illegible], ubi post primam sumptionem in gratia factam in suscipiente [illegible], per quam [illegible] [illegible] gratiam, et hæc [illegible] [illegible] non [illegible] non sit

Ad paritatem, quæ subjungitur, in primis

233. [illegible] ut nonnullis, singulas Unctiones Extremæ Unctionis [illegible] sacramenta [illegible] incompleta, sicuti sunt singulæ [illegible] quamvis et tamen unctionum carere [illegible] ex opere operato sunt correspondentes. Quod si non placeat, cum

cum alijs pluribus asserentibus, singulas unctiones esse partes essentiales sacramenti extremæ Unctionis, non poteris assignare disparitatem, quod nempe extremæ Unctionis sacramentum nondum existit, nisi sub ultimæ partis positione: contra verò eucharistiæ sacramentum habetur vel sub exigua parte Hostiæ, præsertim separatione facta, ut supra ostensum est. Et hinc

234. Quæres 2dò, an quousque species sacramentales in stomacho suscipientis manent incorruptæ, continuo novas gratias causent?

Respondeo, circa dubium hoc, quod unicè procedere fit de gratia, quæ ex opere operato causatur, revera certo res pro eo casu, quo in suscipiente melior, et nova dispositio succedat per exercitium novorum actuum virtutis, v. g. Fidei, spei, et Charitatis, quamvis facile concedam novas gratias non causari, ubi nova, et melior dispositio non habetur. Eo tamen in dissidio tanquam probabilior tenenda videtur sententia affirmans, tum quia est magis pia est, et conformior bonitati, et liberalitati Christi divitias suas in hoc sacramento largiter effundentis; tum quia magis excitat fideles ad devotionem, spe nempe majoris fructus; tum quia eucharistia, utpote sacramentum permanens causat suum effectum ad modum causæ naturalis, quæ quousque existit, et est suo subjecto manenti capaci receptionis debitè applicata, in illud semper operatur; tum denique quia eucharistia operatur in dignè suscipiente per modum cibi, et potus spiritualis; et per consequens sicuti cibus, et potus corporalis agit in corpore, quousque est in stomacho vitæ disposito; ita et eucharistia.

235. Neque hic potest objicere primò, quod reliqua sacramenta in solo usu suo producunt gratiam, ac quod Christus soli manducationi præsenti gratiam promiserit, ut patet ex illo Joan. 6. Qui manducat hunc panem &c: 2dò quod data veritate nostræ sententiæ non solum sequeretur, quod fideles recipiendo eucharistiam simul cum pluribus Hostijs, aut saltem cum Hostia grandiore, ut sic species diutius in stomacho nostro maneant, verum etiam sequeretur, quod qui in mortali peccato communicavit, ac hinc possit sacramenti gratiam recipere, ubi nempe antequam sacramentales species corrumpantur, actum perfectæ contritionis eliceret: quæ dicenda non sunt ergo &c.

236. Respondeo, neutrum ex objectis urgere. Non primum, quia cætera sacramenta in solo usu consistunt, et adeò cum continuentur tantum, possunt operari effectum suum: è contra eucharistia non solum est sacramentum in usu, sed etiam in esse permanenti, et proinde licet usum requirat tanquam conditionem indispensabilem, adhuc vis causativa gratiæ post usum existit. Non etiam secundum, quia Christus nedum manducationi præsenti, sed etiam continuatæ gratiam suam promisit, ut constat ex illo ejusdem Joan. 6. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum: Unica in eo objecto ponitur præsens, etsi etiam præsentis continuat sicut sumenti manducanti, omnes inde castigandi promittitur &c. præsens.

237. Quod verò spectat ad duo opposita inconvenientia, primum non sequitur, quia quæque eucharistica percipiens sub unica parva hostia fit æqualem, aut etiam majorem consequi gratiam quam percipiens sub pluribus hostijs, disponendo se per majores, et intensiores virtutis actus. Secundum verò non esse inconveniens existimant plures Doctores, ut Suarez, Antonius a Spiritu Sancto, et alij, quamvis Dei posse nostrum sumere, recedere, cum sic dignè fuit manducatus. Et ex his circa panem &c.

238 Quaeres ultimo, quaenam venialia peccata eucharistiae receptione remittantur, et qualiter remittantur?

Respondeo, circa primum contentum venialia peccata cum [illegible] remitti, quorum communicans complacentiam non habet, quia sine aliqua retractatione nullum peccatum condonatur, ut in confesso est apud omnes. Circa secundum vero, quidquid aliter senserint nonnulli, dicendum est, omnia venialia peccata, quorum complacentia non habetur, non solum mediate, et indirecte, quatenus nempe eucharistia dat gratiam ad charitatis, et contritionis actum, quo delentur, verum etiam immediate, et directe remitti, scilicet ex infusione gratiae cibantis, ac nutrientis, cum hujus sit ea vis, ut restauret in nobis quod deperditum est ex calore concupiscentiae per venialia peccata, ita ut non requiratur formalis talium peccatorum detestatio, sed sufficiat virtualis contenta in voluntate eucharistiam suscipiendi, cum hoc ipso intendatur summa conjunctio cum Christo, cui conjunctioni venialia peccata quodammodo opponuntur. Atque haec de eucharistiae effectibus. Modo sit.

Caput Ultimum.

De necessitate, et Praecepto sumendi Eucharistiam

239. Eucharistiam in re susceptam non esse necessariam necessitate medii ad aeternam salutem consequendam, nunc certum est apud omnes Catholicos, et constat ex eo, quod alias nemo sive Parvulus sive Adultus salvus esse posset, nisi re ipsa eucharistiam sumeret. Quod loquendo in primis de Parvulis falsum esse patet ex Trid. Sess. 21. Can. 4 sic definiente =. Si quis dixerit, Parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse eucharistiae communionem anathema sit =. et per consequens hi ex hac vita decedentes sine eucharistia adhuc salvantur. Loquendo vero de Adultis suadetur ex communi fidelium sensu, quo pro certo habent, salvum esse [illegible] qui statim post susceptum baptismum ex hac vita recederet; et quidem juxta [illegible] talis sensus optime cohaeret cum [illegible] Marco Cap. ultimo [illegible]: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit et cum [illegible] Sess. 5. in decreto de Peccato Originali num. 5. [illegible], omnem baptizatum esse haeredem Dei, et cohaeredem Christi, ita ut nihil prorsus eum ab ingressu coeli remoretur. Quod et dicendum est de eo Adulto qui statim post [illegible] peractam confessionem ex hac vita decederet. Unde difficultas solum esse fit circa votum eucharistiae, an nempe sit necessarium necessitate medii? Quod non dubitarem asserere ubi tale votum explicaretur per sanam voluntatem adulti [illegible] omnia media a Christo pro nostra salute instituta, et respectu Parvulorum explicaretur per voluntatem Ecclesiae, intendentis suo [illegible] ipsis sua Sacramenta applicare media ad aeternam salutem ordinata: minime vero posse [illegible] actuale, et explicitum votum eucharistiae, quia plures Adulti [illegible] eucharistiae [illegible] baptizantur, aeternam beatitudinem non consequerentur. Quare hic dicendum superest de necessitate praecepti, quod quoniam duplex est, divinum unum, et [illegible] alterum, de utroque seorsim dicam. Sit ergo

Articulus primus.

De Praecepto divino sumendi eucharistiam.

240 Omnes, et singulos Adultos rationis baptizatos qui ad annos discretionis pervenerint, divino praecepto teneri [illegible] sumendi eucharistiam [illegible] certum est apud omnes, et [illegible]

colligitur ex illis verbis Joan. 6. Nisi manducaveritis carnem Filij hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et Sess. 23. Can. 2. docent Trid. Patres exponentes illud Luc. 22 et Apost. 1. Corinth. 11: Hoc facite in meam commemorationem: ac dicentes quod Xtus in illius institutione sumi hoc sacramentum nos sui memoriam præcepit. et quod voluit sumi hoc sacramentum tamquam spiritualem animarum cibum, quo alamur et confortemur. Quare si quæ hic difficultas adsit, solum est circa tempus, quo præceptum hoc divinum suam urgeat obligationem. Circa quod dicendum est, illud non solum obligare in mortis periculo; verum etiam pluries in vita, si non fuerit valde gravis, ut communis sententia docet, quæ non solum ostenditur ex eo, quod sicuti oportet sæpius sumere cibum terrenum ad vitam corporalem sustentandam; ita et cibum spiritualem ad conservandam vitam spiritualem; verum etiam ex necessitate exercitij actuum virtutum theologicarum, quos vi præcepti divini nedum in mortis periculo, sed etiam pluries in vita exercere debemus, ut diximus de Fide Cap. 8. à num. 311: et de Dei Charitate Cap. 4. A. 1. §. 2 à num. 120: quæ videas, utpote cum inde facile colliges, quid in præsenti clarius dici possit. Item interim pro majori rei præsentis claritate

Quæres, an qui sanus, aut laborans morbo nullatenus periculoso sacram sumpsit Eucharistiam ex devotione, aut etiam ut præcepto Paschali satisfaceret, prudenti mortis periculo adveniente, debeat teneaturque viaticum sumere vi divini præcepti?

Respondeo, hac in re in eo tantum conveniunt Doctores, quod talis sanus et ægrotus teneatur iterum vi præcepti divini sacram percipere Eucharistiam, ubi tale mortis periculum advenerit post longum, et notabile tempus, v. g. post unum vel alterum mensem à communione percepta. Unde difficultas est solum pro eo casu, quo brevi tempore ante advenientis mortis periculum communicavit, v. g. duobus, aut tribus, vel etiam octo dies ante, et vero major dubium est ubi eadem die, quo periculum advenit mane communicavit. Nam plures, et quidem magni nominis Doctores utroque in casu obligationem communicandi per viaticum negant his maxime moti rationibus, et primo quia [illegible] præcipitur [illegible] in [illegible] hoc [illegible] qui communicavit paulo ante in mortis periculo [illegible] periculo communicasse [illegible] [illegible] [illegible] communicare [illegible] actualiter non [illegible] se præparet ad agonem cum hoste [illegible] atque jam se satis præparavit qui paulo ante communicavit. Quod præcipue [illegible] sacra Eucharistia [illegible] ultra [illegible] quæ [illegible] nempe hic [illegible] satisfacit, nec amplius [illegible] antequam moriatur [illegible] qui paulo ante mortis periculum communicavit [illegible] satisfacit [illegible] in tali periculo [illegible] eadem [illegible]

Verum alij, et [illegible] Palaus [illegible] Vasquez, Hurtado, et alij plures [illegible]

22 Nomine fructus, seu effectus sacrificii intelliguntur ea bona, quae causantur, et proveniunt ex ipso sacrificio: et hic multiplex est: alius nempe est Generalis, et alius specialis, qui et medius dicitur, et alius est specialissimus, qui et personalis nuncupatur, et insuper alius est ex opere operato, et alius est ex opere operantis. Fructus generalis est ille qui correspondet sacrificio prout est opus positum a sacerdote, ut operante in nomine, et persona Ecclesiae, et competit generaliter omnibus fidelibus [illegible] Ecclesiae [illegible]. Specialis autem est ille, qui correspondet sacrificio, ut est opus positum a sacerdote ut operante nomine personae privatae, pro qua sive ex charitate, sive ex justitia, nempe [illegible] stipendii accepti sacerdos applicat sacrificium. Specialissimus tandem est ille, qui correspondet sacrificio, prout est opus positum a sacerdote ut operante nomine Christi, et ipsi soli sacerdoti est annexus et alligatus, et propterea talis, ut nulli alteri sit applicabilis, et pro eo stipendium nullum accipi possit ut [illegible] die 15 Januarii 1659 declaravit sacra Congregatio Concilii, et die 7. Septembris decrevit Alexander VII. damnans hanc ordine 8. propositionem: Duplicatum stipendium potest sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem; idque post decretum Urbani VIII. Fructus autem ex opere operato est ille, qui a sacrificio provenit ex vi, et virtute, ac meritis Christi, qui est offerens principalis: Atque fructus nec crescit ex sacerdotis bonitate, nec minuitur ex ejusdem malitia, sed loquendo de iis, pro quibus a sacerdote sacrificium offertur, aequalis est in omnibus, sive Missa celebretur a bono, sive a malo sacerdote, ut exprimitur in Capit. Utrum, de Consecrat. Dist. 2, et in Concilio Trid. Sess. 22. Cap. 1. ubi dicitur: Et haec quidem illa munda oblatio est, quae nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest. Fructus denique ex opere operantis est ille qui provenit ex merito, bonitate, et devotione [illegible] celebrantis, qui propterea crescit, aut minuitur pro ratione bonitatis, et devotionis ipsius sacerdotis, ut habetur in Capit. [illegible] his verbis: Quanto autem digniores fuerint sacerdotes, tanto facilius pro necessitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur.

23 Spectando autem [illegible] qui ex sacrificio derivantur, quoniam ut supra ostensum est sacrificium Missae latreuticum est, et eucharisticum, et satisfactorium, seu propitiatorium, et impetratorium, manifestum est, inter fructus sacrificii Missae, [illegible] [illegible] Dei complacentiam [illegible] [illegible], qui est [illegible] [illegible] per hoc sacrificium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gratiarum pro beneficiis acceptis [illegible] placationem Dei iniqui-

tionis, ac remissionem peccatorum tum quoad culpam, tum quoad poenam, et tandem impetrationem bonorum tam spiritualium, quam temporalium ad nostram aeternam salutem conducentium. Quamvis autem haec ab omnibus admittantur, nonnulla adhuc dubia doctores excogitarunt, pro quibus solvendis

24 Quaeres primo, an valor sacrificii Missae sit finitus, an vero infinitus?

Respondeo, hoc in difficultate, ut recte monet P. Claudius La-Croix lib. 6. Tract. 3. Cap. 3. Dub. 2. num. 97, illud tanquam certum tenendum esse, nimirum Missae sacrificium quoad duos suos priores effectus, qui sunt Dei complacentia, et gratiarum actio, habere valorem infinitum nedum in actu primo, quatenus illud ratione victimae, quae offertur, et principalis offerentis, qui est Christus Dominus, aptum sit excitare, et movere ipsum Deum ad complacentiam infinitam, et quatenus per illud possit pro gratiis acceptis reddi bonum infinitum, verum etiam in actu secundo quatenus de facto Deus sibi infinite complacet in tali sacrificio, et in illo pro beneficiis acceptis in gratiarum actione redditur bonum aeque infinitum, cum de facto victima, quae offertur, et principalis offerens sit bonum infinitum, et Deus pro victimae qualitate sibi de facto complaceat. Unde tantum dubium esse potest pro duobus effectibus posterioribus, scilicet, circa remissionem culpae ac poenae, ac impetrationem bonorum.

25 Circa hoc autem, quamvis omnes facile conveniant in eo, quod fructus tum satisfactionis, tum impetrationis, quem de facto capit sacrificium, sit semper finitus, et limitatus, dissidium tamen est circa virtutem, quae ipsi sacrificio inest tum ratione victimae, quae offertur, et principalis offerentis, tum attenta Domini institutione. Quamplures enim, praecipue ex Recentioribus totum effectum attribuentes finitae hominum capacitati, eorumque dispositioni contendunt, valorem, seu virtutem sacrificii esse infinitum tum attenta ipsa victima, quae offertur, et qualitate primi offerentis, qui Christus est, tum spectata ipsa Domini institutione, et Christi voluntate, et proinde volunt sacrificium Missae quantum est de se, causativum esse effectum infinitum, et quidem tum intensive, tum extensive; intensive quatenus majorem, et majorem semper effectum causaret usque in infinitum, si talis esset indigentia, et capacitas illius, pro quo offertur: extensive vero, quatenus aeque juvaret infinitis hominibus, ac juvat uni vel alteri, si de facto, pro infinitis hominibus offerretur, illique capaces essent talis effectus. Quod maxime probant ex eo, quod sacrificium Missae idem est cum sacrificio crucis, atque Crucis sacrificium tum attenta victima quae oblata fuit, seu ipso Christo se offerente aeterno Patri, tum ex voluntate fuit valoris infiniti et intensive, et extensive, adeo ut totus defectus effectus infiniti sit ex hominum incapacitate, et dispositione ad illud recipiendum.

26 Contrarium tamen quamplures alii concedentes sacrificium Christi habuisse valorem infinitum, si spectetur victima, quae offertur, et principalis sacerdos offerens, nempe Christus Dominus, contendunt, illud esse valo-

ris finiti, si attendatur voluntas Xti instituentis, quatenus ipse voluerit, effectum correspondentem sacrificio corporis, et sanguinis sui sub speciebus panis, et vini, qui ex opere operato causatur, esse determinato finitum, et limitatum tum intensive, tum extensive; et adeo sacrificium pluribus applicatum minus prodest singulis, quam si uni tantum applicaretur. Haecque secunda, quae videtur esse ad mentem D. Thomae in quarto [illegible] 2 ar. 4 Quaestiun. 3. ad 2dum dicentis quod [illegible] Xti, qui [illegible] sacramentum eucharistiae, est quidem [illegible] ut sit determinatum [illegible] quem sacramentum [illegible] universalis momenti, quae in [illegible] sessio XIV. [illegible] 3. de Sacrificio Missae [illegible] num. 6. probatur vel ex eo, quod pro uno eodemque defuncto, aut [illegible] plura offerre sacrificia, aut etiam sacerdos a pluribus [illegible] accipiens, per unicam Missam possit satisfacere, [illegible] singulis seorsim celebrare; quod [illegible] praxim, et [illegible] universalem ecclesiae, etiam vero proscriptum est ab Alexandro VII. damnante hanc [illegible] propositionem =. Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, et sacrificium unicum offerre = [illegible]

Quaeres 2do, quomodo sacrificium Missae valeat ad remissionem peccatorum, atque [illegible] debitae remissionem [illegible]

Respondeo, quoad [illegible] attinet, communiter sententiam esse Missae sacrificium [illegible] peccata non [illegible] mortalia, [illegible] quatenus vim habet impetrandi [illegible] auxilia [illegible] quibus adjutus [illegible] tur, [illegible] comprobatur [illegible] auctoritate [illegible] in 4. dist. 12. q. 2. A. 2. Quaestiun. 2. ad 4um dicentis, quod Missa [illegible] talia delet, non sicut causa proxima, sed in quantum [illegible] contritionis impetrat; [illegible] citur = Hujus [illegible] oblatione placatus Dominus gratiam, et donum poenitentiae concedens, crimina, et peccata etiam ingentia dimittit [illegible] Quod [illegible] aliter [illegible] sacrificium, ut tenet communior [illegible] Quaestiun. 2. ad [illegible] Quae ex eo praecipue ratio [illegible] quod [illegible] sunt [illegible]

Quoad secundum vero, scilicet poenam, [illegible] communis [illegible] 79 [illegible] habere vim satisfactivam [illegible] 25 [illegible] in Purgatorio [illegible] acceptabili Altaris sacrificio juvari: Quod [illegible] alia via contingere non [illegible] quam immediate per ejus remissionem. Et ex his

[illegible] Quaeres 3tio, utrum Missa mali sacerdotis tantum valeat, quantum valet Missa boni, et sancti sacerdotis?

Respondeo, si sermo sit de fructu, qui ex opere operato causatur [illegible], [illegible] ex dictis num. 22; nempe aequalem fructum percipi tam per Missam mali, quam boni sacerdotis; ut enim ostensum fit ex [illegible] sacramenti, quod quantum est ex opere operato aequalem gratiam producit, sive a bono, sive a malo ministro administretur. Neque hinc difficultas [illegible] [illegible] fit una fructum correspondentem actioni sacrificii, prout sacerdos offert, et orat nomine Ecclesiae; et prout offert, et orat nomine proprio, et tanquam Persona privata: et quoad hoc dicendum est, per ministri [illegible], si [illegible] non fit excommunicatus, non minui fructum sacrificii correspondentem actioni [illegible] ut nomine, et in Persona Ecclesiae, [illegible] in [illegible] [illegible] manet ministerium, minui autem illum fructum, qui correspondet dictae actioni ut factae a privato homine, et in persona propria: cum celebratio ut ab ipso procedit non divinam complacentiam, sed indignationem mereatur. hinc sacerdos peccaret et [illegible] suae obligationi non satisfaceret, ubi [illegible] ipsi [illegible] solito eleemosynam [illegible], eo quia cum majori prae caeteris dispositione celebrare existimarat; ipse vero sacerdos in peccato mortali celebrarat.

Quaeres ultimo, utrum Fideles sibi in vita [illegible] Missas celebrari [illegible] fructum percipiant quam post mortem?

Respondeo affirmative, et ratio est manifesta, quia Missae, pro aliquo post mortem ejus celebratae, sunt solum satisfactoriae pro poenis in Purgatorio adhuc [illegible], contra vero Missae pro adhuc viventibus [illegible], non solum sunt satisfactoriae, sed etiam propitiatoriae, et impetratoriae, [illegible] juvant et in vita, et post mortem. Unde S. Gregorius [illegible] [illegible] Dialogorum cap. 58. sic omnes excitabat =: Tutior est via, ut bonum, quod quisque post mortem sperat agi per alios, ipse dum vivit, per se exequatur, Beatius quippe est liberum exire, quam post vincula libertatem quaerere =. Unde [illegible] commendanda sunt, [illegible] [illegible] ut [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible], vel ingentem numerum post mortem [illegible]. [illegible], [illegible] [illegible]

Caput Quintum.

De ijs, pro quibus Missa est offerenda.

[illegible] [illegible] in Tract. de Virtute Religionis cap. 3 [illegible] [illegible] [illegible] notat, quod sicuti non licet nobis orationem [illegible] ad Deum [illegible] pro Beatis a Deo [illegible] Beatitudine [illegible] [illegible] [illegible] etiam pro ijs, quos nobis [illegible] esse in numero damnatorum, ita et nobis [illegible] non sit pro eisdem sive Beatis, sive Damnatis sacrificium offerre: [illegible] contra vero sicuti est ibidem dictis certum est, [illegible], [illegible] etiam multum utile esse orare pro Animabus in Purgatorio detentis, a Deo earum liberationem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sacrificium [illegible] [illegible] satisfactorium est, et impetratorium [illegible] [illegible] [illegible] patet ex Trid. sess. 22. can. 3. [illegible] [illegible]

nec offerre sacrificium Missae, neque pro vivis, neque pro Defunctis offerri debere. Atque hinc in praesenti restat solum examinandum, an, et quomodo sacrificium Missae offerri possit pro viatoribus.

52. Circa viatores autem illud tanquam omnino certum tenendum est, licitum esse sacrificium Missae offerre non solum pro tota Ecclesia militante ut clarissime colligitur ex verbis Can. Missae: Quae tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica; verum etiam pro quibuslibet, et singulis Baptizatis, sive Parvulis, sive Adultis, sive justis, sive injustis, ac etiam Energumenis, si praesertim ab Ecclesiae gremio per excommunicationem praecisi excusantur, ut nedum praxis Ecclesiae ostendit; verum etiam constat ex Trid. citato Sess. 22. Cap. 2, et Can. 3. indiscriminatim decernente, sacrificium Missae offerri pro [illegible] vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus. Quod tamen ita intelligendum est ut pro Parvulis nondum rationis usum habentibus ac nulla culpa inquinatis offeratur tantum, prout est impetratorium, quatenus pro ipsis impetrantur auxilia ad salvandum, et augmentum in fide, et gratia suscepta: Pro adultis vero actu peccatoribus, non quatenus est satisfactorium, sed tantum ut est impetratorium ac impetrandam nimirum gratiam conversionis: Pro adultis autem justis, et prout est satisfactorium, et impetratorium. Quare sola difficultas manet, an liceat offerre sacrificium pro fidelibus baptizatis, sed excommunicatis; atque pro non baptizatis sive Infidelibus, sive Cathecumenis. Unde

53. Quaeres primo, an liceat sacrificium Missae offerre pro excommunicatis?

Respondeo, pro hac difficultate [illegible] duo hic diligenter notanda esse, quorum primum est sacrificium Missae dupliciter [illegible] pro aliquo offerri posse a Sacerdote, directe nempe, et indirecte. Directe, quando pro eo signate, et nominatim offertur, et applicatur, ut si Sacerdos in ipsis Orationibus nominet eum, [illegible] ut [illegible] in Orationibus [illegible] batur in Missa Defunctorum pro die Obitus. Indirecte autem cum Sacerdos orat pro aliquo bono, quod cedit in alicujus commodum et utilitatem, ut, hic [illegible] ad Haereticos, et Infideles, cum Ecclesia orat pro haeresis extirpatione, pro Infidelium conversione. [illegible] destructione [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible], sed [illegible] [illegible], nomine personae Christi, Ecclesiae, et propria; et [illegible] [illegible] [illegible] ministri nomine Christi, et Ecclesiae, [illegible] [illegible] homine [illegible] nomine suo orante. [illegible] [illegible] sacrificium, nec de oblatione facta a Sacerdote nomine proprio, et tanquam particulari [illegible] [illegible], sicut facit, dum [illegible] Missae orat [illegible] [illegible] Sacerdotes [illegible] orare [illegible] [illegible] [illegible] municatis, ut loquendo de primo constat vel ex [illegible] [illegible] speciales Missas instituit contra Paganos, et [illegible] [illegible]; De Sacramento vero loquendo constat ex [illegible] [illegible] [illegible] excommunicando [illegible] [illegible] privat communionibus, Ecclesiae suffragiis. et [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] hominibus, [illegible] et Ecclesiae,

34 De hac ergo oblatione loquendo, quidquid sit, an nunc temporis sit valida, et licita pro eo casu, quo fierat pro excommunicato non vitando, seu tollerato, de quo referendo Doctorum placita cum suis fundamentis dicebam in Tract. de Censuris [illegible] A. 1. à num. 303: illud certum est, esse illicitam esse pro excommunicato vitando factam nomine Xti; imò et simul invalidam, si fiat nomine ecclesiae, ut quoad utrumque quantum ad liceitatem constat ex varijs juris textibus, quos citato loco de Censuris afferebam à num. 299: et quoad invaliditatem, loquendo de oblatione facta nomine ecclesiae, patet vel ex eo, quod [illegible] sacrificium pro tali excommunicato suo nomine non offerri. Et haec quoad excommunicatos, [illegible]

35 Quaeres 2do, an sacerdos licitè offerre possit sacrificium pro non baptizatis, sive infidelibus, sive cathecumenis?

Respondeo, hac super re, quamvis omnes concedant sacrificium indirectè offerri posse pro non baptizatis, si loquamur de oblatione facta nomine Xti, et ecclesiae; imo et directè si sermo sit de oblatione facta à sacerdote nomine suo, difficultas tamen est circa directam oblationem. Quamplures enim, ut videre est apud Salmanticenses hic Cap. 2. Dub. 2. num. 18., negant, sacerdotem tanquam Xti ac ecclesiae ministrum licitè posse pro infidelibus sacrificium Missae offerre, quod evincere conantur tum ex eo, quod tales infideles non sunt membra Xti et ecclesiae, atque ijs, qui Xti membra non sunt communicare non licet Missae sacrificium, ut docet S. Aug. lib. de anima, et ejus origine Cap. 9 Tom. 7. inquiens =: Quis offerat corpus Xti nisi pro his, qui sunt membra Xti =: tum et eo, quod infidelibus non est tandem corpus Xti ad manducandum, et per consequens neque sacrificium est offerendum, utpote cum verosimilimum sit, [illegible] Missae sacrificium offerendum tantum pro iis, quibus [illegible] [illegible].

36. Verum his non obstantibus, oppositum cum longè pluribus tenendum est, et proinde sacerdos tanquam Xti, et ecclesiae minister nominatim pro infidelibus sacrificium offerre poterit, ut non obscurè colligi videtur tum ex Apostolo 1. ad Timoth. 2 obsecrat [illegible] pro omnibus hominibus, pro Regibus et omnibus in sublimitate constitutis: tum ex eo, quod 1. Ma[c]hab. cap. 12 legitur, Israelitas memores fuisse Spartanorum in sacrificijs, quae offerebant: tum ex eo, quod sacerdos [illegible] celebrans magis se conformat Xto, qui se [illegible] non solum pro fidelibus, sed etiam infidelibus obtulit in Altari crucis: tum denique ex eo, quod sacrificium Missae, licet non prosit infidelibus quoad meritum, et satisfactionem utpote actu peccatoribus, illis tamen prodesse quoad impetrationem [illegible] nulla lege prohibitum, sicut pro ipsis sacrificium offerre, [illegible] excommunicatis. Atque a fortiori de Catechumenis verum est, utpote qui licet non re, fide tamen, et voto in ecclesiam Xti sunt ingressi. Atque hinc ad illud Aug. dicendum est ibi à S. Doctore tantum negari, sacrificium [illegible] offerri posse pro nondum baptizatis. Et haec circa personas, pro quibus sacrificium est offerendum, quibus pro com[illegible]

37 Quaeres 3tio, an Missa de Requiem plus prosit defunctis, quam Missa de Sancto celebrata?

Respondeo [illegible]
[illegible] 72 [illegible]
[illegible] quacumque dicatur

Sed ex parte Orationum magis prodest illa, in qua sunt Orationes de [illegible] determinatae, sed tamen hic defectus recompensari potest per majorem devotionem vel eius qui dicit Missam vel eius qui petit, vel item per intercessionem Sancti, cuius suffragium in Missa imploratur. = Fuerunt et adde, quod quamvis sacerdos maxime curare debeat, ut Missas de Requiem celebret, nisi ritus ecclesiae obstat, quando hae sibi commendantur pro defunctis, imo et debeat tales Missas celebrare, quando ritus permittit, atque commendantur celebrandae ad Altare privilegiatum pro defunctis, ubi Privilegium soleat annexum habere conditionem ut Missae defunctorum celebrentur, ut [illegible] fit, nihilominus tamen si ritus ecclesiae obstat celebrationi Missae defuncti [illegible] tunc, ut sacra Congregatio Rituum annuente Alexandro VII. sub die 5 Augusti 1662 declaravit, Sacerdos debebit Missam de Sancto celebrare, et ita celebrando suae obligationi plene satisfaciet. Sed jam

38 Quaeres ultimo an Missae sacrificium infallibiliter causet suos effectus in iis, pro quibus offertur.

Respondeo, quod ad duos priores effectus scilicet divinae complacentiae, et gratiarum actionis pro acceptis beneficiis spectat, id apud omnes certum est, et [illegible] pariter quoad [illegible] tantum non fit quoad bonorum impetrationem et peccatorum, et poenarum remissionem. Itaque de his duobus effectibus loquendo, in hominibus justis utrumque infallibiliter causari dicendum est; secus vero in hominibus adhuc injustis; et adeo in his solum infallibiliter causantur auxilia opportuna ad conversionem. Ratio autem horum est, quia sacrificium, utpote institutum a Christo Domino ad tales [illegible] effectus producendos, relate ad illos se habet tanquam causa necessaria, et adeo illos infallibiliter producere, nisi obstaculum inveniatur in iis, pro quibus applicantur: atqui in hominibus justis nullum est obstaculum tum quoad bonorum impetrationem, tum quoad remissionem peccatorum, et poenarum, ut patet: in injustis vero est quidem obex quoad remissionem culpae, et poenae; minime vero quoad impetrationem auxiliorum, quae necessaria sunt et conducunt ad animae salutem. ergo etc.

39. Neque his obstat primo, quod saepe sacrificia offerantur pro peccatoribus, qui tamen non convertuntur ideo et pro bonis, quae minime impetrantur: quinimo quod pro [illegible] justis quamplurimae Missae celebrentur, qui tamen [illegible] in Purgatorio poenas luunt pro peccatis venialibus a se commissis. et proinde sicuti animae in Purgatorio detentis infallibiliter non prosunt Missae, [illegible] ex eo quod evenit in illo [illegible], etsi plurima [illegible] sacrificia pro iis fuerint oblata; [illegible] hominibus adhuc in hac vita degentibus.

40. Respondeo [illegible], quod [illegible] [illegible]tur, est inde non sequitur, [illegible] [illegible] et auxilia, quibus peccator, pro quo offertur, posset [illegible] converti, si iis cooperaretur, unde defectus conversionis [illegible] [illegible] auxilii; sed ad conversionem excitantis, moventis et [illegible], quam ex voluntatis [illegible] [illegible]

prodit, sicuti evenit in casu nostro. Verum item est, quod secundo loco dicitur, si sermo sit de aliis bonis praesertim temporalibus, quae vel obstant, vel minime conducunt ad bonum salutis animae; falsum autem est de bonis praecipue spiritualibus ad nostram aeternam salutem necessariis, et in simili de Oratione dicebam in Tract. de Virtute Religionis Cap. 3. Art. 4. a num. 60. Tertium autem minime urget. Etsi verum est, ut ex una parte, ut supra diximus, ad obtinendam remissionem poenae pro peccatis debitae requiratur nimirum, ut peccata ipsa fuerint remissa, et ad honorem consternationem requiratur aliqua voluntatis retractatio; et ex alia parte plures etsi justi plura committant venialia peccata, quae omnia, dum adhuc vivunt, non retractant, ut ipsa ostendit experientia. Quod vero additur circa Animas in Purgatorio detentas, nonnulli existimantes, remissionem poenae pro peccatis debitae, totam a sola divina voluntate concedi, sed una patet dignoritas quoad viventes, eum quod his sacrificium prosit, sit ex ipsius sacrificii institutione. Ceterum quidquid sit, an in Animabus Purgatorii ad obtinendam remissionem poenarum per sacrificium causandam praerequiratur tanquam conditio, ut in vita habuerint curam satisfaciendi pro propriis peccatis, et juvandi alios defunctos, quod adhuc tenere quamplures Doctores, etsi id docuerit S. Aug. De cura pro mortuis cap. ultimo, et in Enchiridio Cap. 109; et S. Thomas 3. part. q. 52. art. 8. ad 3um, quidquid, inquam, sit de tali sententia, negandum est assumptum; et adeo tenendum est, sacrificium Missae illis sanctis Animabus infallibiliter prodesse ad poenae debitae remissionem, uti ex Trid. Sess. 22. Can. 3. et Sess. 25. in Decreto de Purgatorio colligitur, alioquin ex sua institutione non tam vivis, quam defunctis prodit. Quamvis ut communis sententia tenet cum S. Thoma, sacrificium infallibiliter illis non prosit quoad totam poenae remissionem, sed solum quoad partem juxta taxationem a Christo factam in sua institutione, ut ex eodem Trid. colligitur, dum in citato Decreto dicitur, animas in Purgatorio detentas juvari quidem sacrificio Missae, non autem dicitur absolute liberari. Atque haec circa eos, pro quibus Missae sacrificium offerri potest. Modo sic

Caput Sextum.

De Missae Applicatione. 44

Quamvis si loquamur de fructu generali, ac specialissimo nulla opus sit ministri applicatione, qua nempe sibi de omnibus [illegible] fructus applicare intendat, quia loquendo de fructu generali [illegible] hoc ipso, quod sacerdos vult sacrificium ponere juxta Ecclesiae praescriptum, tanquam opus [illegible], et [illegible] de se illius est ratione effectus communi[illegible], [illegible]; loquendo vero de fructu specialissimo, eo ipso, quod quis opus bonum debito modo ponit, statim [illegible] effectum [illegible] commensuratum, et annexum; nihil [illegible] si sermo sit de fructu speciali Missae, illius certum est, [illegible] nisi per Ministri intentionem aliquo [illegible] applicatum, et [illegible] sacrificium Missae quoad fructum [illegible] neque [illegible] habita applicatione [illegible] in thesauro Ecclesiae, ut communissima [illegible]. Ratio autem est quia sacerdos vi suae ordinationis a [illegible] Domino constituitur Minister, et dispensator

[illegible]istarione, et donone hoc et accipit voluntatem donanti sacrificium tum pro vivis, tum pro defunctis, ut ex ipsa Ordinationis forma constat: atque sic in potestate, et voluntate sacerdotis est gratiam illud applicare, cuicunque velit, et per consequens si non applicet illud, fructus specialem nemini proveniet. Quare difficultas est tantum circa applicationis qualitatem, an videlicet ea debeat esse actualis, an sufficiat virtualis, et etiam habitualis, et interpretativa.

43 Pro hac autem difficultate recole dicta de Sacramentis in genere Cap. 5. Art. 2. §. 3, ex quibus nedum ea cum applicatione idem; verum etiam non requiri applicationem actualem, sed virtualem saltem sufficere, manifeste colliges cum certo ad applicandum fructum sacrificii in sacerdote non requiratur major applicatio, quam intentio illud conficiendi. atque ad hoc conficiendum sufficiat intentio virtualis. Quinimo satis recenta sententia tenet; applicationem habitualem sufficere cujus sententiae ea praecipua ratio est, quia Missae applicatio est quaedam species donationis, facta illi, pro quo intenditur sacrificium offerri, et ita quidem ut id sit in sacerdotis potestate, et [illegible] Sicuti hoc non solum alius valide donare sit ea, quae actu possidet, sed etiam ea, quae in ejus voluntate omnino quin opus sit, ut renovet intentionem suam pro eo tempore, quo actu [illegible]. Sed sufficit, quod voluntatem donandi semel habitam nunquam retractaverit. ita sufficiat ad Missae [illegible], quod sacerdos hodie v.g. intendat sacrificium offerre pro Petro, et hanc suam intentionem non retractet, [illegible] in die crastina. Atque hinc non obstat, quod [illegible], ut alias objicere in ministro non sufficere intentionem habitualem, ut valide conficiat sacramentum, cum [illegible] alia [illegible] sit discrimen quod ministri intentio est causa efficiens sacramenti, [illegible] applicatio relate ad fructum sacrificii, [illegible] Verum quamvis interim non videatur improbanda sententia [illegible] manens, et [illegible] probabiliter existimantium sufficere [illegible] interpretativam de fructu speciali [illegible] ad validam donationem non sufficit voluntas mere interpretativa donandi. His autem notatis pro nonnullis [illegible] dis

44. Quaeres tertio quomodo [illegible] a sacerdote fieri debeat applicatio sacrificii, ut altari prosit?

Respondeo, quod quamvis ut recte monet Benedictus XIV. De Sacrificio Missae, Lib. 3. Cap. 16. num. 9, consultissimum sit, Missae applicationem facere in praeparatione antequam sacerdos sacris vestibus se induat ut sic etiam [illegible] nomine Ecclesiae peractam conveniat illis, pro quibus est celebraturus tamen quod attinet ad fructum ipsius sacrificii [illegible] sufficiat applicatio facta [illegible] ante ipsam consecrationem, cum, ut supra diximus, in hac sacrificii essentia consistat: Quinimo cum probabilis sit sententia [illegible] sumptionem inter actiones, et partes essentiales Missae, [illegible] probabilius non est [illegible] sufficere, ut fiat applicatio ante ipsam sumptionem. Quamvis tamen non possit sacerdotem [illegible] satisfacere obligationi [illegible], [illegible] satisfiat per [illegible].

75 Quaeres 2do qualiter sacerdos Missam debeat applicare pro iis, pro quibus sacrificium est offerendum?

Respondeo, quod quamvis debeat ut sacerdos celebraturus intendat sacrificium [illegible] offerre juxta petentis intentionem, cum tamen intentio haec in petente aliquando [illegible] sit ad non recta [illegible], et aliquando contingere possit ut ii pro quibus offerri petitur, vel non indigeant tali fructu, ut si ipsa anima defuncti pro qua offertur jam esset in coelis, vel etiam talis fructus sint incapaces, ut si sacrificium peteretur offerendum pro anima, quae ob sua crimina esset in inferno; hinc consultum erit in praxi, ut sacerdos celebraturus talem intentionem habeat qua intendat sacrificium offerre juxta petentis intentionem, si haec recta sit; si vero irrecta sit, velit offerre eo meliori modo, quo potest illi prodesse, cujusque petens rationabiliter vellet pro se, aut pro aliis offerri; ita tamen, ut si alii, pro quibus petens intendit sacrificium offerri, essent incapaces fructus, sacrificium valeat pro aliis, pro quibus de jure est talis fructus applicandus, vel pro iis, pro quibus Deus novit fore rationabiliter applicandum, vel ipse Deus vult applicare. Hoc enim modo fructus sacrificii non remanebit in thesauro Ecclesiae, sed alicui, aut aliquibus certo proderit.

76 Quaeres 3tio, an sacerdos ex voto, justitia cantata, vel etiam obedientia debita erga suum Praelatum obligatus ad Missam pro certis personis applicandam, nihilominus valide applicet aliis?

Respondeo, non paucos, et quidem magni nominis doctores in ea esse sententia, ut [illegible] de Religioso, is non solum peccat contra obedientiam debitam, verum etiam applicatio aliis facta contra Praelati determinationem sit nulla et invalida, et adeo quod Missa celebrata prosit illi, pro quo Praelatus voluit offerri. Quod praecipue ex eo probant, quod voluntas Religiosi subditur voluntati sui Superioris, et [illegible] contractu [illegible] omni Missarum applicationes [illegible] Benedicto XIV lib. 3 de Sacrificio Missae, cap. 19 num. 4 [illegible] sententia communis est, et [illegible] applicationem futuram [illegible] Missam celebrat non [illegible] ex vi sua Ordinationis, et proinde sicuti in conficiendis sacramentis [illegible] voluntate; ita neque [illegible] valorem applicationis ejusdem sacrificii.

77 Quaeres 4to, an sacerdos qui a [illegible] personis pro decem Missis celebrandis stipendium accepit, suae obligationi satisfaciat, applicando pro illis in confuso decem Missas, quas legit?

Respondeo inter duas extremas sententias, quarum una affirmat, altera negat satisfieri, tertiam mediam [illegible] esse distinguendum. Scilicet esse inter casum, quo singula sacrificia ita applicantur, ut sacerdos

neque intenderet in omnibus Missis pro singulis illis decem sacrificium offerre, illis applicando partem fructus sibi correspondentem, neque intendat primam Missam pro primo offerente applicare, et secundam pro secundo, et sic successive pro aliis, et inter eorum, quo saltem intenderet pro omnibus illis etiam in singulis Missis oblatum sacrificium offerre. Si enim primum eveniat, tunc obligationi non satisfaciet, quia ad satisfaciendum requiritur intentio applicandi fructum determinatae Personae, ut ibi [illegible]. unde sicuti [illegible] valide non consecraret, qui decies, formam consecrationis repeteret super decem hostias sibi praesentes, ubi solum in confuso intenderet unam ex illis consecrare, non determinando singulis vicibus, quam consecrare vellet; ita et qui dicto modo indeterminate sacrificium decies pro decem applicaret. Si vero secundum contingat, tunc satisfacere dicendum est, cum ex una parte fructus sacrificii sit divisibilis, et ideo pluribus applicabilis, et ex alia parte cum decima pars decem Missarum aequivalet integrae Missae, unicuique in casu nostro totum, quod debetur, tribuitur, ac proinde plene satisfactum est.

48. Quaeres 5to, an sacerdos, a quo Petrus V. g. vivens petit, ut sacrificium pro se offerat, et Paulus petit, ut offerat pro suo Patre defuncto, unica Missa applicando satisfaciat, nempe pro Petro fructum impetrationis, et pro Patre Pauli fructum satisfactionis applicando?

Respondeo, id tanquam omnino illicitum damnandum esse, ut constat ex supravelata propositione ordine [illegible] ab Alexandro VII damnata, nempe hac =: Non est contra justitiam pro [illegible] sacrificii stipendium accipere, et sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promittam cum juramento danti stipendium, quod pro nullo alio offeram =. Ratio autem est, quia petens totum sacrificii fructum vult et intendit sibi juxta suam intentionem applicari. Hocque quod et sacra Congregatio Concilii declaravit sub die 13 [illegible] cembris 1659, etiam locum habet, ubi illa plura stipendia accepta, sub quibus et plura sacrificia offerenda [illegible] essent incongrua, idest non aequalia taxam ab Ordinario [illegible] tam, ut nominis declaravit sacra Congregatio die 23 Januarij anno 1697 statuens, quod etsi Ordinarius praescribit congruam eleemosynam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum sacerdotes accipientes stipendium [illegible] congruo [illegible] [illegible] celebrare Missas illis ab offerentibus praescriptas, [illegible] [illegible], ne quodammodo sacrificium [illegible], [illegible] promoveri suis sacerdotibus, ne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eleemosynam acciperent, prout ex Decretis sacrae Congregationis Concilii ostendit Benedictus XIV Notificat 56 num. II.

49. Quaeres 6to, an sacerdos non [illegible] pro uno eleemosynam accepto, [illegible] eleemosynam [illegible] [illegible] offerre pro eo, qui primo eleemosynam dabit, et [illegible] [illegible] sub [illegible]?

Respondeo, eam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut ex decreto sacrae Congregationis Concilii ostendit Benedictus XIV de Sacrificio Missae lib. 3. cap. 9. num. 7, et 8

Quod Decretum approbavit Clemens VIII, et publicari jussit Paulus V. sub die 25. Novembris 1605: imò et talem applicationem saltem plurias fore invalidam, patet ex eo, quod non raro causa, ob quam offerens eleemosynam intendit sacrificium offerri, jam non existat pro eo tempore, quo Missa celebratur, v.g. infirmitas, aut alia obligatio, cujus liberatio intendebatur. Sed iterum

50. Quæres 7mò, an sacerdos, v.g. Capellanus, cui jam assignatum est onus stabilito tempore v.g. bis, vel ter in hebdomada celebrandi, valeat anticipatè celebrando ob defectum altaris, eleemosynæ, aut aliam similem causam?

Respondeo, talem sacerdotem nullatenus condemnandum esse, nisi ex Beneficij, aut Capellaniæ fundatione, et institutione appareat, Institutorem voluisse talibus determinatis hebdomadæ diebus, et non alijs celebrari, v.g. ut quibusdam Altaribus talibus diebus Missa non careant, vel ut Populus talibus diebus commodè sacrum audire possit, vel ut indulgentiæ illis, et non alijs diebus concessæ lucrentur &c. Nam si tales, aut aliæ similes circumstantiæ non intercesserint, non videtur alienum ab Institutoris mente celebrationem præveniri, ut ex Sylvio docet Benedictus XIV loco supra citato, cum ex una parte fructus sacrificij per applicationem non suspendatur in futurum percipiendus, et ex alia parte nullum inde resultet præjudicium ijs, pro quibus est celebrandum; quinimò in majus illorum bonum id cedat, ut per se patet. Atque hæc circa applicationem, cui adderem [illegible] nonnulla alia circa Missæ stipendium, de quibus tamen agam in capite sequenti, tanquam in loco magis proprio. Sit ergo

51. Caput Sextum.

De Obligatione Missæ celebrandi.

Sacerdos varijs titulis ad Missam celebrandam obligari potest: primò ratione Ordinis sacerdotalis suscepti: 2dò ratione Curæ Animarum, quam habet: 3tiò ratione Beneficij, seu Capellaniæ, cui ex primæva institutione, et fundatione annexa est obligatio certum Missarum numerum celebrandi: 4tò ratione stipendij accepti, vel etiam promissionis gratuitæ, aut onerosæ, seu tacitæ, aut expressæ. Atque de his singulis modo dicendum est nobis. Sit ergo

Articulus primus.

De Obligatione celebrandi ratione Ordinis suscepti.

52. Fuerunt quidem nonnulli existimantes, Sacerdotes vi suæ Ordinationis, seclusa quolibet alio titulo, et ratione scandali, nunquam teneri ad Missæ sacrificium offerendum, eo quod arbitrabantur præceptum a Christo Domino institutum per verba illa: Hoc facite in meam commemorationem: et sic [illegible] ... hæc verba [illegible] ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis adducebantur, eaque dicebant respicere universum Sacerdotium coetum, non

autem singulos sacerdotes respicere censetur ea sententia, qua illud Gen. 1: Crescite, et multiplicamini: adhuc quidem totam hominum communitatem, minime vero singulos homines seorsum acceptos, nihilominus tamen cum communi sententia, quam sequens Benedictus XIV lib. 3 de Sacrificio Missae, cap. 1 num. 4 ex Angelici Praeceptoris auctoritate comprobat, dicendum est, dictum praeceptum afficere neutrum Sacerdotum communitatem, ut testatur laudato Pontifice certum est, et salva fide catholica negari non potest; sed omnes, et singulos sacerdotes, qui praeterea omnes, et singuli cessante legitimo impedimento eo praecepto ligantur ad saltem aliquando celebrandum, ut pluribus aliis omissis, constat ex Trid. sess. 22. can. 2. sic definiente =: Si quis dixerit, illis verbis Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus, et sanguinem suum; anathema sit =. Quare dubium tantum esse potest, quoties omnes, et singuli sacerdotes vi suae Ordinationis celebrare teneantur, et qualis, et quanta sit ea obligatio.

2 Circa primum autem dubium ut loco citato ex S. Antonino docet Benedictus XIV, ut nimis dura rejicienda est quorundam Canonistarum sententia, quae docebat, sacerdotem, etsi non habentem curam Animarum, aut alio titulo non obligatum ad celebrandum, obligari quotidie sacrificium Missae offerre, et si per negligentiam illud omittat, mortaliter peccare; atque hinc una ex aliis Doctorum sententiis est amplectenda, quarum una docet, quemlibet sacerdotem quocumque legitimo cessante impedimento teneri saltem in festis solemnioribus, in quibus fideles omnes olim communicare tenebantur, scilicet in Nativitate Domini, in Paschate, et Pentecoste, sacrificium offerre: Atque haec sententia videtur esse Angelici Praeceptoris 3. part. q. 82 a. 10. in c. sic ajentis = Sed saltem videtur, quod celebrare teneatur in praecipuis festis, et maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare consueverunt =: Quo tamen alii, inter quos Juvenin, contenti non sunt, et praeterea videntur diebus adhuc festa Ascensionis Christi Domini, Corporis Christi, Nativitatis B. Mariae Virginis, Annuntiationis, Purificationis, et Assumptionis ejusdem, cum et haec festa sint inter solemniora, quae in Christi Ecclesia celebrantur, et sacerdotes videantur frequentius obligati ad celebrandum, quam laici ad communicandum, ut supra laudatum Apostoli testimonium meditanti patet.

3 Tertia vero sententia est, quae festis solemnioribus superaddit singulos Dominicos Dies, et omnino destinat, singulos sacerdotes attenta praedicta obligatione contracta in sui ordinatione teneri celebrare in singulis festis solemnioribus, et singulis diebus Dominicis: Atque haec sententia videtur consona Trid. sess. 23. cap. 14. de Reformat. Episcopis sic mandanti =: Curet episcopus, ut ii (sacerdotes) saltem diebus Dominicis, et festis solemnibus, si autem curam habuerint Animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas celebrent =: Quae similiter non nudum consilium, sed rigorosum praeceptum importare constat tum ex eo, quod [illegible]

orationem faciendam à simplicibus sacerdotibus festis solemnioribus et diebus Dominicis eodem modo loquatur Concilium, quo loquitur de Animarum Rectoribus relate ad celebrationem faciendam ob ipsis ijs diebus, quibus celebrare debent, ut muneri suo satisfaciant; et proinde, ut hos, nempe Rectores talibus diebus obligatos ad celebrandum, nullo modo liceat dubitare; ità et de primis loquendo dicendum est; tum ex S. Carolo Borromeo jam talis Concilij spiritu pleno in suo primo Concilio Provinciali de frequenti Dni Sacrificij oblatione, ubi testatus se sequi Concilij Trid. auctoritatem, praecipit omnibus sacerdotibus curam Animarum non habentibus, cujuscunque gradus, et dignitatis, et conditionis sint, ut Dominicis, et celebrioribus diebus festis Missam celebrare non omittant, nisi aliquo legitimo detineantur impedimento. Atque sententia propterea attenta ratione scandali, est practicanda, cum Populus videns sacerdotem neque diebus Dominicis, et alijs festis celebrantem, judicaret, eum à celebrando desistere vel eo quia reus est peccati gravis, in eoque velle perseverare; vel saltem, eo quia parum est de sua aeterna salute sollicitus. Atque haec circa primum dubium.

54. Quoad secundum verò dubium, quod primo difficilius est, teste laudato Summo Pontifice loco citato num. 9. distinguendum est inter casum, quo Sacerdos nunquam per totum annum celebraret, et inter sacerdotem, qui aliquoties V. g. ter, vel quater in annum celebraret, nempe festis principalioribus diebus verò Dominicis, et alijs festis à Missa abstineret: Si enim primum eveniet, ut praefatus Pontifex num. 10 docet non fit sustineri, venialiter tantum peccare talem sacerdotem jam non habentem Curam Animarum, nec aliter adstrictum ex missis celebrandis, omittentem celebrare, ut inter caetera patet ex eo, quod S. Pius V. jussit expungi ab operibus Cajetani propositionem id asserentem; atque ex Decreto Sacrae Congregationis Concilij, quod ex Monacello refert S. [illegible] Ligorio hic cap. 3 Dub. 1. num. 313; in quo expresse dicitur, quod qui sine justa causa ter, vel quater in anno non celebravit, peccat mortaliter, et sit ab Episcopo puniri. Si verò secundum eveniat, id est si sacerdos quidam aliquoties, nimirum in festis principalioribus celebrat et solum Dominicis, atque alijs festis omittat, tunc res valde dubia est et [illegible] talem exemplo laudati Pontificis indecisam relinquo, [illegible] alia ratio [illegible] itaque.

Articulus Secundus.

De Obligatione celebrandi ratione Curae Animarum.

55. Parochus legitime non impeditus per semetipsum, aut si legitime impeditus per alium sacerdotem, in Ecclesia sua, ubi populus suus commoditius Missam audire possit, tenetur singulis diebus Dominicis, et festis de Praecepto celebrare [illegible] debitum est et Concil. Trid. Sess. 23 cap. 14 de Reformat. sic [illegible] Curet Episcopus, ut ij [illegible] saltem diebus Dominicis et festis [illegible]; si autem curam habuerint animarum, tam frequenter,

ut muneri suo satisfaciant Missas celebrant =. atque etiam ipsa ratio ostendit, quia talibus diebus Parochiani sacrum audire tenentur, et ita quidem, ut jus habeant, ut in suis ecclesiis Missa celebretur ab ipsis Parochis, ut patet ex eodem Trid.o sess. 22. in Decreto de observandis, et evitandis in celebratione Missae praecipiente, ut Episcopi moneant Populum, ut frequenter ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis, et majoribus festis accedant: quod jus in Parochianis obtinere nulla ratio est, nisi ipsi Parochi legitime non impediti per semetipsos; et si legitime impediti, per alium sacerdotem debeant illis diebus celebrare. Unde difficultas tantum esse est, an ipsi Parochi aliis diebus praeter dictos celebrare teneantur: et an pariter fructum specialem teneantur suo Populo applicare iis diebus, quibus celebrare tenentur. Unde

Quaeres primo, an Animarum Pastores praeter dies Dominicos, et festos de praecepto teneantur celebrare.?

Respondeo quod quamvis per accidens Animarum Pastor praeter dictos dies ad celebrandum teneatur, ut si viaticum dandum est moribundo, et alio modo quam celebrando hostia consecrata haberi non posset [illegible] tenendum est, per se suae satisfaceret obligationi, uti praefixis tantum diebus celebraret, sicuti et Lambertinus [illegible] loco, namque lib. 3. cap. 3. de Sacrificio Missae, innuit, et ostendi sit tum ex verbis laudati Concilii Trid.; tum ex eo, quod Parochus solum videtur teneri celebrare, quando Populus tenetur Missam audire. Sed

57 Quaeres 2do, an quoties Animarum Pastores tenentur Missam pro Populo celebrare, teneantur pro eo fructum specialem sacrificii applicare?

Respondeo, totam rem hanc plane discuti in nostra Dioecesana Synodo cap. 29. de Parochis, sub § [illegible] Parochi sacrificium pro Populo offerre [illegible], [illegible] in Epistola Encyclica Benedicti XIV. edita hac super re die 29. Augusti 175[illegible], quae incipit: Cum semper, in qua juxta decreta Sacrae Congregationis decernitur, primo omnes, et singulos, qui actu Animarum curam exercent, sive sint Parochi [illegible] tam saeculares, quam Regulares, teneri omnibus diebus Dominicis, ac festis de praecepto pro Populo sacrificium Missae applicare non solum pro eo casu, quo [illegible] Beneficium [illegible] ac sufficientem [illegible] pro congrua sustentatione, verum etiam ubi [illegible] et ita [illegible], ut Animarum curam gerentes [illegible] in [illegible] debent. Atque non obstante quacumque [illegible] immemorabili consuetudine in oppositum, in hoc tamen discrimine, quod Parochos ac sufficientes reditus habentes [illegible] [illegible] festivis vel per se vel per alium [illegible] specialem Missae applicare pro Populo, tenues vero [illegible] congruos reditus [illegible] ex Episcopi dispensatione [illegible] festis [illegible] possit applicare pro [illegible] [illegible] [illegible] obligatione [illegible]. 2do et contra [illegible] hanc eamdem obligationem urgere tempore Vacationis Beneficii; et propterea

ex ejusdem fructibus congruam portionem dando Oeconomo extrahendam curo, ut oneri Missarum celebrandarum diebus Dominicis, et festis de praecepto ipse satisfaciat. 3tio etiam decernitur, quod etiamsi dicti Beneficiati teneantur nedum Dominicis diebus, et festis de praecepto, in quibus non licet opera servilia exercere; verum etiam illis festis, in quibus cum obligatione audiendi Missam cum Populo dispensatum est à S. Sede, ut possit opera servilia audito Sacro exercere; nihilominus tamen non obligentur, aliis diebus praeter praedictos nempe Dominicos, et festivos de praecepto pro Populo celebrare fructus sacrificij applicando, quantumcumque pingues essent Beneficij fructus. Atque haec circa obligationem applicandi Missam ratione Curae Animarum, pro quorum complemento

Quaeres 3tio an in ecclesijs Patriarchalibus

58. Metropolitanis, Cathedralibus, et Collegiatis nedum celebrari, sed et applicari debeat quotidie Missa, et pro quibus sit applicanda?

Respondeo praeter cetera, quae afferri possent hoc constare ex citata Epistola Encyclica ejusdem Summi Pontificis Benedicti XIV, in qua severè praescribitur, ut non obstante quacumque consuetudine in contrarium etiam immemorabili etc., aut fructuum tenuitate quotidiana Missa Conventualis, quae singulis diebus canitur à Clero in dictis ecclesijs, pro eorumdem Benefactoribus applicetur, non in particulari, sed in genere respiciendo Benefactores cujuslibet ecclesiae, eodem prorsus modo quo quilibet Parochus diebus Dominicis, et festis de Praecepto, pro omnibus, qui sunt de suo Populo, Missam applicare debet. Quibus et idem Pontifex addit solutionem difficultatis, an et ijs diebus, quibus juxta Rubricas in Cathedralibus ecclesiis celebrari debent secunda, vel etiam tertia Missa, debeat etiam haec pro Benefactoribus applicari? quam solvens, quod nempe laudandi, et confirmandi sunt quotquot sponte sua secundam etiam, aut tertiam Missam applicant pro Benefactoribus suis; imò si qui id fecerint ex vi consuetudinis in sua ecclesia vigentis, ijs injungendum sit, ut in ea consuetudine perseverent: sin vero in usu receptum non sit, libera omnino secundae, et tertiae Missae applicatio celebrantibus sit relinquenda, dummodo in commemoratione pro Defunctis ecclesiae Benefactorum in genere non obliviscantur. Atque ex his sit

Articulus Tertius.

De Obligatione celebrandi ratione Beneficij, seu Capellaniae.

5 Beneficiatum, seu Capellanum ex justitia et quidem sub mortali culpa teneri ad illum Missarum numerum, quem ipsae Fundationes assignant, et requirunt, apud omnes certum est et constat dd. ex eo, quod tali Sacerdoti donantur totius Beneficij, seu Capellaniae, reditus sub onere ut celebret et applicet Sacrificium. Quod tamen cum ipso ita, indistincte, et strictè intelligendum non est, quasi nullas admittat limitationes, quas communiter adverterunt Doctores ... nos tamen intelligendas.

16\. Quaeritur primo, an ubi Beneficii, aut Capellaniae Fundator in litteris fundationis expresse significavit Capellanum fore obligatum ad celebrandum tot [illegible] in Hebdomada, et nihil de sacrificii applicatione expressit, sit obligatio ad applicationem [illegible], adeo ut Capellanus aliud stipendium pro dictis Missis [illegible] [illegible]?

Respondeo, pro omni casu quo Fundator non expressit, eum non intendere obligare ad applicationem, vel non adsunt urgentes conjecturae, ex quibus evincatur Fundatorem contentum fuisse sola celebratione, Capellanum seu Beneficiatum tenen[tur] tantum ad celebrationem, non ad applicationem Missarum statutarum in litteris fundationis ut [illegible] declaravit Sacra Congregatio Concilii, ut videre est apud Ferraris [illegible] [illegible] [illegible] 3 num. 12 et apud Benedictum XIV. Tom. 1 Notificat. 56 num. 22 et constat [illegible] ex eo, quod qui Missam pro se celebrare [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] valere pro se, vel pro aliis Missae [illegible] applicari; et proinde celebrans non peccavit [illegible] [illegible] ab obligatione applicandi, nisi oppositum clare constat.

8. Dicendum est, Christum Dominum non ante Passionem et mortem, sed post Resurrectionem suam Pœnitentiæ Sacramentum instituisse, cum nempe, ut habetur Joan. 20: Discipulis suis apparuit, eisque dixit: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis retenta sunt. Quæ sententia est Patrum Trid. citata Sess. 14. Can. 1. sic dicentium: Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum a mortuis excitatus insufflavit in Discipulos suos dicens: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis retenta sunt. Quo tam insigni facto, et verbis tam perspicuis potestatem remittendi et retinendi peccata ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos, Apostolis, et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam universorum Patrum consensus semper intellexit. Unde Matth. 16. Petro, et Matth. 18. Apostolis non collata, sed promissa tantum fuit potestas remittendi peccata, ut patet ex verbis futuri temporis, quibus tunc Christus usus fuit; sicuti cum Joan. 11. Christus Lazarum solvendum obtulit Apostolis, et cum Lucæ 17. decem leprosos misit ad sacerdotes, tunc tantum designavit potestatem, quæ sacerdotibus ad absolvendum a peccatis danda erat; et proinde eo tunc Christus Sacramentum Pœnitentiæ designavit quidem, sed non instituit.

9. Neque veritas hæc labefactatur, si dicas primo, Apostolos in ultima cœna fuisse ordinatos, et consecratos sacerdotes, ut manifeste tradit Trid. Sess. 22. Can. 2., et proinde tunc accepisse potestatem nedum consecrandi verum, et reale Christi corpus, verum etiam absolvendi a peccatis, ut non solum patet ex Trid. Sess. 23. Cap. 15. de Reformat. expresse dicente, Presbyteros in sua ordinatione a peccatis absolvendi potestatem accipere; verum etiam ex eo, quod Apostoli vel in ultima cœna characterem Ordinis sacerdotalis acceperint; atque tali characteri annexa est utraque potestas, scilicet tum consecrandi reale corpus Christi, tum absolvendi a peccatis, et proinde Patres Trid. in suo Decreto supra relato consulto apposuerunt illud pronomen præcipue, ita veluti volentes designare, quod tunc Christus tantum dederit jurisdictionis potestatem. Quod vel confirmatur ex eo, quod satis evidenter constat, D. Thomæ collatam non fuisse a Christo Domino potestatem peccata remittendi, utpote cum Thomas non adesset, cum Joan. 20. talia dixit Apostolis suis. Quibus et addas, legem Evangelicam Christi morte fuisse institutam, cum tunc antiqua lex expiraverit, ut colligitur ex illis verbis Joan. 19: Consummatum est. et proinde ante mortem Pœnitentiæ Sacramentum fuit institutum, ut etiam constat vel ex eo, quod sacrificia veteris legis, quæ erant in peccatorum expiationem, et erant umbra, et figura Sacramenti Pœnitentiæ a Christo instituendi morte Christi non cessassent, si solum post resurrectionem Pœnitentia a Christo ~~fuisset instituta~~, cum umbra, et figura non cesset, nisi veritate adveniente; ergo etc.

10. Respondeo, concesso assumpto, nego illatum, ad cujus primam probationem dicendum est, Trid. ibi loqui

de ordinatione perfecta, et completa, et adeo de Presbyteris ordinatis
sub utraque forma, seu forma expromente potestatem offerendi
sacrificium in ecclesia Dei, et forma exprimente potestatem
remittendi peccata. Ad alteram vero probationem, fatendum
quidem est, Sacerdotibus medio eodem charactere conferri pote-
statem tum conficiendi corpus Christi, tum remittendi peccata,
sed non inde recte infertur, eo charactere pronto utramque
simul concedi potestatem quia hae potestates utpote morales
ab ipso charactere distinguuntur, et possunt concedi per cha-
racterem sacerdotalem, quin tradatur potestas remittendi pecca-
ta, ut de facto conceditur; nam sacerdotibus in ordinatione di-
citur: Accipite potestatem offerendi sacrificium Deo: nam eo tem-
pore potestas consecrandi traditur; et potestas remittendi
peccata tantum datur, cum episcopus subjungit verba illa: Ac-
cipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata &c. etenim eo
tempore novus character non imprimitur; sed solum jam impressus
extenditur, ac veluti dilatatur.

11 Alius vero urget, quod ex Trid. subjungitur,
nam illius Patres non alia de causa adduxisse particulam illam
praesertim, quam ut indicarent Christum jam ante, et praesertim lo-
cis supra num. 8. indicatis, designasse modum, et formam hujus
sacramenti, ejusque institutionem veluti inchoasse; atque
insuper etiam in ultima coena, cum Apostolos in Sacerdotes
ordinavit, jam concessisse characterem, quem postea ad remit-
tenda peccata extensurus erat, itemque eos instituisse de
ritu, et modo, quo Poenitentiae Sacramentum ipsi erant mi-
nistraturi.

12. Ad confirmationem, seu ad factum D. Chrysostomi
ex S. Cyrillo hic Pon. et num. 6. respondet Palaus, ipsi absenti, sicut
et reliquis Discipulis, qui cum Apostolis congregati eo tempore non
erant, per Spiritum Sanctum datam fuisse potestatem remitten-
di peccata; eo fere modo, quo, ut habetur Numer. 11., Eldad, et
Medad, duobus ex septuaginta senioribus, quibus Deus auferens
de spiritu Moysis contulit, dedit spiritum prophetandi, et
permansit in castris, et adeo non aderant cum aliis, qui ipsi
[illegible] stare fuit circa Tabernaculum. Ex quo jam non se-
quitur, nunc etiam absentes ordinari posse, quia pro sua
[illegible] aliter statuit Christus, qui pro se habebat potesta-
tem excellentiae; ideoque ipsi licebat ordinare prout volebat.

13. Ad id vero quod additur, non una est
[illegible] responsio. Plures enim [illegible] apud Palaum loco ci-
tato num. 5, existimant tempus Passionis, mortis, ac Resurrectionis
Christi Domini pro uno, eodemque morali tempore, et termino re-
[illegible], patientisque Christi sub-
[illegible] ad Synagogam [illegible], et provisio illa [illegible]
[illegible] referri ad utrumque tempus, quo lex nova orta est et a-
[illegible] expressa doret, legem scriptam non ante, sed tantum Pen-
tecostes expirasse. Hoc autem responso dato jam patet argu-
mentum oppositum ad ejusdem instantia non urgere. Secundo
dato, ut et ego dicebam in Tract. De Legibus [illegible] §. 1. a num.
141, quod vel in ipsa Christi morte lex vetus cessaverit, seu expiraverit

adhuc argumentum non urget. Nam hoc, quod est, veterem legem aboleri, atque Evangelicam succedere, non importat, legem evangelicam quoad omnes, et singulos sui partes vel in veteri lege adumbratas, et figuratas exstitisse, cum saltem ipse Christus vel post resurrectionem, saltem post Ascensionem nullam legem ferre potuisset: quod tamen est contra aperta Scripturarum testimonia, et praesertim contra illud Joan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. et propterea ut cesset umbra, et figura, necesse non est, ut statim veritas adveniat, ut vel patet ex eo, quia cum vel in veteri lege adumbratus fuerit adventus Spiritus Sancti super Apostolos die Pentecostes, statim a morte Christi Spiritus Sanctus super Apostolos descendere debuisset: item et constat ex eo, quod vel ipsa figura, et figuratum simul esse possunt, ut vel ipsum exemplum Circumcisionis, et Baptismi ostendit, utpote cum licet Baptismus a Christo ante mortem institutus fuisset, adhuc urgebat praeceptum circumcisionis. Atque haec circa sacramenti Poenitentiae institutionem, ex quibus dicere aggredior de ejusdem necessitate. Unde sit.

Caput Tertium.

De necessitate Sacramenti Poenitentiae.

4 Poenitentiae sacramentum omnibus lapsis in peccatum aliquod mortale post Baptismum susceptum esse medium necessarium ad amissam justitiam recuperandam, et per consequens ad aeternam salutem consequendam, constat ex Tridentino sess. 6 can. 29 sic definiente =: Si quis dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem, sed sola fide amissam justitiam recuperare sine sacramento Poenitentiae,.... Anathema sit =. Unde difficultas tantum esse potest circa necessitatis qualitatem, an videlicet talis necessitas sit medii, an praecepti tantum: pro quorum ideis habendis videatur De Trino fide can. 7. A. 1. a num. 244, dum interim.

15: Dico, Poenitentiae sacramentum vel in re vel in voto omnibus Adultis post Baptismum lapsis in aliquod mortale peccatum esse necessarium necessitate medii; et ideo talem peccatorem sine eo sacramento vel in re, vel in voto suscepto nullo prorsus modo in praesenti providentia salvari posse, ut laudatum Tridentinum sess. 14 can. 2 docuit comparans Poenitentiae sacramentum Baptismo in hunc modum =: Est autem hoc sacramentum Poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus =: et proinde sicut a nobis De Baptismo can. 1 A. 2 a num. 4 demonstratum est, Baptismus vel in re vel in voto omnibus adultis, post sufficientem Evangelii promulgationem est necessarius necessitate medii; ita et post Baptismum in peccatum mortale lapsis est necessarium Poenitentiae sacramentum. Quod etiam constat vel ex eo, quod nedum a SS. Patribus, ut a S. Hieronymo relato in Capit. secunda, De Poenit. Dist. 1, verum etiam ab ipso Tridentino Concilio citato sess. 14 can. 2 Poenitentiae sacramentum appellatur secunda post naufragium tabula: et ideo si

uti naufrago nulla spes salutis remanet, nisi naufragij tabulam recipiat; ita et nulla erit spes æternæ salutis peccanti post Baptismum, nisi re, vel voto ad Pœnitentiæ sacramentum recurrat.

16 Dixi autem: vel in re, vel in voto: quia ut dicebam De Divina Charitate Cap. 3 A. 3. à num. 55: certum est, Charitatem perfectam contritioni perfectæ associatam vel cum solo voto suscipiendi sacramenti habere vim justificandi peccatorem; et adeo antequam Peccator actu confiteatur peccata sua, et à Confessario absolvatur, ut pariter docemit Trid. Sess. 14 Can. 4 illis verbis =: Docet præterea, (sancta Synodus) et si Contritionem hanc aliquando Charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam =: Quod tamen ita intelligendum est, ut si deinde possit, suo tempore de facto peccator debeat peccata sua confiteri, cum Contritio in Lege nova non aliter peccata dimittat, quam per ordinem ad hoc sacramentum realiter suscipiendum, eo sane modo, quo quis non soluto pretio, sed tantum fide data de pretio solvendo emens rem aliquam illius jam traditæ dominium, et potestatem acquirit, obstrictus semper in obligatione præstandi pretium suo tempore. Atque hinc pro praxi tantum debitum esse fit circa qualitatem voti pœnitentiæ; et quandonam justificatus per contritionem debeat confiteri.

17 Ad primum autem quod attinet, nonnulli inter quos Honoratus Tournely De Contritione Q. 4. A. 4, contendunt, votum confessionis debere esse explicitum, et forte, ad hoc ut ipsa Contritio perfecta vim habeat justificandi. Quod evincere conantur non solum ex eo, quod Trid. citata Sess. 14 Cap. 4 expressam, facit mentionem de voto sacramenti Pœnitentiæ tanquam necessario contritioni, ut vim habeat justificandi: quod inutile fuisset, si votum vel implicitum, et generale sufficeret, cum certum sit, tale votum omnium Dei mandatorum includi in ipsa contritione atque ab ea nullo modo separari posse; verum etiam probant ex eo, quod votum medii, quod ex Divina ordinatione est omnino necessarium ad æternam salutem, debet esse diversum à voto rei, quæ tantum necessitate præcepti est necessaria; atque votum hujusmodi rei, nempe necessariæ tantum necessitate præcepti, debet esse saltem implicitum; et nec consequens votum rei necessariæ necessitate medii, debet esse explicitum, cum aliàs ab alio voto non discerneretur. Quod vel ex eo etiam ostenditur, quod votum rei necessariæ necessitate medij supplet vices talis rei ut existentis; et proinde singulari ratione debet esse distinctum à voto rei tantum necessariæ necessitate præcepti: quæ singularis ratio non habetur, nisi votum sit explicitum, et forte, ut patet; ergo &c.

18 Verum his non obstantibus, testibus Salmanticensibus hic Cap. 2 Pun. 3. num. 23; item Giribaldo, et S. Gregorio hic Cap. 1. Dub. 2. § 1. num. 437; opposita sententia communior est, et probabilior, et suadetur tum ex ipso Trid. loco supracitato docemente reconciliationem, quæ per contritionem obtinetur, non esse adscribendam ipsi contritioni sine voto sacramenti, quod in illa includitur: et proinde ad

justificationem obtinendam sufficit votum sacramenti inclusum in ipsa contritione perfecta, seu actu detestativo peccati super omnia propter divinam bonitatem absolutam: quod votum non est nisi virtuale, et implicitum: tum ex eo, quod si quis non habens notitiam sacramentalis confessionis super omnia detestatur, et doleat de peccatis suis ex motivo divinae bonitatis absolutae, dubio procul justificationis gratiam consequitur, etsi tunc votum, seu desiderium explicitum sacramenti non habeat, ut hoc necessario ejusdem supponat cognitionem; et per consequens votum explicitum sacramenti non est necessarium contritioni, ut vim habeat justificandi; justificabitur ergo, et qui post habitam sacramenti cognitionem veluti ejusdem immemor fertur in sua peccata per actum super omnia detestativum propter divinam bonitatem absolutam.

19 Atque hinc jam patet ad argumentum oppositae sententiae ex Trid.[o] desumptum; sicuti etiam patebit ad alia quae subjungerentur, si advertas ad discrimen, quod intercedit inter votum sacramenti Poenitentiae, et reliquorum praeceptorum. Quod discrimen est, quod votum poenitentiae in ipsa contritione includitur tanquam ejusdem constitutivum influens in ipsam justificationem: votum vero praestandi opera aliorum praeceptorum non includitur in ipsa contritione ut justificante tanquam ejusdem pars habens vim efficiendi justificationem. Est quidquid sit de hujus secundae sententiae veritate, adhuc prima erit practicanda, ut simus in modo, in quo existimatio non fuit lesa, atque prima sententia sit vere probabilis. Sed jam omnem secundi dubii solutionem, quae ut melius dari non potest, quam ipsum praeceptum sacramentalis confessionis exponendo, hinc sit

Caput Quartum.

De praecepto sumendi Poenitentiae Sacramentum.

Cum praeceptum obligans ad sacramentum poenitentiae suscipiendum aliud sit divinum, alterum ecclesiasticum, de utroque deorsum hic dicamus. Sit ergo

Articulus primus.

De Praecepto divino sumendi Poenitentiae Sacramentum.

20. Praemissis [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Ponitur hujusmodi dum esse [illegible] [illegible] [illegible] quovis [illegible] necessarium [illegible], atque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] necessario [illegible] [illegible] [illegible] divinum esse, [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] res omnino certa est, utpote in [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] Trid.[o] [illegible] 14 Can. [illegible] [illegible] [illegible] si quis negaverit, confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse [illegible] [illegible] aut dixerit modum secretae confessionis soli sacerdoti quam ecclesia [illegible] ab initio [illegible] observavit, et observat, alienum esse ab institutione, et mandato Xti, sed inventum esse humanum, anathema sit =. [illegible] [illegible] jam [illegible] [illegible] [illegible] Joan. 20: Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis [illegible] [illegible]

bentur sis; et quorum retinueritis retenta sunt. Nam, ut optime argu
unt Prid. Patres citata sess. 14. Cap. 5., eo in loco xtus Dominus ã ter-
ris ascensuris ad Coelos Sacerdotes sui ipsius Vicarios in terris re-
liquit, tanquam Praesides, et judices, ad quos deferantur omnia mor-
talia crimina, in quae xti fideles post Baptismum ceciderint; ita
ut ipsi pro potestate clavium remissionis, aut retentionis pec-
catorum sententiam pronuntient. et vero cum ipsis, cum manifestum sit,
tale judicium, incognita causa, exerceri non posse, neque ae-
quitatem in poenis injungendis servari posse, si duntaxat
in genere, et non potius in specie, et in numero à poenitente
peccata sua declarentur, omnino jam constat attenta xti
institutione fideles teneri ad Poenitentiae Sacramentum suscipi-
endum, adhuc ut suorum peccatorum veniam consequantur. Optime
et confirmari pt ex eo, quod si praeceptum confitendi peccata
sua Sacerdoti non ab ipso xto immediate, sed tantum ab ho-
minibus, seu ab Ecclesia institutum fuisset, cum sit praeceptum
admodum onerosum, et difficile, ab omnibus vel Catholicis univer-
saliter admissum non fuisset, sed saltem à potentioribus fuisset
reprobatum, et desuetudine alicubi abrogatum, ut saepe in dis-
tantis regibus, et in minus arduis, contingit, vel saltem aliquando
praecipue cum viris Principibus in eo dispensatum fuisset ab Eccle-
sia ut saepe in aliis Ecclesiasticis legibus fieri solet. Quod cum
nunquam factum sit, jam manifeste sequitur, tale praeceptum
esse Divinum, et quidem rigorosum.

Neque his obstat, quod vel ex laudato Tri-
[illegible] colligi non pt, Sacerdotes à xto constitutos esse judices
ad remittenda peccata, vel atque tales sint constituti, opus non sit
ad eos recurrere pro remissione peccatorum obtinenda; et proin
[illegible] non pt dari [illegible] obligans ad Sacramentum Poe-
nitentiae suscipiendum. Tum autem constat ex eo, quod Sacerdo-
tes hunc non essent tantum Ministri, et Dispensatores myste-
riorum Dei contra illud Apostoli 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo,
ut ministros xti, et dispensatores mysteriorum Dei. Item et
[illegible] non esse, qui peccata dimittit contra illud Isaiae, 43. Ego
sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates vestras; et proinde sicuti
cum Sacerdotes in Scripturis Sacris dicuntur salvare homines,
sicuti dicitur 1. Timoth. 4. V. 10; id non nisi in [illegible] improprio
accipi debet; ita et cum dicuntur remittere peccata. Alterum
vero suadetur ex eo, quod sicuti licet Sacerdotes vel essent
veri judices peccatorum venialium, non propterea sequitur
in fidelibus esse obligationem peccata venialia confitendi
Sacerdotibus; ita et dicendum est de [illegible] etiam gravibus,
et [illegible] etiam exemplo Regis, et Principis, qui licet
constituerit plures judices Ordinarios, adhuc tamen liberum est
[illegible] vel inter eos litem componere, vel immediate ad ipsum
Regem confugere, ita et dicendum est in casu nostro, quia
[illegible] liberum esse confugere pro suorum peccatorum
remissione vel ad ipsos Sacerdotes à xto Domino constitu-
tos, vel immediate ad ipsum Deum per actum contritionis
[illegible] cum et huic inde [illegible] promissa [illegible]
justificandi, nulla facta mentione confessionis sacramenta-
lis. Atque hinc [illegible] dicendum est praeceptum confessionis
[illegible] ab Ecclesia, nempe ab Innocentio III. anno 1198.

In Can. Omnis, de Pænit. et Remiss.; ut vel etiam ostendit factum Nectarii Patriarchæ Constantinopolitani, quod narrat Socrates lib. 5. Histor. Cap. 19., et Sozomenus lib. 7. Cap. 16., scilicet quod sacramentalis Confessio instituta fuerit occasione Novatianorum et deinde abrogata propter grave subortum scandalum.

22 Respondeo negando assumptum quoad utramque partem, de cujus priori probationem reporiendum est, objecta scripturæ testimonia evincere quidem, Sacerdotes non esse judices summæ, et divinæ independenti auctoritate pollentes, neque virtute propria, principali, ac independenti remittere peccata pœnitentibus: quod ultro conceditur: minime vero probare, non esse judices subordinatos, ac delegatos ab ipso Deo, et ut tales non pollere potestate minus principali vim habente remittendi peccata, ubi leges a Xto præscriptæ servantur; cum ex una parte certum sit Sacramentum Pœnitentiæ esse verum, et proprium sacramentum novæ legis, ut supra ostensum est, et ex alia parte, ut dixi in Tract. de Sacramentis in genere, pariter certum est, sacramenta novæ legis habere vim producendi gratiam ex opere operato ex quo etiam patet ad 2um, cui additur sacerdotes nempe... non posse salvatores hominum redemptione, seu satisfactione, et pretii solutione, quia solus Xtus est mediator inter Deum, et homines, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus; posse tamen dici salvatores ministeriales quatenus Sanguinis Xti tanquam veros ministros, et judices a Xto institutos pœnitentibus applicantes.

23 Ad secundam, vero partis probationem, quæ non dispensatos ex eo patitur, quia etiamsi ... tutione, notis et in ipsis divinis scripturis, et per ecclesiam manifestata venialia peccata aliis modis a sacramentali pœnitentia distinctis expiari, et remitti possent, et proinde pro eorum remissione opus non esse ad sacerdotes, tamquam tribunali sedentes recurrere: contra vero peccata mortalia post baptismo ... nonnisi per Pœnitentiæ sacramentum vel in re, vel in voto suscepto in præsenti providentia remitti nequeunt. Cujus ea ratio alias afferri potest: quia venialia peccata charitatem non extinguunt, et adeo hominis cor Deo non ligant; mortalia vero et charitatem extinguunt et hominis cor tali ligant, cujus ligaminis solutio in terris a Xto solis sacerdotibus commissa fuit. Atque hinc patet etiam ad exemplum Regis, seu Principis terreni, id nempe verum esse quia licet Rex plures judices sibi subordinatos instituerit, non denegavit tamen subditis suis jus intra se lites suas componendi, aut omissis judiciis inferioribus statim ad summum tribunal recurrere. Verum certum non est, ubi Rex decrevisset, lites nullo alio modo, quam per judices a se delegatos finiendas. Unde cum Xtus summus animarum Pastor, et judex nominem noluit (?) a peccatis solvi voluerit, nisi per sacerdotum ministerium, exemplum illud nobis ... hominum sortio, quæ neque infirmatur ex vi contritionis ad delenda peccata, cum hæc vis non sit adæquata, nisi contritioni votum sacramenti adjunctum, ut supra notatum est.

24 Ad alterum argumentum absolute negandum est, sacramentalem confessionem ab ecclesia fuisse

institutam. Nam Innocentius III. in objecto Capit. Omnis solum determinavit tempus annuae confessionis, cujus usus jam in ecclesia viguit usque a primis apostolorum temporibus. Quod vero ad Nectarij factum, non una est doctorum sententia, ut videre est apud Tournelij loc. cit. Q. 6 A. 2. Nonnulli enim a Nectario reipsa sublatam fuisse legem confessionis etiam secretae existimant; sed in hoc graviter peccasse contendunt. Alij totam Socratis narrationem gratis fictam in gratiam Novatianorum, quibus imprimis favebat, arbitrantur. Alij vero volunt, a Nectario tantum sublatam fuisse Poenitentiam publicam pro peccatis occultis: quod alij extendunt etiam ad publica peccata, et adeo existimant, Nectarium prohibuisse imponi poenitentiam publicam pro peccatis sive publicis, sive occultis. Alij tandem contendunt, a Nectario sublatam fuisse etiam ipsam confessionem publicam peccatorum occultorum, sicuti fieri solebat coram Poenitentiario ad id instituto, et proinde sive unum, sive alterum dicatur, tale factum non urget in praesenti. Sed jam videamus, quaenam personae tali teneantur praecepto? et quonam tempore debeant sacramentaliter confiteri?

25\. Circa primum autem dicendum est, relatum divinum praeceptum per se obligare quidem omnes, et singulos usum rationis habentes, et adeo etiam impuberes, qui aliquando fuerint baptizati, et post baptismum in aliquod mortale peccatum prolapsi fuerint; minime vero parvulos usum rationis nondum assecutos, et perpetuo amentes, et adultos, qui vel nondum baptizati fuerint, vel si jam baptizati fuerint, baptismalem gratiam per peccatum mortale non amiserint, licet in peccata venialia ceciderint. Ratio autem est, quia praeceptum divinum sacramentalis confessionis eos quidem obligat, qui ligati indigent, ut solvantur, et nullo alio modo, quam per Poenitentiae sacramentum possunt solvi: contra vero minime eos obligat, qui vel ligati non sunt, vel si ligati sunt, prius solvi debent alio medio distincto a sacramentali Poenitentia: Qui autem usum rationis habent, sive interim sint puberes, sive impuberes, et post baptismum graviter peccarunt, jam ligati sunt, et alio modo solvi non possunt, quam per sacramentalem confessionem vel in re, vel in voto susceptam, ut jam supra dictum est: Qui vero nondum habent usum rationis, vel si habent, gratiam baptismalem per peccatum mortale non amiserunt, licet venialiter peccaverint, de facto ligati non sunt; sicuti et qui nondum baptizati fuerint, sive sint parvuli, sive adulti, quantumvis rei plurimum peccatorum mortalium, prius solvi debent per baptismum: ergo etc. dico hoc circa primum.

26\. Circa secundum autem loquendo distinguendum est circa obligationem per se talem, seu quae oritur ex ipso praecepto, et inter obligationem per accidens talem, seu quae aliunde, quam ex ipso praecepto sacramenti Poenitentiae, provenit. Atque de primo loquendo dicendum est [illegible] baptizatum, usu rationis [illegible] sibi conscium peccati mortalis in [illegible] teneri sacramento Poenitentiae [illegible] tali, [illegible] vitae periculo [illegible], [illegible] mortem, [illegible] gravi morbo, imminente naufragio, [illegible] gressurus, in [illegible]

rogatione periculosa suscipienda, quando mulier est primo paritura, vel etsi alias peperit, partus difficiles experta est, quando quis merito timet, ne in amentiam incidat, aut hic, et nunc habens copiam confessarii praevidet, se in posterum per totam suam vitam non posse amplius confiteri, et hujusmodi. Ratio autem est manifesta, quia ex una parte certum est, divinum praeceptum sacramentalis confessionis saltem aliquo suam urgere obligationem in adulto baptizato reo mortalis peccati conscio, ut patet, cum alias tale praeceptum superfluum esset; et ex alia parte itam certum est, quod si aliquo tempore obligat, hanc obligationem urgeat in constituto in mortis articulo, seu juxta recentem sententiam nedum aegrotum, quem certo constat, agrotum esse moriturum, verum etiam, quem prudenti judicio morbus est graviter periculosus. Quod et ostendi fit ex eo, quod praeceptum divinum confessionis eo praecise tempore obligat, quo si non adimpleatur, vel nunquam amplius adimplebitur, vel saltem homo se exponit periculo valde gravi nunquam amplius adimplendi. Quod cum contingeret in casu nostro, dicendum est, tunc praeceptum urgere. Quae jam procedunt etiam pro eo casu quo quis reipsa in mortis articulo confessus fuisset, et post institutam confessionem iterum mortaliter peccarit, quia tunc etiam verum est adesse prudens periculum ex hac vita decedendi sine talis peccati confessione; et per consequens haberi non possit vera contritio conjuncta cum voto sacramenti suo tempore suscipiendi.

27. Dictum est autem in responsione: Adultum sibi conscium peccati mortalis: quia etiamsi reus solum venialium peccatorum in articulo mortis constitutus, per accidens confiteri teneatur, habita copia confessarii, puta ad scandalum vitandum, ... vel peccatum praesumptionis declinandum, ad sui ipsius deceptionem evadendam, ad se armandum contra tentationes, et hujusmodi alia, vi tamen divini praecepti confessionis non tenetur confiteri, cum talis moribundus reipsa ligatus non sit [illegible] alia remedia subsint pro venialium expiatione. Atque haec sunt, in quibus omnes conveniunt Doctores circa obligationem per se talem sacramentalis confessionis, licet discreparent in aliis, et praesertim circa obligationem praecepti extra mortis articulum, et praecipue an obligat statim a commisso peccato, aut saltem pro eo casu, quo merito timetur, ne peccati commissi quomodo obliviscatur [illegible] hic servandis.

28. Quaeres nunc an divinum [illegible] sacramentalis poenitentiae etiam extra casum articuli mortis suam urgeat obligationem.

Respondeo, quidquid aliter nonnulli existimaverint, omnino tenendum esse, adultum sibi peccati mortalis conscium nedum in mortis articulo, ut dictum est, sed etiam extra eum vi divini praecepti teneri ad sacramentalem confessionem nisi mortis periculum paulo post a commisso [illegible]. Quod in primis probari fit ex illo principio [illegible], quod nempe quando legislator praecipit [illegible], quando non determinat tempus, vult illud hominis dici non differri, nec expectare tempus extremum. [illegible] majori fit ex exemplo communionis sacramentalis, cujus divinum praeceptum non solum in mortis articulo, sed etiam [illegible] in vita per se obligat, ut [illegible] de Sacramentis [illegible] num. 24. [illegible] est eo, quod cum Christus [illegible] Poenitentiae sacramentum instituerit ea fine, ut [illegible]

tenerentur à recidivo, et ut qui per peccatum à Deo recesserat, in ejus gratiam rediret, ne in peccatis insordesceret, et induraretur, prorsus inverisimile est, Xtum tantum in articulo mortis ad illud suscipiendum obligare voluisse, nisi etiam dicere velis, tunc amplius dici non posse, Ecclesiae statuentem praeceptum annuae confessionis determinasse divinum praeceptum: quod cum sit contra Trid. Sess. 14. Cap. 5. versus finem, jam sequitur, divinum praeceptum Poenitentiae sacramentalis etiam extra mortis articulum obligare, et quidem saltem semel in Anno, et satis probabiliter plusquam semel in anno, sicuti obligat praeceptum divinum fidei, spei, et praesertim Charitatis, ut patebit legenti dicta de virtutibus Theologicis in suis propriis locis. Unde restat difficultas, an dictum praeceptum statim à commisso peccato obliget? Pro quo

29. Quaeres 2do, an peccator statim à commisso peccato vi divini praecepti teneatur conteri, et confiteri, ubi primum opportunam habeat occasionem?

Respondeo, circa hanc difficultatem, quae non de tempore physico, sed morali procedit, de tempore nempe, quo quis sine gravi incommodo se ad contritionem, et confessionem debitis cum dispositionibus peragendam disponere potest, in eo fere conveniunt Doctores, nimirum fieri reum divini praecepti Poenitentiae, et sacramentalis confessionis, qui sibi mortalis peccati conscius de die in diem suam differt confessionem, et conversionem, et ab animo, et re eam usque ad mortis articulum procrastinare mere censendus sit. Quod ostendunt nedum ipsae divinae scripturae, in quibus monemur accelerare Poenitentiam sub obtestatione divinae irae et indignationis superventurae, ut habetur Ecclesiast. 5. his verbis =: Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te =: verum etiam invicte probatur ex eo, quod, ut ostendi de 3a Divina Charitate Cap. 4. Ar. 1. § 2. à num. 118, divinum Charitatis praeceptum obligat ad ejus exercitium plusquam singulis quinquenniis, imo juxta communissimam sententiam saltem semel in anno, et probabilius plures per annum; et proinde cum sibi conscius peccati mortalis veram charitatem habere non possit, nisi peccatum suum super omnia detestetur, hinc manifestum fit reatum, qui ad notabile tempus suam conversionem, et contritionem differret, praesertim cum urgentius videatur praeceptum se reconciliandi Deo, quam praeceptum in eum tendens per actum exercitium amoris. Quod et suaderi potest ex eo, quod in extremum supremum tempus sui conversionem differens, quasi certo periculo suae aeternae damnationis se exponendum, ut praeter SS. Patrum auctoritatem patet vel ex ipsa ratione, et experientia, qua constat, moribundum perturbari ex praesentium, praeteritorum, ac futurorum consideratione vi morbi et acerbitatis impediri, daemonis suggestionibus urgeri et habitu peccaminoso velut trahi ad malum, ita ut conversio extra Divini auxilij extraordinarij merito censeatur impossibilis. Atque hinc dubium tantum esse potest circa eo casu, quo quis, primo morali tempore poenitentiam non agit de peccato suo, neque illud confitetur, sed ad aliquod tempus differt.

30. Circa hoc autem plura sunt Doctorum placita. Quamplures enim, et quidem magni nominis Doctores

stant ab obligatione poenitentiam agendi, et confitendi, ut primum peccator commode potest, imo et, si hoc non fiat, toties, quoties memoria peccati occurrit. Contra vero longe plures innixi auctoritate Angelici Praeceptoris in 4to dist. 17. q. 3. a. 1. quaestiun. 4. talem obligationem poenitendi, ac confitendi statim a commisso peccato denegant; ita tamen ut in diversas abeant sententias, dum volunt tempus assignare, ut nonnulli volunt, sibi peccati mortalis conscium teneri primo festivo die a commisso peccato conteri, et confiteri, si tunc habeat opportunitatem. Quod nimium aliis videtur, et propterea pro contritione, et confessione mensem assignant; imo et plures sunt, qui quamvis facile concedant, peccatorem ultra annum differentem sui conversionem, et sacramentalem confessionem graviter peccaturum in divinum praeceptum confessionis, non tamen audent damnare eum, qui intra annum peccata sua debito modo sacramentaliter confiteatur. In hoc dissidio cum probabiliori sententia placet statuere sequentia.

31. Dicendum itaque est primo, divinum praeceptum sacramentalis confessionis per se non obligare peccatorem sibi peccati mortalis conscium ad conterendum, et sacramentaliter confitendum primo morali tempore, quo fit, et eo minus toties, quoties peccatum memoriae occurrit. Ratio autem ea praecipua videtur esse, quod divinum praeceptum conterendi, et confitendi peccata post baptismum commissa non est negativum, sed positivum, et proinde non obligare semper, et pro semper, seu quovis tempore, sed tantum determinato, et stabilito tempore: Hoc autem determinatum, et statutum tempus nequit dici esse illud, quo primo a commisso peccato peccator commode fit conteri, et confiteri, et hoc, tum quia id adversatur communissimae praxi tum poenitentium, tum confessariorum etiam piorum, et doctorum, utpote cum primi non soleant se accusare de dilatione suae poenitentiae, et conversionis, atque tempore illo intermedio inter peccatum commissum, et confessionem, quam instituunt, potuerint forte etiam pluries conteri et confiteri; item et confessarii non soleant de eo interrogare: Quod tamen utrique facere deberent, utpote cum illa dilatio novum peccatum, et quidem et specie, et numero distinctum a peccato commisso, v.g. a blasphemia, vel furto importaret. tum quia praeceptum obligans statim a commisso peccato conteri, et confiteri nimis durum, et difficile sit, et [illegible] noxiis [illegible], quae salutem animarum afferant, ut spectata hominum fragilitate vix sit qui illud adimpleat: et tertio. Sicuti praeceptum Baptismi non obligat adultum ad statim baptismum suscipiendum, atque eius necessitatem cognoverit et de necessariis instructus fuerit, ut dictum est de Baptismo can. 1. §. 2., ita et de Poenitentia dicendum est, ut haec non sit magis necessaria, quam ipse Baptismus.

32. Dicendum est secundo, quod quamvis divinum praeceptum contritionis, et sacramentalis Poenitentiae obliget virum conscium peccati mortalis ad non differendam eius conversionem, et sacramentalem confessionem saltem ultra annum; non tamen per se obligat primo die festivo a patrato peccato.

Atque quoad primam partem constat ex supradictis num. 29. Quoad secundam verò suadetur, tum ex contraria fidelium praxi; tum ex eo, quod opera die festivo praecepta, inter quae est attenta, et devota auditio Missae, vacatio orationi, et piis exercitiis vitae christianae, praestari possunt etiam à peccatore; tum denique ex eo, quod istâ ratione peccatores esset eos retrahere à Sacrificio Missae, cui non interesse potius eligerent, quàm ad illud se parare sacramentali confessione; et propterea sicuti vi divini praecepti non videtur obligandus ad statim conterendum, et confitendum etiam data opportunitate, qui die festo post auditam Missam graviter peccavit; ita et qui diebus antea ad diem festum peccavit. Atque hinc pro praxi potius suadenda est ea sententia, quae rem totam arbitrio prudentum relinquit, praesertim cum Ecclesia vel sciens dissidium Doctorum in hac re contenta sit praecipere, ut peccator saltem semel in anno confiteatur.

33. Neque obest, si contra hactenus dicta objicias primò, quod, ut docet S. Thomas, peccatori nullo modo liceat in peccato permanere; imò, ut communiter dicunt SS. Patres, peccator tenetur perpetuam agere poenitentiam de peccato suo: 2dò, quia qui statim à peccato commisso poenitentiam agere renuit, exponit se periculo proximo in nova peccata prolabendi, cum sit hostis Dei, qui ideò subtrahat gratias suas actuales, et sinat peccatorem sui peccati pondere trahi in alia peccata, ut docent SS. Patres, et praesertim S. Gregorius in Ezech. Hom. 11; verùm etiam aeternam damnationem incurrendi, cum innumera semper, et quovis tempore vitae, pericula nobis immineant: 3tiò quod ex charitate, qua diligimus proximum, et nosmetipsos, obligamur, et tenemur nobis, et proximo succurrere statim, ac gravi aliquo morbo temporali gravamur; à fortiori ergo tenemur statim à peccato commisso resipiscere, cum peccatum sit gravius malum quocumque morbo corporali, et hoc praecipuè etiam, quia aliàs reipsa eligeremus continuatam privationem animae nostrae, et vellemus perseverare in odio Dei, et in Dei inimicitia; et proinde sicuti qui vult perseverare in bono habituali, bonum opus facit; ita et malum facit, qui vult persistere in ipso peccato jam malo saltem habituali, ut patet etiam exemplo illius, qui potens impedire proximum suum, ne maneat in peccato, eum non impediret sed esset causa, ut in peccato persistat; sicuti namque ille causâ peccavit, ita et peccaret, qui vellet in peccato persistere: 4tò, quia peccatum mortale est gravis injuria in ipsum Deum; et proinde sicuti qui alium vel in fama, vel in bonis temporalibus offendit, tenetur statim, ac fit, injuriam compensare; ita et qui Deum offendit, tenetur statim ad ipsum converti; idque eò magis, quia peccator aliter se gerens censetur ipsum Deum contemnere, sicuti de facto suum Regem contemneret, qui statim ab injuria ipsi illata non studeret modo, quo ipsum mitigaret: Tandem quod non solùm, qui fidem amisit, sed etiam qui primo tempore usum rationis acquisivit, debet statim in Deum tendere per actus virtutum theologicarum, ut de virtutibus theologicis loquendo à nobis ostensum est; à fortiori ergo tenebitur statim converti ad Deum, qui per peccatum mortale ab eo recessit.

34. Respondeo, circa 1um distinguendum esse inter permanentiam in actuali voluntate peccandi, et inter permanentiam meram negativam in peccato habituali, quatenus peccator nullo affectu habito erga peccatum commissum praecise non afficit se illo conteri, et confiteri. Illa quidem permanentia, de qua loquitur S. Thomas, peccaminosa est, minime vero secunda. Ex quo etiam patet ad perpetuitatem poenitentiae, poenitentia scilicet nostra juxta SS. Patres debet esse perpetua, vel quatenus cum quotidie peccamus, semper poenitentiae indigeamus, vel quatenus poenitentiam semel habitam nunquam retractare debeamus, nec directe, volendo nempe non poenituisse, nec indirecte actum peccati repetendo: Non debet autem esse positive perpetua, seu quatenus quovis tempore nos actu poeniteat commissi peccati.

35. Ad 2dum item distinguendum est inter periculum proximum, et inter periculum remotum prolabendi in nova peccata, et incurrendi aeternam damnationem: illud 1um quidem vitare debemus; non autem secundum, quod solum imminet, ubi quis ad notabile tempus non differt conteri, et confiteri, cum ex una parte neque Deus soleat peccatoribus statim a commisso peccato subtrahere ordinaria auxilia suae gratiae, neque daemon habeat dominativam potestatem in voluntatem peccatoris, cui adhuc sua manet libertas, neque peccatum habituale secundum se trahit ad novum peccatum; ex alia vero parte pericula vitae, quae nobis impendent, talia non sunt, ut seclusa speciali morbi ratione quovis tempore nobis mortem improvisam prudenter timere debeamus, cum casus mortis improvisae sanis occurrentis non sint ita frequentes, ut prudens dubium gignant.

36. Ad 3tium attendendum est, an morbus corporalis, quo nos, vel proximus opprimitur, sit talis, ut secum afferat proximum, seu probabile periculum, ne nobis, aut aliis immineat aliud grave malum, vel ne fiat incurabilis, vel ne impediat ab aliis actionibus praeceptis, aut hujusmodi? an vero hujusmodi periculum secum non trahat? Si illud 1um eveniat, verum est, quod statim remedium esse quaerendum, secus vero, si secundum tantum contingat, prout docet [illegible] Praeceptor loco supra citato ad 3um inquiens: Non est de necessitate salutis corporalis, quod infirmus statim medicum quaerat, nisi quando necessitas curationis incumbit, et similiter est de morbo spirituali. Unde cum in casu nostro peccatori ex eo, quod statim a peccato non resipiscat, grave aliud damnum spirituale non immineat, paritas non urget; similiter non urget exemplum petitum a conventione paterna, cum haec urgeat solum pro eo casu, quo, nisi statim fiat, verendum timeatur ne proximus vel aeger necesse [illegible] non poeniteat, vel aliter sibi simile damnum accedat.

37. Ad id, quod in confirmationem subjungitur, pariter distinguendum est inter casum, quo quis continuat possessionem animae suae, actu ipsam complendo, aut positive volendo, et inter casum, quo quis eam jam positam modo negativo tantum permittit, usquedum senserit se obligatum ad illam removendam: Illud primum tantum Divina lege prohibitum est; secus vero secundum, ut per se patet. Ex quo et patet ad aliud de perseverantia in odio, et inimicitia dei, vetitam

scilicet aut tantum perseverantiam positivam, qua nempe quis vult actu peccare, aut de peccato jam facto sibi complacet; non autem perseverantiam negativam, qua quis praecise differt ad aliquod tempus suam conversionem. Neque perseverantiam peccaminosam probat exemplum de eo, qui in bono tantum habituali persistit; cum ibi supponatur interveniens actus voluntatis approbativus talis boni; secus vero in casu, quo quis tantum persistit in malo habituali praecise differendo poenitentiam. Et ex his ad ultimum exemplum, quod urget solum pro eo casu, quo permanentia proxima in peccato est positiva; secus vero, ubi tantum est negativa, tum tota consisteret in dilatione conversionis. Et proinde ut argumentum urgeat, paritas institui deberet circa negativam persistentiam proximam in peccato, at hanc permittere nullum peccatum sit, argumentum nostrum potius firmat sententiam.

38. Ad quod nonnulli existimantes, peccatum non habere rationem injuriae stricte talis, sed tantum late talis in ipsum Deum, hinc cum restituendi obligatio sequatur tantum ex laesione justitiae stricte dictae, deinde respondent non urgere exemplum de laesione proximi sive in fama, sive in fortunae bonis. Quod tamen alij negant admittentes jus strictum Dei respectu creaturarum. Atque hinc dicunt, injuriam etiam stricte talem non tantum fundare obligationem statim restituendi, quoties [illegible] de facto est continuatio in effectu pergeret nocere, cum tunc de facto est continuatio injuriae et propterea cum nulla injuria in effectu nocere possit Deo in se illapsui damni, vel incommodi, ratione illius injuriae non fit Dei adaequate obligatio se statim a peccato convertendi Deo. Quamvis si ex poenitentiae dilatione novum damnum extrinsecum oriatur Deo, fateantur omnes, per accidens fore obligationem statim poenitendi. ...

39. Neque urgeat, quod [illegible] circa contemptum, cum hoc dico falsum sit, neque efficaciter probatur Regis terreni exemplo. Nam cum homines non introspiciant cor, ea, quae sunt hominis ad hominem, perspici debent secundum id, quod extrinsecus apparent; et proinde cum dilatio petitionis veniae, extrinsecus denotet persistentiam voluntatis in proposito jam manifestato, merito censetur perseverare in Regis laesione, qui ad eum per veniae petitionem non recurrit: e contra vero cum Deus introspiciat [illegible] cordis nostri, atque homo cum peccaverit, possit in corde suo jam resipiscere in voluntate peccandi, et sibi complacere de commisso peccato, vel proposito mutato cogitare de sui conversione, licet debite non [illegible] ex eo, quod existimet, se hic, et nunc non teneri, etc. hoc in Deum non sit contumeliosum, jam non poterit dici Deum contemnere, qui ad aliquod tempus suam conversionem differt. ... Ad ultimum omisso, quod etiam concesso

40. antecedenti negatur consequentia, et [illegible] tale argumentum [illegible] in nostris [illegible] non urgeat, eo quod assignari disparitas; quia beneficium creationis, ac [illegible] rationis [illegible] exigit, ut quo primo Deus a nobis cognoscitur, ibi eum veneremur per aliquas virtutes praecipuas, quae sunt virtutes Theologicae; quod dici non fit de actu poenitentiae, utroque cum

tus veluti compatiens nostrae infirmitati contentus sit, ut diu conversionem non differamus. Caeterum loquendo de fide aliud sit discrimen assignari, quod talis virtus nedum est maxime necessaria; sed etiam est prima, et radix caeterarum, sine qua nullus actus supernaturalis elici sit; immo qui expresse neget veritati revelatae sibi sufficienter propositae, non videtur posse excusari ab infidelitate, vel saltem a dubio circa revelata; contra vero ex eo, quod quis hic et nunc actum poenitentiae non elicit, non sit dici habere voluntatem peccandi, aut affectum habere erga peccatum. Atque haec circa propositum dubium satis probabiliter dicta sint, quamvis in praxi velim oppositum sententiae jam satis probabilem ab omnibus suaderi. Et hinc

41. Quaeres 3tio, an ubi merito timetur oblivio alicujus gravis peccati commissi, si ad aliquod tempus, v. g. Paschale confessio differatur, ante illud adsit obligatio confitendi?

Respondeo, quidquid aliter senserint vel plures Doctores ex ea praecipue ratione, quod ex una parte absolute, et simpliciter dici non possit, omni praecepto confessionis satisfacere, qui semel in anno in Pascha peccata sua debito modo confiteretur: Quod non est asserendum, cum Sancta Ecclesia per suum praeceptum non satis consuluisset praecepto Xti; et ex alia parte nemo teneatur confiteri nisi ea peccata quorum post diligens examen recordatur, ut colligitur ex Trid. Sess. 14 Cap. 5; et proinde subjicit, ut peccator firmum habeat propositum confitendi suo tempore omnia peccata quorum memoriam habebit post debitum examen a se institutum; respondeo, nunquam in laudato casu adesse obligationem confitendi, antequam prudens oblivionis periculum eveniat, prout nunc docent quamplures Theologi cum Auctoribus Cathechismi Romani Part. 2. de Sacramento Poenitentiae num. 45. his verbis =: Atque idem omnino servare oportet (hoc est confiteri), cum veremur, ne nos alicujus culpae, quam admisimus, oblivio capiat =. Ratio autem est, quia fideles vi divini praecepti confiteri tenentur sua peccata, verum etiam curare debent ut confessio sit integra quantum fieri sit. Quod non faceret ille qui tunc non confitetur, quando prudenter timet ne sui peccati gravis obliviscatur. Atque haec circa obligationem per se talem confitendi peccata sua attento divino praecepto dicta.

42. Quaeres 4to, an praeter casus hucusque recensitos aliquis de jure teneatur per accidens obligatione sacramentalem confessionem instituendi?

Respondeo affirmative, et quidem casus in particulari ex dictis de Eucharistia Cap. 7. § 2. a num. 156 constat, tum Sacerdotem sibi peccati mortalis conscium volentem sacram conficere Eucharistiam, tum laicum ad eam accedere volentem teneri per sacramentalem confessionem sui probationem facere; sicuti ex dictis de Sacramentis in genere Cap. 5. A. 2. a num. 192 notat, ministrum sacramenta conficiendo, aut faciendo alias functiones sacras, ad quas status gratiae requiritur, juxta satis probabilem sententiam teneri, nempe

debere se parare per sacramentalem confessionem; etsi tamen, ut op-
portet, sententia asserens tunc sufficere se per contritionem per-
fectam disponere, sua practica gaudeat probabilitate. Quibus ad-
sibus et illud addendum est, nimirum teneri ad sacramentalem con-
fessionem accedere, qui sibi persuasum habet, se moraliter vi-
tare non posse aliquod determinatum peccatum, v.g. odii, luxu-
riae, furti &c., nisi ad Poenitentiam accedat, monitisque Confessa-
rii adjuvetur. Quod patet vel ex eo, quod cum quilibet teneatur
vitare peccata, hoc ipso etiam tenetur ponere media ad id
consequendum necessaria; quale medium in casu reputa-
tur Confessio sacramentalis. His autem ita expositis pro hujus
materiae complemento   Quaeres ultimo, an, et quomodo Medici
43 teneantur aegrotos, quos inviserint, de sacramentali Confessio-
ne monere?   Respondeo, nemini nunc dubium esse de
Medicorum obligatione, monendi scilicet infirmos, quos inviserint,
de sacramentali confessione statim instituenda, cum satis
clarae, et manifestae sint juris Constitutiones id severe praeci-
pientes, ut inter caeteras patet ex Capit. Cum infirmitas, De
Poenit. et Remissionibus, ubi Innocentius III sub poena privatio-
nis ingressus in ecclesiam districte praecipit Medicis corpo-
rum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia mone-
ant, et inducant, quod animarum Medicos advocent, ut postquam
fuerit de animarum salute provisum, ad corporalis medicinae re-
medium salubrius procedatur. Quibus omnino consona statuit
Clemens V. in Concilio Ravennatensi II. an. 1311. Rubrica 15. et S.
Pius V. in Constitut. Supra gregem, in qua renovans a suis Prae-
decessoribus constituta nonnulla subjungit, et primo, ne Medici
tertia die ulterius visitare aegrotos, qui confessi non fuerint,
ex certo solo casu, quo longius tempus infirmo concesserit
Confessarius ob aliquam rationabilem causam, et hoc ita quod
ut de confessione facta ipsis Medicis constare debeat per
fidem Confessoris in scriptis factam: 2do, ut praeter poenam
privationis ingressus in Ecclesiam Medici contravenientes
sint etiam infames, et gradu Medicinae priventur, et a Colle-
gio Medicorum ejiciantur, et poena pecuniaria arbitrio Ordina-
rii mulctentur: 3tio praecipit, et mandat, ut nullus posthac
ubique locorum in Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet
medicandi facultas a quovis Collegio, et Universitate non con-
cedatur, nisi omnia contenta in sua Constitutione, medio illius
juramento coram Notario publico, et testibus, in eorum manibus,
aut Ordinarii facto observare promiserit. Unde de praefata
ea obligatione etiam nunc temporis vigente nullo modo li-
cet dubitare, et ita quidem, ut etiamsi ea sancita sit in
lege Pii, contraria consuetudine non possit dici abrogata,
quemadmodum dicitur censuisse nonnulli, ut sapienter animadvertit
Benedictus XIV. in Notificatione 22. id probans ex eo, quod
contrariae consuetudini etiam vigenti jurandi observantiam
in omnibus Medicorum Collegiis nonnisi inter abusus recensi-
ri.   Quamvis tamen haec veluti extra controver-
44 siam sint posita, quaeri et quaenam contra nonnullos admitten-
dum sit, primo sufficere pro observantia Pontificiis Constitutioni-
bus, ut Medici aegrotum moneant per personam idoneam

ut confiteatur cum hic valeat regula juris: Qui per alium facit,
per se ipsum facere videtur; praesertim ubi persona monens
est fide digna, et nomine Medici se loqui protestatur: secundo
et sufficere testimonium aliorum absque Confessarii scripto, ubi ii
testentur de confessione ab infirmo facta, et fide digni sint,
cum tale testimonium aequivaleat fidei in scriptis à Confessario
factae: tertio monitionem necessario à Medico faciendam non
esse, ubi ipse moraliter certus sit, aegrotum esse in bono
statu, seu esse in gratia; difficultas tamen est pro casu, quo infir-
mus pervicax est, seu renuit confiteri, et circa morbi qua-
litatem, qui Medicum adstringit ad infirmum monendum de
faciendo confessione. Circa primam autem difficultatem indi-
45. gantes attendendum erit, an morbus talis sit, ut, si infirmus
confiteri nolens à Medico deseratur, in mortis periculo non
levi versaretur: an è contra tale mortis periculum non im-
mineat. Quamvis enim maxime in Medicorum copia ad-
mittendum videatur, Medicum teneri deserere infirmum
pervicaciam confiteri respuentem, ubi ex medelae omissione
morbus non ita ingravescat, ut prudens mortis periculum
immineat, sed solum longior fiat, quia tunc non adest incom-
modi exemptio ab observantia legis Pontificiae; non tenetur
tamen, immo deserere aegrotum non debet, ubi ex medelae cessa-
tione morbus ita crescat, ut mortem allaturus praevideatur,
sicuti, teste laudato Summo Pontifice Benedicto XIV. loco citato
num. 17., communis Theologorum, et Canonistarum sententia
docet, quia secus relata Pontificia Decreta Charitati adver-
sarentur, maxime ex eo, quod tali infirmo adimeretur
occasio, ut, cum convaluerit, converteretur. Haecque sententia om-
nino tenenda est. Circa secundam vero difficultatem
46. quamvis omnes Doctores conveniant, Medicum teneri mo-
nere infirmum de confessione facienda, quotiescumque
morbus secum affert nedum periculum certum, sed etiam
prudens, seu valde probabile mortis, utpote cum per se lo-
quendo aegrotus versetur in gravi necessitate spirituali,
atque unusquisque etiam ipso naturali, et divina lege positiva
attenta, teneatur succurrere suo proximo tali necessita-
te laboranti, ubi absque notabili suo incommodo leva-
men praestare sit, sicuti de facto contingit in casu nostro;
quamvis, inquam, in hoc conveniant Doctores, diversimode
tamen sentiunt pro casu, quo morbus de facto secum non trahit
certum mortis periculum. Plures enim viri, Pontificias Con-
stitutiones locum habere tantum in morbis de facto pericu-
losis, vel cum summum in morbis, de quibus merito dubitatur,
an sibi grave mortis periculum conjunctum habeant, et inveni-
unt, monitioni locum non esse, ubi manifestum est, morbum
non esse periculosum. Quod probant nedum ex ipsa praxi, quae
de facto constat, Medicos nullo modo monere aegrotos mini-
mum vitae suae periclitantes, verum etiam ex eo, quod mens
Summorum Pontificum in praecipiendo Medicis ut infirmos quos
inviserint, moneant de confessione, non alia fuit, quam ut

nemo ex hac vita decederet, aut versaretur in periculo decedendi sine propria sacramentali confessione vitae, et recte instituta; et adeo facto, antequam morbus ita ingravescat, ut impediat debito modo confiteri. Quae tamen efficacia pluribus visa videtur, et propterea docent, in quocumque morbo Medicos teneri monitionem confessionis facere aegrotis, ad quos invisendos vocantur, utpote cum, ut dictum est, de jure naturali et divino esse monitionem facere in morbo periculoso, aut de quo dubitatur, an sit periculosus; atque Summi Pontifices in suis Constitutionibus voluerunt praescribere aliquid, quod est praeter jus naturale, et divinum positivum.

47. Verum alii longe plures, quibus adhaeret Benedictus XIV. in citata Notificatione num. 18. et 19., distinguentes inter morbum de lecto, aut dubie periculosum, et inter morbum gravem, etsi non periculosum, ubi medicinae auxilium adhibeatur, cujusmodi est molesta febris, etsi intermittens, et inter morbum spectatis omnibus levem, cujusmodi ubi aeger podagra, aut alio consimili affectu laborans, ut intra non ex necessitate, sed potius ex commodo lectum petierat, inter tales morbos, inquam, distinguentes docent, Medicum teneri monere infirmum necdum in morbo periculoso, sed etiam gravi, etsi minime periculoso; secus vero in morbo inspectis omnibus levi. Atque rem probant ex eo, quod in Concilio Lateranensi sub Innocentio III, quod refertur in supracitato Capit. Cum infirmitas, de Poenit. et Remissionibus, a Patribus Concilii suae Constitutionis ea praecipue ratio redditur, nempe monitionis confessionis faciendae a Medicis aegroto, quem invisunt, quod in aegritudinis lecto jacentes, cum eis a medicis suadetur, ut de Animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, unde facilius periculum mortis incurrunt: Et propterea cum hoc inconveniens certe sequeretur, si Medicus ex sectore posset uno monitione faciendo tempus, quo morbus est periculosus, aut talis probabiliter evadere posset, ut patet, jam omnino sequitur, de mente talium Patrum, hisce obligari Medicos ad monitionem etiam pro tempore, quo morbus vel tantum gravis est. Secundum vero probant ex eo, quod in morali hominum consideratione morbus spectatis omnibus levis perinde se habet, ac si non esset; et per consequens circa de facto nulla est obligatio faciendae monitionis hominis sano et leviter aegrotantibus. Hujusque sententia amplectenda videtur; quamvis aliter sentiant nonnulli conspicientes de iis, si Pontificia facultas non obligant, nisi secundum se sublata recepta, atque in quibusdam Provinciis ita intermittantur, ut evaderent tantum in morbis periculosis, cum hoc effugium num. 43. jam habuit validius rejectum. Unde sit

Articulus secundus.

§. Praecepto Ecclesiae sumendi Sacramentum Eucharistiae

48. Omnes, et singulos Baptizatos, et adeo etiam Haereticos et pueros doli capaces sibi conscios peccati gravis non confessi vi praecepti Ecclesiae, teneri ad saltem semel in anno nec initiatum

cum fructu Poenitentiae sacramentum, res certa est ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. celebrato, et relato in Capit. Omnis utriusque sexus, de Poenit. et Remissionib. his verbis =: Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, et injunctam sibi poenitentiam pro viribus studeat adimplere =. Quod decretum renovans Trid. Sess. 14. Can. 8. sic definit =: Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem ecclesia servat, esse impossibilem, et traditionem humanam a piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, et singulos utriusque sexus Christi fideles, juxta magni Concilii Lateranensis Constitutionem, semel in anno, et ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimae, anathema sit =. Quam Conciliorum determinationem extendendam esse et ad haereticos, et ad impuberes vel ante septennium usum discretionis habentes, et peccati mortalis reos, patet ex eo, quod sub nomine Christi fidelis venit is omnis, qui Christi fidem in baptismo professus est, et insuper ex eo, quod haereticus est vere subditus ecclesiae, et proinde et hunc leges ecclesiasticae comprehendunt, nisi per verba ipsius legis excipiatur. Loquendo vero de pueris vel nondum septennium habentibus patet ex eo, quod in dictis decretis sine ulla exceptione dicitur, teneri confiteri omnes, et singulos usum discretionis habentes. Quod etiam non pauci Doctores extendere ad casum, quo de usu rationis pueri dubitatur, si praesertim ad septennium pervenerit, cum tunc ex una parte praesumptio stet pro perfecto usu rationis, cum hic regulariter circa septennium habeatur, et ex alia parte vel ipsa peccata dubia sint materia necessaria sacramenti Poenitentiae.

49. Ubi et ad pleniorem relatorum canonum intelligentiam adnotandum est primo confessionem ab ecclesia praeceptam debere esse fructuosam, idest debitis associatam conditionibus, sicuti in simili diximus de Eucharistia supr. ult. A. 2. num. 246. de corporis Christi sumptione pro satisfaciendo praecepto communionis Paschalis, et constat ex propositione 14. ab Alexandro VII. proscripta, quae est hujus tenoris =: Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit praecepto ecclesiae =. 2do relatam obligationem esse gravem, ut constat ex gravitate materiae praecepti, tum ex poena gravi, quae transgressoribus infligitur, ut nempe vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, et moriens christiana careat sepultura. 3tio quod quamvis olim fuerit obligatio annua confitendi proprio Parocho, nunc tamen opus non esse, sed satisfieri praecepto ecclesiae, ubi confessio fiat cuicumque sacerdoti sive saeculari, sive Regulari ab episcopo loci ad audiendas confessiones approbato, ut pariter citato loco de Eucharistia sub num. 248. ostenderam, et pluribus summorum Pontificum decretis evincit P. Lucius Ferraris verb. Poenitentiae Sacramentum A. 2. num. 176., et P. Claudius Lacroix lib. 6. Part. 2. de praecepto confessionis num. 2029. et praeterea Alexander VIII. merito damnavit hanc ordine

20. propositio =: Confessiones apud Religiosos factae plerumque vel sacrilegae sunt, vel invalidae =: Verum et pro satisfaciendo praecepto ecclesiastico annuae confessionis opus non est tempore Paschali, aut in Quadragesima confiteri, quamvis per accidens, ratione vel communionis percipiendae vel scandali vitandi, tunc possit esse obligatio confitendi, ut communiter tenent Doctores, et constat vel ex verbis Lateranensis Concilii de communione sacramentali dicentis, hanc in Pascha fieri debere. De confessione autem ibidem simpliciter dici, quod saltem semel in anno quisque debeat confiteri; sicuti et constat ex Trid. loco supra citato tradente solum, ut in Quadragesima fiat confessio; et proinde non urget praxis, qua Parochi a Parochianis tempore Paschali soleant exigere testimonium confessionis, sicuti non urget Extravagans vicis Miss. de Treuga, et pace, ubi dicitur, quod de jure tenetur Parochianus saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti; quia tum praxis, tum textus juris ita explicari debet, sicuti patet ex contextu, ut saltem semel in anno Parochianus debeat recognoscere Pastorem suum; quod si non fecerit, hoc debeat facere in Pascha, de qua specialis mentio fit quia tunc temporis omnes solent confiteri, et si sunt in peccato mortali per accidens nempe ratione communionis faciendae debent confiteri. Verum quamvis haec facile ab omnibus admittantur, adhuc plura sunt, de quibus hoc in modo dubitant Doctores, pro quibus solvendis

50. Quaeres primo, an praeceptum ecclesiasticum annuae confessionis obliget etiam eos, qui tantum venialium peccatorum sibi conscii sunt?

Respondeo, totum dubium hoc, de quo in utramque partem sentiunt Doctores, versari circa obligationem per se talem, quae nimirum nascitur ex ipso ecclesiae praecepto; dum omnes ratione scandali alias obveniendi, aut ob evitandam ecclesiasticam censuram facile concedant, etiam reum tantum peccatorum venialium, ac neque dubitantem de mortali commisso teneri se saltem sistere proprio sacerdoti, et statum conscientiae suae aperire dicendo se nolle confiteri, eo quia se peccati mortalis reum non agnoscit. Loquendo itaque de obligatione per se tali complectenda videtur sententia negans obligationem saltem pro eo casu, quo post diligens praemissum examen nullum mandans dubium est de mortali peccato commisso, sed ea certitudo, quae in tali modo haberi potest, jam habeatur de non patrato gravi culpa. Quae quaeritur ex eo, quod cum sic annuam praecipiat confessionem non etiam majorem confessionem, quam eam, quae ex Christi institutione debita est; ut innuit Trid.[um] sess. 14 Can. 8 inquiens =: Neque per Lateranense Concilium ecclesia statuit ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino necessarium et institutum esse intellexerat, sed ut praeceptum confessionis saltem semel in anno, ab omnibus, et singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur =: Christus vero non venialium sed tantum mortalium peccatorum confessionem praecepit, ut supra ostensum est [illegible] [illegible] Concilium declaravit. Quod et confirmari potest verbis ipsis Lateranensis, et Trid. Concilii, in quo dicitur, saltem semel in anno

omnium suorum peccatorum confessionem faciendam esse: et proinde cum non venialium omnium, sed solum mortalium peccatorum confessio necessario facienda sit, laudatum praeceptum non respicit peccatorum venialium, sed mortalium tantum confessionem, ideoque sibi conscius peccatorum venialium tantum vi praecepti ecclesiae confiteri non tenetur. Ex quo et patet ad sensum praecipuum sententiae communiter, quod est, quod Lateranense, et Tridentinum Concilium indistincte omnes fideles obligat ad saltem semel in anno confitendum, illud nempe verum esse relate ad fideles sibi conscios peccati mortalis; sicuti et patet, non improbabiliter dici posse, sibi conscium peccati mortalis et venialium simul, constitutum in fine anni non teneri ad venialium confessionem, ubi a confessione mortalis excusatur ob imminens grave incommodum confessioni extrinsecum, sed absque ullo peccato posse confessionem differre quousque tali cessante incommodo integre possit confiteri; quamvis ceteroquin maximum discrimen sit inter hunc, et superiorem casum, quia nempe reus tantum peccatorum venialium ligatus non est [illegible], sicuti ligatus est reus peccati mortalis, qui propterea dici fit obligatus confiteri venialia, ut sic indirecte a mortali absolvatur. Verum quidquid sit de hoc, [illegible] practicando sentio [illegible] obligationem confitendi sola venialia, praesertim cum raro contingat, ut qui toto anno nunquam confessus est, aliquo peccato mortali saltem dubio non gravetur, licet in ejus memoriam non veniat; atque sic necessarium videtur, venialia aliqua confiteri, ut horum directa absolutio obtineatur, indirecta vero a mortalibus ignoratis. Sed

51. Quaeres 2do, an qui per totum annum plures confessus est sola venialia, vel etiam mortalia antiquis annis commissa, et rite, et recte confessa, ex praecepto ecclesiae teneatur in fine anni confiteri, si tunc ei contingat aliquod grave peccatum committere? Respondeo affirmative cum communiori sententia contra nonnullos. Ratio autem est quia, ut constat ex paulo ante dictis, praeceptum ecclesiasticum annuae confessionis non respicit confessionem peccatorum venialium, aut mortalium a quibus poenitens directe absolutus fuit, sed respicit confessionem peccatorum mortalium, quae nondum subjecta fuerunt ecclesiae clavibus, et directe absoluta non fuerunt, et proinde qui sola venialia, aut etiam mortalia ante rite, et debite confessa in confessionibus a se intra annum institutis patefecit, nondum implevit illud praeceptum, et per consequens si antequam annus elabatur ponat materiam necessariam sacramentalis confessionis, sicuti de facto ponitur in casu nostro, confiteri tenebitur, ut praecepto ecclesiae satisfaciat.

52. Neque his obstat, si dicas non teneri iterum intra annum confiteri, qui una simul cum peccatis venialibus confessus eo anno est peccatum mortale dubium, et eo magis si confessus est peccatum mortale certum eo anno commissum, aut ante anno invincibiliter oblitum in sacramentali confessione ab tunc rite instituta, etsi, antequam annus elabatur, contingat, ut mortaliter peccet, sicuti et non tenetur, qui mortalium confessionem instituit, in qua inculpabiliter aliquod mortale

omittit, quamvis ante anni finem illius recordetur, vel etiam in actu confitendi, si ex justa causa illud non patefecerit sacerdoti. Nam inter hos casus objectos, et inter casum, in quo difficultas procedit, manifestum discrimen procedit, cum in casibus illis vera sit, quod ponitur, fuerit actus ab ecclesia praeceptus, nimirum vera, et sancta confessio peccati, aut peccatorum mortalium; secus vero in casu nostro. Caeterum praefatumque in objectis casibus universim a Doctoribus non admittatur, sed negatur, satisfactum fuisse ecclesiae praecepto, loquendo de confessione peccati dubii vel ab iis, qui conciderint, adimplevisse legem ecclesiae, qui una simul cum peccato dubio confessus est aliqua venialia peccata quorum veram poenitentiam habebat, quia posita fuit confessio valida, et simul in eo peccatione quamvis est unum peccatum mortale dubium negatur satisfactum fuisse, ubi solum peccatum dubium fuit patefactum in confessione, quia cum tale peccatum potuerit non fuisse commissum, absolutio data est dubie valida atque per confessionem dubie validam non satisfit obligationi certae semel in anno confitendi. Quod et nonnulli asserunt circa ultimum casum, videlicet de eo, qui ex justa causa puta ob grave incommodum confessioni extrinsecum, omisit confiteri cum aliis gravibus culpis peccatum grave cujus conscientiam habebat in actu confitendi, quia praeceptum ecclesiasticum ita exponunt, ut illud obligat confiteri intra annum omnia peccata mortalia, quorum quis conscientiam habet, dum confitetur; et sic contendunt confessionem talis peccati faciendam esse antequam annus elabatur, si tale cesset incommodum. Verum quidquid sit de hoc, quod non audeo asserere.

Quaeres 3tio, quomodo computandus veniat annus pro adimplendo
53: praecepto ecclesiastico annuae confessionis.

Respondeo, plura excogitasse Doctores: et primo sunt nonnulli, qui existimant annum computandum esse a primo peccato mortali commisso. Alii vero ab ultima confessione. Et alii ab ipso usu rationis jam acquisito. Verum hae sententiae paucos habent sectatores, et de facto communi praxi, et sensui contrariae sunt, et proinde una ex sequentibus sententiis practicanda videtur, quarum prima docet, annum pro sacramentali confessione ab ecclesia praecepta ita computandum esse, ut incipiat a prima die januarii, et ultima die sequentis decembris terminetur, quia [illegible] in communi [illegible] nomine anni intelligitur illud spatium temporis, quod a prima die januarii usque ad ultimam diem decembris currit. Quamvis tamen cum nonnullis ita annum computantibus [illegible] non [illegible] satisfacere obligationi, qui hoc anno prima die januarii peccata [illegible] a se commissa confiteatur, et anno sequenti non [illegible] januarii [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] usque ad ultimam diem decembris [illegible] confessionem [illegible] quia [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non nimium [illegible] quia [illegible] est, quod intra [illegible] anni non confiteatur peccata sua. Altera vero sententia docet, annum pro sacramentali [illegible] computandum esse a [illegible] ad alteram [illegible] ut qui [illegible] confessione [illegible] hoc anno institutum non [illegible] ut [illegible] praecepto satisfaceret, [illegible] in sequenti [illegible] confiteri non [illegible]

sentia communior est et Ecclesiasticae consuetudini conformior est, utraque enim, ut supra dictum est ex Extravaganti Vices illius, de Treuga et pace, Ecclesiae Pastores tali tempore solent exigere à suis subditis confessionem, si ante eo tempore à Parochianis facta non fuerit. Cui sententiae non obest, quod Paschalis solemnitas modo tardius, modo citius celebratur; et ergo quod fideles aliquando tenerentur intra undecim menses bis confiteri, et quod aliquando ipsis spatium tredecim mensium concederetur, quia hoc ipsum militat pro Paschali communione, quam tamen intra quindenam Paschalem quolibet anno fieri debet. et proinde sicuti illud spatium quod inter unum, et aliud Pascha intercedit Ecclesiasticum annum integrum pro communione constituit, ita et pro sacramentali confessione. Hinc

54 Quaeres 4to, an sibi peccati mortalis conscius praevidens toto anno se non posse amplius confiteri, teneatur data opportunitate confitendi, praevenire?

Respondeo, hic tantum difficultatem esse posse pro eo casu, quo nondum annus inceptus est. Si enim annus jam inceptus est ut V. G. si admittatur, annum computandum esse a januario ad januarium, et Petrus sibi conscius peccati gravis, eo mense januario potens confiteri toto anno peregrinaturus est per infideles, ubi praevidet nunquam se habiturum copiam confessarii, nemini dubium est, eo tunc, scilicet januario mense teneri confiteri, ut Ecclesiae praecepto satisfaciat, quia tunc versatur est intra tempus, quo fit praeceptum adimpleri, et qui intra tale tempus est, mirum tenetur, si sit, opus praeceptum praestare, si praevidet, se deinde non posse praestare, ut vel patet exemplo illius, qui potens mane audire sacrum praeceptum, illud audire debet, si reliquo die audire se non posse praevidet. Unde difficultas est solum pro eo casu, quo nondum advenit tempus, quo praeceptum incipit suam urgere obligationem, ut si V. G. admittatur, annum incipere à Pascha, et ad Pascha terminari, Petrus sibi peccati mortalis conscius sit ante Quadragesimam confiteri, praevidens, se non posse deinde nisi post quatuordecim, vel quindecim menses confiteri. In quo variant Doctores. Quia in dubio ut in simili dico tamen de Eucharistia communione n. 2, mihi videtur dicendum tunc quidem adesse obligationem confitendi in ma... ... non hoc videatur suam urgere obligationem, cum ... confessio dicitur est differenda, saltem vero si praecise Ecclesiasticum praeceptum spectatur, quia nondum ... tempus quod ab eo respicitur; et adeo sicuti quis praevidens, se ... sacrum audire non posse, in festo ante praevenire non tenetur; ita et in casu nostro. Atque ... in eo qui ... peccatum reservatum habet, et nunc sit confiteri confessario habenti facultatem in reservata, et praevidet per totum annum se non posse obtinere confessarium ... his

55 Quaeres 5to, an qui toto, et integro anno omisit confessionem peccati, aut peccatorum mortalium teneatur in sequenti anno confiteri?

Respondeo, totam hujus dubii solutionem pendere à resolutione principii an totus, et integer annus sit ita determinatus pro confitendi obligatione ut sit terminus obligationis? an vero sit tantum determinatus ad urgendum; minime vero

ad hanc obligationem, sicuti in simili dicebam de Eucharistia loco supracitato à num. 251. de Praecepto Communionis in quindena Paschali; Atque hinc sicuti ibi de praecepto obligante ad communicandum in Pascha dicebam, non expirare cum quindena Paschali; et ideò sive ex impotentia, sive ex malitia non communicantem in Paschate teneri deinde communicare, et quidem toties quoties opportunitas deinde se offeret; ita hic contra nonnullos arbitror dicendum, sibi conscium peccati gravis sive ex impotentia sive ex malitia toto, et integro anno omittentem confiteri peccatum suum teneri in sequenti anno, cum primum commodè poterit et ita quidem, ut probabilius tot numero peccata committat, quot erunt occasiones opportunae, quas deinde ipse negligit. Eâ sanè ratione, quâ obligatus ad rem alienam restituendam tot numero peccata committit, quot habet opportunas restituendi occasiones, quas negligit. Haec omnia praeter rationes citato loco de Eucharistia insinuatas constant vel ex eo, quod vel integro anno elapso, et qualibet opportuna occasione praeterita non cesset finis praecepti, qui est, ne diu differatur reconciliatio cum Deo; et proinde nec cesset praeceptum vel jam

56. Quaeres 2dò, an qui praeceptum Ecclesiae saltem semel in anno confitendi transgressus est, teneatur toties confiteri, quot fuerunt transgressiones, vel saltem bis, ut nempe una confessione satisfaciat obligationi, quae anno, vel annis praeteritis erat, altera verò, ut satisfaciat praecepto hoc anno suam obligationem urgenti?

Respondeo, non posse vocari dubium, per integram confessionem omnium peccatorum, quae vel pluribus annis commissa fuerunt, sed non confessa, satisfieri in integrum omnibus obligationibus, quae illis pluribus annis urgebant, cum eo facto illa confessio quoad sui substantiam, et effectum aequivaleat pluribus confessionibus eò tempore instituendis; et proinde sicuti qui per decem annos singulos denarios solvere suo creditori tenebatur, et non solvit, si ultimo anno decem denarios solvit, per se in totum suae satisfecit obligationi, quia illa solutio decem denariorum ultimo anno facta aequivalet decem solutionibus unius denarii; ita et qui per novem v.g. annos culpabiliter omisit confiteri, si decimo anno integrè confiteatur, planè satisfecit praecedentibus omnibus obligationibus. Quare difficultas tantum est, an per illam confessionem v.g. sub anno decimo factam etiam satisfiat obligationi praesenti, qua illo anno decimo obligat confiteri? Quod non pauci magni nominis Doctores affirmant contra alios id negantes. Verùm in tanto dissidio amplectenda videtur tertia sententia inter utramque media distinguens inter casum, quo poenitens unà simul cum peccatis annorum praeteritorum confitetur peccatum hoc anno commissum, et inter casum, quo hoc anno nullum peccatum commisit, sed ideò peccata praeteritis annis facta tantùm confitetur. [illegible] illud [illegible], admittit et pro praeteritis, et pro currenti anno satisfieri unica integra confessione, quia, ut dictum est, haec integra confessio aequivalet pluribus confessionibus annis praeteritis instituendis et confessioni, quae hoc anno instituta. Est sufficiens pro adimplendo praecepto hoc anno urgente utroque; cum si annis praeteritis satisfecisset suae obligationi, ac ideò poenitens peccatum mortale hoc anno commissum, et nunc confiteretur, obligationi hujus anni proculdubio satisfecisset, quin postea [illegible]

cepti ecclesiae, deberet iterum confiteri, etsi, antequam annus elabatur, iterum graviter peccaverit. Si vero secundum contingat, adhuc manet obligationem denuo confitendi hoc anno, ubi accidat committi peccatum aliquod grave ante anni finem, quia praeceptum obligans intra annum confiteri maxime respicit confessionem peccatorum, quae tali anno patrata fuerint, ut per se patet: unde cum in confessione V.g. initio anni instituta, ut supponimus, tantum peccata annorum praeteritorum, minime vero peccata hoc anno patrata fuerint confessa, consequens est, teneri iterum confiteri, qui intra annum deinde mortaliter peccaverit. Atque haec circa ecclesiae praeceptum, quibus addendum esset aliquid circa causas ab eo excusantes, nisi de his in Tract. de Eucharistia Cap. 7. A. 1. à num. 268., ubi dicebam de causis excusantibus à praemittenda confessione sacramentali Communioni, dictum fuisset, et proinde, quae ibidem dicta et hic locum habeant, eo relegas, dum interim pro hujus materiae complemento

57. Quaeres ultimo, an qui rite dispositus peccata sua confessus est bona fide vel non habenti facultatem audiendi confessiones, vel etsi habenti talem facultatem, attamen simulate absolventi, vel vero injuste absolvere nolenti, praecepto ecclesiae satisfecerit? Respondeo, nonnullis videri, hunc suae obligationi satisfecisse, tum quia alias quis praecepto annuae confessionis bis ad peccata sua confitenda teneretur; tum quia qui ex parte praestitit, quantum potuit, et ponere debebat, pro satisfaciendo suae obligationi, satisfecisse videtur, nec dum ulterius à praecepto obligari. Verum opposita sententia omnino tenenda est, et dum ubi error deprehenditur, iterum facienda est confessio apud legitimum sacerdotem à peccatis, prout oportet, absolventem. Nam tum praecepto divino, tum praecepto ecclesiastico quod divini praecepti obligationem urget, non quaecunque confessio praecipitur, sed ea, quam valida absolutio sequatur; et proinde sicuti fur, etsi rem restituendam nuntio quantumcunque fidali existimato commiserit, adhuc restituere tenetur, si ille nuntius rem caro Domino non tradidit, sed sibi retinuit; ita et qui invalide confessus fuit, semper tenebitur confiteri pro praecepto confessionis adimplendo, ubi nullitas confessionis facta deprehenderetur. Sed jam ad alia pergamus. Sit ergo

Caput Quintum.

De materia remota Sacramenti Poenitentiae.

58. Quemadmodum in aliis sacramentis ita et in Poenitentiae sacramento materia proxima à materia remota, de qua nunc tantum agimus, distinguenda est utraque cum sola materia proxima, de qua supra egimus, sit ea pars ex qua sacramentum Poenitentiae constituitur, e contra vero materia remota est id, circa quod exercendum, et dirimendum ipsa Poenitentia versatur, eo fere modo, quo infirmitas et vulnus est materia remota Medicinae et Chirurgiae, et lignum est materia ignis. Porro hanc materiam remotam Poenitentiae esse sola peccata, certum est apud omnes Doctores Catholicos, et constat tum ex verbis formae hujus sacramenti, quae sunt haec: Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris etc. supra ostendimus; tum ex Trid. sess. 14. can. 3 et 4. item can. 3, et 4; et maxime difficultas est circa peccatorum qualitatem. Pro

quæ vitæ solvenda in primis distinguere oportet inter peccatum Originale, et actuale, et rursus de hoc loquendo inter peccatum actuale ante Baptismum commissum, ac inter peccatum post Baptismum factum; sicuti et distinguendum est inter peccatum mortale, et veniale, et inter mortale certum, et inter mortale dubium, et etiam inter mortale rite confessum, et directe absolutum, et inter mortale nondum confessum, nec directe absolutum. Deinde vero distinguere oportet inter materiam necessariam, et inter materiam tantum sufficientem sacramenti Pœnitentiæ. Materia vero necessaria est illud peccatum, quod tolli, et deleri in præsenti providentia non fit nisi per Pœnitentiæ sacramentum, vel in re, vel in voto susceptum. Materia autem sufficiens est illud peccatum, vel illa peccata, quæ ex Christi institutione necessario non sunt patefacienda in sacramentali confessione, vel eo quia aliis mediis deleri possunt, vel eo quia jam deleta sunt per ipsum Pœnitentiæ sacramentum. Quibus positis

59. Dico primo, quod quamvis neque peccatum Originale, neque peccata actualia sive mortalia, sive venialia ante Baptismum commissa, sint materia remota sacramenti Pœnitentiæ, reliqua tamen peccata sive mortalia, sive venialia, sive jam rite confessa, sive non confessa, sunt materia saltem sufficiens sacramenti Pœnitentiæ, ut cum D. Thoma 3 part. q. 84. A. 2. communissima, immo secundum plures certa tenet sententia, quæ quoad primam partem probatur tum ex Trid.º, tum ex Florentino Concilio. Illud enim pluribus in locis sess. 14, et præsertim Can. 1 de Pœnitentia dicit, esse sacramentum a Christo Domino institutum pro remissione peccatorum post Baptismum commissorum sic definiens =: Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia Pœnitentiam non esse vere, et proprie sacramentum pro fidelibus quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum; anathema sit =: Quod minus recte dictum fuisset, si vel peccata ante Baptismum commissa, Pœnitentiæ sacramento deleri possent. Florentinum autem in Decreto Eugenii IV. pro Armenorum instructione ait, effectum Baptismi esse remissionem omnis culpæ tum Originalis tum actualis, et etiam omnis pœnæ, quibus sane verbis palam innuitur pro illis peccatis, nempe ante Baptismum commissis, Pœnitentiam non esse institutam, sed tantum pro peccatis post susceptum Baptismum patratis: Sicuti etiam ostenditur, tum ex eo, quod sacramentum Pœnitentiæ dicitur secunda post naufragium tabula, tum ex eo, quod sacramentum Pœnitentiæ institutum est per modum judicii, quod certe exerceri non fit in eum, qui non est subditus, qualis est respectu Ecclesiæ omnis non baptizatus, vel si subditus est, exerceri non fit nisi pro illis actibus, qui tempore subjectionis facti fuerint.

60. Quoad secundam vero partem, quæ tantum difficultatem habere videtur circa venialia, et mortalia jam semel rite confessa et directe absoluta, quoad peccata venialia patet primo ex illis verbis Christi, Joan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quæ indefinita, et absque ulla restrictione inter mortalia, et venialia, absolute prolata: 2do ex Trid.º citato sess. 14 Can. 8. sic definiente =: Si quis dixerit, in sacramento Pœnitentiæ non licere confiteri peccata venialia; anathema sit =: et Cap. 5. sic declarante =: Venialia, quibus a Dei gratia non excludimur et in quæ frequentius labimur, quanquam recte, et utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum

nus demonstrat, taceri sine citra culpam, multisque aliis remediis remitti possunt =: Quae sanè verba indicant quidem, peccata venialia non esse materiam necessariam, invitto sine ostendunt, vel ipsa venialia ex se sola etiam esse materiam sufficientem Sacramenti Poenitentiae, quia saeius viri pij, qui tamen sola venialium ad poenitentiam solent accedere, sanctè, et utiliter non confitentur.

51. Quantum verò ad peccata mortalia vel etiam plurias confessa, et directè absoluta, praeter praxim universalem totius Ecclesiae, qua fit, ut Fideles vel maximè timorati, pij, et docti saepè generales confessiones instituant, ac peccata jam plures aliàs confessa iterum subjiciant Ecclesiae clavibus, ostenditur tum ex ipso jure, tum ex ipsa ratione; ex jure quidem, omnibus alijs omissis, ex Concil. Quem poenitet, de Poenitentia, Dist. 1. ubi dicitur =: Quanto pluribus confitebitur in spe veniae turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus jam possunt proficere, plus confitentibus parcere =: Et ex Benedicto XI. in extravaganti communi: Inter cunctos, de Privilegijs, ubi cum dixisset quod ille, qui semel confessus, et absolutus fuit etiam à Religioso mendicante, non teneatur iterum confiteri illa peccata proprio suo parocho, deinde hoc subjungit =: Licèt de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata, tamen quia propter erubescentiam, quae magna est poenitentiae pars, ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre =: Item et ex ipsa ratione, quia non alia de causa peccatum mortale jam semel ritè confessum non esset amplius materia sufficiens Sacramenti Poenitentiae, quàm quia illud peccatum jam semel est remissum, et proinde respectu illius Sacramentum Poenitentiae nihil haberet, quod remitteret, atque deleret. Quae ratio sanè omninò insufficiens est, tum quia ut plurimum saltem etiam dimisso peccato aliquid poenae adhuc luendum restat; tum quia neque peccatum per contritionem perfectam deletum, licèt nunquam confessum non esset materia Sacramenti Poenitentiae, tum denique quia adhuc sacramentum confert gratiam sanctificantem, quae est primarius effectus Poenitentiae; ergo &c.

52. Neque dices contra primam partem, contingere nempe posse, ut Adultus nondum Baptizatus reus sit non solum peccati originalis, sed etiam plurium mortalium actualium sine debitis dispositionibus, etiam malitiosè omissis, ut baptismum accedat, ideo ut nisi in actu baptismum suscipiendi peccet mortaliter: quo in casu talia peccata, vel saltem peccatum in baptismo suscipiendo commissum nonnisi per Sacramentum Poenitentiae remitti [illegible], cum non sit amplius casus baptismum suscipiendi; ergo non solum peccata post Baptismum commissa sunt materia Sacramenti Poenitentiae. Non.

53. Respondeo, concesso cum nostris bene peccatum originale, et actualia ante baptismum commissa non remitti per Baptismum, cum, ut dicebam de sacramentis in genere, Baptismus sit inter ea sacramenta, quae remoto obice reviviscunt, tuncque producunt effectum; et propterea sit ulterius [illegible] esse sit circa peccatum, aut peccata in ipsius Baptismi susceptione commissa. Atque adeo non dissidium non una est inter Doctores, [illegible] plures [illegible] quidem peccatum [illegible], quae est [illegible] Baptismi suscepto, remittendum esse per Poenitentiam, sacramenti, ac esse illius materiam, et proinde necessariam esse peccata [illegible] alia commissa in ipsa Baptismi susceptione [illegible], lu

Luxuria et hujusmodi ad Baptismum pertinere, et per illud remota obice remitti; et per consequens non esse materiam pœnitentiæ sacramenti, contra quam [illegible] quæ videntur esse ad mentem Angelici Præceptoris 3. part. q. 69. a. 10. ad 2um sic dicentis = Dicendum, quod fictio non removetur per Baptismum, sed per pœnitentiam subsequentem, qua remota, Baptismus aufert culpam, et reatum omnium peccatorum præcedentium Baptismum, et etiam simul existentium cum Baptismo =. Verum opposita sententia stans pro obligatione subjiciendi Ecclesiæ clavibus tum peccatum fictionis, tum cætera peccata vel in ipso actu Baptismum suscipiendi commissa communior est, imo, teste S. Ligorio hic cap. 1. num. 427. communissima, cujus ea præcipua ratio est, quia non videtur assignabile discrimen inter peccatum fictionis, ac inter cætera peccata patrata in instanti terminativo susceptionis baptismi; et ideo sicut [illegible] fictio est materia necessaria sacramentalis confessionis, prout etiam docet S. Augustinus relatus in Capit. Tunc valere, de Consecrat. Dist. 3 inquiens = Tunc valere incipit ad salutem Baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit =: ita et cætera peccata gravia in ipso actu suscipiendi baptismi commissa. Quæ sententia omnino practicanda est, licet opposita adhuc sua gaudeat probabilitate, quia in praxi difficilimum est scire, an voluntas peccaminosa duraverit aliquo instanti post Baptismum, an vero una cum Baptismo, vel in instanti ad illum terminaverit. Et sic peccata illa saltem ut dubia in prima confessione instituenda erunt satisfacienda. Sed

12 Neque iterum dicas contra secundam partem, et primo peccata nulla esse posse materiam sacramenti pœnitentiæ, quia materia sacramentorum simul cum forma positive concurrit ad producendam gratiam, ut patet in aqua relate ad Baptismum, et in Chrismate relate ad Confirmationem; Peccata vero utpote e diametro ipsi gratiæ [illegible] opposita gratiam nullo modo efficere valent: 2do nonnulla peccata esse irremissibilia, quale peccatum est blasphemia in Spiritum Sanctum, cum de eo Matth. 12. dicatur, quod non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro: quale item est peccatum illorum qui cognitam veritatem, et [illegible] etiam participatione cælestium donorum, et Spiritus Sancti iterum peccaverint, cum de iis Apostolus Hebræor. 6. dicat, impossibile esse iterum renovari ad pœnitentiam. Quod et repetit cap. 10 inquiens, quod voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur hostia pro peccatis. Quod confirmat exemplum Antiochi, et Esau, qui quamvis cum lacrymis misericordiam, et veniam exorarent, eam obtinere non valuerunt. 3tio peccata jam remissa esse non posse materiam contritionis, et absolutionis, cum ex una parte dolor necessarius est de malo [illegible], et peccatum jam remissum nihil habet de præsenti; et ex alia parte forma non fit sæpe iterari super eandem materiam, ut patet in hostia, quæ jam consecrata iterum consecrari non potest.

Respondeo ad primum negando assumptum, ac [illegible] probationem distinguendum est inter materiam remotam permanentem [illegible] [illegible] [illegible] proxima; hujusmodi est aqua, et Chrisma in Baptismo et Confirmatione, et inter materiam [illegible] quæ non [illegible] [illegible] per materiam proximam sacramenti hujusmodi est panis, et vinum respectu eucharistiæ, atque hujus [illegible] panis, et vinum utpote destruendum per verba consecrationis [illegible] est id quod in eucharistia gratiam causat; ita cum peccata [illegible] [illegible] [illegible] Pœnitentiæ, sacramenti est destruendum, [illegible] [illegible] [illegible] remota, ibi requirit gratiam conferre

56. Ad 2dum autem, quod manifestum errorem continet jam ab Ecclesia damnatum adversus Montanistas, et Novatianos, et prorsus contrarium Scripturis, et praesertim textui Matth. 16: Tibi dabo claves Regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis: et illi aperiam Matth. 18: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo: et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo: utroque cum sit illimitata, et nulla distinctione facta inter peccata levia, et gravia, et inter haec, et atrociora crimina, Apostolis, et in ipsis eorum legitimis successoribus, promittatur potestas remittendi quaecumque peccata, et nulla jam sit ratio talem facultatem restringendi, ad 2dum, inquam, negantem est assumptum, quod ex relatis, aut similibus Scripturae testimoniis non evincitur. Nam quod attinet ad illud Matth. 12. plures cum S. Aug. pluribus in locis et praesertim serm. 71. de verbis Domini, nomine Blasphemiae in Spiritum Sanctum intelligunt impoenitentiam finalem, quam esse necessario et in hoc, et in futuro saeculo irremissibilem, nemo negabit. Plures vero alii per blasphemiam in Spiritum Sanctum intelligunt peccatum illud, per quod impugnatur cognita, et manifesta veritas, et evidentia Christi miracula daemoni tribuuntur, sicuti faciebant Judaei Marc. 3. de Christo dicentes: Quoniam daemonium habet: Hoc autem peccatum a Christo dicitur, neque in hoc, neque in futuro saeculo remitti, non jam absolute, quasi etsi de eo, ut par est, poenitentia agatur, non remittatur, sed quod difficile admodum sit, ut qui eo reus sit, moveatur ad suum errorem pro merito deserendum, et detestandum, et hoc non solum quia impedimentum ponitur divinae gratiae; verum etiam quia peccator agnoscens, se nihil excusationis habere in suo peccato, in desperationem agitur obstinatum habens intellectum.

Atque ex his patet, quid dicendum sit ad Apostoli testimonia, ad quae nempe plures volunt, Apostolum eo in loco non voluisse indicare absolutam impossibilitatem poenitentiae, sed magnam difficultatem; et adeo impossibile idem est ac valde difficile; sicuti cum Matth. 19. dicitur: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in Regnum caelorum: non absoluta impossibilitas, sed magna difficultas insinuatur. Caeterum, ut arbitror, alii melius exponunt, Apostolum loqui esse de gratia baptismali, et de regeneratione, et renovatione per baptismum causanda; adeo ut sensus sit, eos, qui baptizati fuerint, et caelestis doni per baptismum sint consecuti, non posse iterum talem gratiam recuperare per poenitentiam, quae sequitur Baptismum, tum quia sicut homo semel corporaliter nascitur, ita semel spiritualiter renascitur et regeneratur per Baptismum, tum quia Baptismus semper ex opere operato remittit omnem culpam, et poenam etiam temporalem: non ita poenitentia, quae Baptismum sequitur; tum quia facilior est via regenerationis per Baptismum, quam reconciliationis per poenitentiam: tum denique quia peccatum post Baptismum commissum induit novam perversitatem, et conspicuam personalem quae, etiam post ablatam maculam culpae, post poenitentiam remanet in peccatore. Ex hoc autem non sequitur peccatori lapso, et dominato etiam desperatam esse viam reconciliationis et remissionis peccati saltem quoad culpam, et quoad poenam, quae in Sacramento poenitentiae remittuntur, ut notat, et sic non urget argumentum.

68. Neque etiam est responsio ad illud Hebraeor. 10. Apostolus nempe videns Hebraeos jam baptizatos quasi vacillantes in Christiana Religione, eo quod omnes Christi promissiones adhuc impletas non viderent, ex pretiositate doni recepti in baptismo, ejusque in integrum irrecuperabilitate adhortabatur, ut in accepta gratia et justitia perseverarent, dicens, eis non relinqui locum, si eam amitterent, in integrum recuperandi; et adeo nomine hostiae intelligebat alteram applicationem sanguinis Christi per Baptismum. Non etiam dicere volebat, iis, qui per apostasiam a Christo post baptismum recesserint, et in ea perseverant; et adeo manent extra ecclesiam, nullomodo relinqui medium salutis: Quod verum est, cum extra Ecclesiam, cujus figura fuit Arca Noe, nulla sit salus. Ex quo patet ad duo relata, et similia exempla. Antiochus nempe, et Esau veniam suorum peccatorum non obtinuerunt, eo quod vera, et sincera non erat eorum poenitentia. Antiochus nempe non dolebat propter Deum, quem offenderat, sed propter crudelissimum morbum, quo vexabatur, et moriens non sui conversionem, sed corporalem sanitatem postulabat. Esau vero flebat haereditatem, quam amiserat, non vero peccata sua, cum eo ipso tempore, quo se poenitere simulabat, invidiae stimulis agitatus, fratris sui occidendi consilium animo volvebat, ut patet ex illo Gen. 27: Venient dies luctus Patris mei et occidam fratrem meum.

69. Ad 3um tandem negandum est assumptum, ad cujus probationem, quidquid sit de illo principio, quod dicit, et contritio debeat esse de malo, ut praesente, dicendum est, peccatum etiam remissum vel saltem posse de praesenti carentiam illius boni, quod habuissem illo instanti, quo peccavi, vel saltem privationem boni innocentiae, vel absolutae immunitatis a peccato, quae privatio semper existit in eo qui peccavit; unde sicuti hoc, quod est, me aliquando bonum egisse, est aliquid boni praesens, de quo hic et nunc gaudere possum; ita de illo, quod est me peccasse, dolere semper possum, quoniam sum in statu, cui dolor non repugnat.

70. Neque etiam quidquam evincit altera pars. Nam verum quidem est, quod super eadem materia proxima non [illegible] plurius formam iterari; falsum autem est, si sermo sit de materia remota, utpote cum certum sit, quod ex ipsa aqua naturali, qua Petrus fuit Baptizatus, possit iterum Paulus baptizari; sic ergo et loquendo de eodem numero peccato, utpote cum esset remissum iterum clavibus subjicitur, nova materia proxima, scilicet novi poenitentis actus ponendo. Neque tibi timendum est ut vacua absolutionis [illegible] aut sanctificationis habeat, tum quia saltem producit augmentum gratiae et diminutionem poenae, quae adhuc debita est pro peccato remisso, [illegible] forma [illegible]: Tibi confero gratiam remissivam peccati, si quod est; tum quia etiam post peccatum remissum in toto rigore [illegible] remissio, ut vel [illegible] in reconciliatione [illegible], et etiam in foro [illegible] in pluribus tribunalibus [illegible]. Atque hac circa materiam remotam Sacramenti Poenitentiae, praescindendo ab eo, an sit tantum sufficiens, an [illegible] necessaria. [illegible]

71. Dico secundo, loquendo de peccatis certis seu certo commissis aut determinata malitia, certo cognitis [illegible]

singula mortalia peccata vel nondum ritè, et debito modo confessa, vel nondum directè absoluta esse materiam necessariam Sacramenti Pœnitentiæ; et per consequens peccata certò venialia, et mortalia jam ritè confessa, et directè absoluta per se loquendo sunt tantum materiam sufficientem Sacramenti Pœnitentiæ. Ità communissima, et certa Catholicorum omnium sententia, quæ quoniam quoad secundam partem, nimirum quoad peccata certò venialia, et mortalia jam ritè confessa, et directè absoluta, constat ex supradictis num. 60, et sequenti, quoad primam partem invictè ostenditur tùm ex Decreto Concilij Lateranensis supra num. 48 relato; tùm ex Decreto Eugenij IV. in Florentino Concilio, ubi Summus Pontifex explicans partes Sacramenti Pœnitentiæ ait =: Pars secunda est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter =: tùm ex Trid. Sess. 14. Cap. 5. de Sacramento =: Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, et tantùm adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa =: Quibus paulo post hæc alia subduntur =: Cùm universa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios, et Dei inimicos reddant, necessum est, omnium etiam veniam cum aperta, et verecunda confessione à Deo quærere =: et alijs omissis Can. 7. sic definiente =: Si quis dixerit, in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino confiteri omnia, et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, et diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, et quæ sunt contra duo ultima Decalogi præcepta, et circumstantias quæ peccati speciem mutant, &c; anathema sit =. Quod etiam, præter voluntatem Xti instituentis hoc Sacramentum suaderi fit ex ratione, quam supra num. 20. ex Concilio Trid. tetigimus, scilicet, quia Sacerdotes tanquam judices per modum judicij Sacramentum hoc debent administrare.

12. Dixi autem supra primò Peccata mortalia vel nondum ritè, et debito modo confessa, vel nondum directè absoluta &c. Quia non solùm peccata [illegible] naturaliter omissa in sacramentali antecedenti confessione [illegible] necessario recitari in sacramentali confessione, [illegible] memoriæ occurrent, nullaque justa causa excusat, [illegible] propositio [illegible] 11. ab Alexandro VII damnata, quæ est hujus tenoris. Peccata in confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere. [illegible] gravia, [illegible] confessario, [illegible] et independenter ab alijs peccatis, sed tantum [illegible] peccatorum, [illegible] absoluta [illegible] ubi Sacerdos non habens facultatem absolvendi [illegible] in urgenti necessitate [illegible] à non reservatis; indirectè vero a reservatis absolvit Sacerdos [illegible] reservata, [illegible] ex necessitate [illegible] confessario [illegible] facultatem in talia reservata [illegible] quià namque circa talia peccata confessarij judicium [illegible] per se non fuit [illegible].

13. Dixi 2do: Peccata certò venialia, et mortalia jam ritè confessa, et directè absoluta per se loquendo sunt

mãe tamen sufficiens si tamen Poenitentiæ quia aliunde [illegible] per accidens ãe sit obligatio etiam patefaciendi in sacramentali confessione peccatum jam rite confessum, et directe absolutum, et primo quando omissa fuit aliqua circumstantia necessario patefacienda in confessione, quæ in integrum patefieri non possit nisi iterum declaretur et ipsum peccatum, ut puta si quis cognovisset carnaliter conjugatam, aut consanguineam suam, et in confessione jam instituta solam copulam manifestasset; minime vero circumstantiam conjugij, vel consanguinitatis tunc nempe in confessione postea instituenda, cum tunc circumstantia sine copula, aliisque nequeat, copula simul cum tali circumstantia erit declaranda. 2do quando quis suscepisset [illegible], aut in poenitentiam sibi a confessario impositam, et acceptatam haberet onus confessionem omnium mortalium peccatorum per totam vitam commissorum instituendi, aut ad annuam confessionem generalem obligaretur vi sui Instituti et Regulæ. 3tio, ut mitto alia, si peccatum certum et dubium confessum esset, ut ex infra dicendis constabit; et praeterea hac [illegible] pro nunc omissa, pergo ad explicandam necessitatem peccata dubia confitendi. Unde pro hujus mãe complemento sit.

§. unicus De Obligatione confitendi peccata dubia.

74 Circa peccata dubia, ut innuebam de Eucharistia cap. 7. a. 1. a num. 166, inquiri solet a Doctoribus, an sint mãe necessaria, seu necessario patefacienda in sacramentali confessione? et an saltem sa[illegible] sint mãe sufficiens sacramentalis absolutionis? et tandem an peccata mortalia certa ut dubia confessa, aut a contra, iterum sint Ecclesiæ clavibus subjicienda? Verum cum ultimum hoc dubium [illegible] [illegible] fuerit examinatum a num 165, hic ab ejus examine supersedeo examinaturus alia duo, quoniam circa ipsum tantum [illegible] peccata innuebam. Circa hæc autem advertendum est primo, triplici modo dubium circa aliquod peccatum contingere posse, et primo cum quis dubitat an reipsa commiserit, vel non commiserit peccatum aliquod, V. G. an de proximo suo detraxerit, an turpi cogitatione consenserit, [illegible] 2do an peccatum, quod certo quis commisit, fuerit mortale, an veniale tantum sive ob mãe sufficientis defectum, sive ob plenæ advertentiæ et consensus carentiam? 3tio an peccatum certo mortale fuerit vel non fuerit [illegible], vel nullo modo confessum

75 [illegible] item [illegible]

[illegible] advertendum est, hic disputationem [illegible] pro eo casu, quo pro una parte tantum habentur solida et solidum fundamentum, et motivum sufficiens ad prudentem judicium efformandum. Nam, ut dicebam citato loco de Eucharistia sub num. 162, et sequentibus, si tale unicum fundamentum, et motivum reperiatur, pro peccati gravis existentia vel pro peccati certo [illegible] [illegible], vel pro non confessione [illegible] [illegible] [illegible] numeri dubium esse. [illegible], peccatum illud necessario Ecclesiæ clavibus esse subjiciendum; sicuti a contra [illegible] non esse, ubi [illegible] fundamentum, et motivum tantum [illegible] pro non existentia peccati, aut pro ejusdem levitate aut pro illius jam rite facta confessione; et proinde tantum difficultas [illegible] [illegible] casu, quo vel pro neutra parte adsunt motiva gravia, vel pro utraque parte talia motiva [illegible] [illegible] gravia [illegible] solida, habentur. Atque pro casu hoc

76 Iterum advertendum est, dubium aliud esse positivum, et aliud negativum, quod non uno modo explicari solet à Doctoribus. Nonnullis enim placet dubium positivum ita exponere, ut sit illud per quod habetur suspensio judicij intellectus velut haerentis inter duo extrema contradictoria propter rationes verè graves, et solidas, pro utraque parte militantes: dubium verò negativum ita, ut sit illud propter quod ex defectu rationum verè gravium pro utraque parte intellectus noster anceps, et veluti pendulus manet, quin uni determinatae parti adhaereat. Atque de dubio negativo, quod revera in mera ignorantia situm est, et potius mera nescientia melius dicatur, teste P. Daniele Concina hic Cap. 7. num. 2, nulla disputatio est, sicuti neque de dubio levibus ratiunculis suscitato, quod inter scrupulos, et suspiciones rejicitur. Quod verum praesertim est, ubi tale dubium sit circa existentiam, vel non existentiam peccati, seu an peccatum fuerit, vel non fuerit commissum. Contra verò alij dubium positivum ita exponunt, quod sit illud, ubi etsi suspendatur judicium omne directum intellectus; pro utraque parte tamen sunt motiva vere gravia, quae se mutuò non elidunt, adeò ut vi illorum possit efformari judicium prudens, et rationabile pro hac, aut etiam illa parte, aut saltem reflexè judicari, quod pro utraque parte stat ratio momenti simpliciter gravis. Dubium verò negativum ita explicant ut sit illud, ubi pro utraque parte habentur aliqua motiva non levia, attamen vel ex se, vel ratione conflictus non sufficientia ad prudens judicium pro alterutra parte efformandum. Quibus positis pro dubiorum propositorum solutione

77 Quaeres primò, an qui dubitat, an commiserit, vel non commiserit aliquod peccatum mortale, per se, aliunde illud teneatur manifestare in sacramentali Confessione à se instituenda?

Respondeo, ut jam indicavi, vel ipsos Probabilioristas facilè concedere nullam esse obligationem confitendi pro casu dubij negativi, quod oritur ex defectu rationis, ac motivi verè gravis et solidi pro peccati existentia militantis, utpote cum tale dubium in mera nescientia, aut scrupulo, aut suspicione [illegible] ratione [illegible] [illegible] obligatio confitendi oriri non possit, ut per se patet, et etiam constat ex eo, quod tale jugum esset omnino intolerabile [illegible] [illegible] manentes [illegible] [illegible] [illegible] dubium positivum existentiae peccati quod positum sit in eo quod habeat [illegible] profectò motiva directis intellectum utpote [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ut pendulus maneat, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], seu minimis rationibus, seu aliunde [illegible], et gravitate [illegible] [illegible] possit efformari judicium prudens pro non existentia [illegible] peccati, quod cadat sub materiam confessionis. In quo [illegible] [illegible] [illegible] est inter utriusque systematis, Probabilismi nempe et Probabiliorismi propugnatores: Alias verò [illegible] [illegible] dubium [illegible] [illegible], quod ita explicatur, ut scilicet militent rationes graves pro utraque parte, seu tales [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vel ex se, vel attento conflictu non sufficiant ad [illegible] [illegible] judicium prudens pro alterutra parte, [illegible] [illegible] et inter ipsos Probabilioristas tunc sit aeconomicum Bellum. Hoc autem in [illegible] [illegible] [illegible] incidere placet. Unde

78 Dico, ubi dubium versatur circa peccati existentiam illudque est negativum in superius modo explicato, standum esse pro confitendi obligatione; ubi verò dubium est positivum in sensu priorum pauloante expenso, standum esse pro immunitate.

ta obligationis confitendi, praesertim quando motiva, et rationes stantes pro non existentia peccati sunt graviores, et solidiores, prudentum spectato judicio. Fundatur prima partis, quae est ad mentem Angelici Praeceptoris in Supplementis tertiae partis q. 6. A. 4. ad 3tium, sic dicentis =: Quando aliquis dubitat de aliquo peccato, an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente. Quia qui aliquid committit, vel omittit, in quo dubitat esse peccatum mortale, peccat mortaliter, discrimini se committens; et similiter periculo se committit, qui de hoc, quod dubitat esse mortale, negligit confiteri: non tamen debet asserere illud mortale esse, sed dubitative loqui, et judicium sacerdotis expectare, cujus est discernere lepram a lepra =: Fundatur, inquam, prima partis in primis documentis ex sacris, et praxi fidelium omnium, qui certe se accusare solent de peccatis dubiis, ubi pertingere non possunt ad formandum judicium prudens de peccati non existentia seu carentia et ita quidem, ut consuetudinis initium dignosci non possit et proinde ab ipsis Apostolis a Christo, vel a Spiritu Sancto edoctis manaverit: 2do tum ex Trid. Concilio, tum ex Catechismo Romano. Nam Concilium Trid. Sess. 14 Cap. 5. cum decrevisset omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam quis habet, necesse in sacramentali confessione recensere, satis innuit ad hoc exigi obligatione. Quod minus recte evenisset si et peccata dubia mortalia non deberent manifestari in confessione. Catechismus vero Romanus hic, nempe de Poenitentiae sacramento num. 50. agens de dotibus sacramentalis confessionis integralis haec habet =: Ea enim confessio esse debet, quae nos talis ... aperiat, quales nos ipsos novimus, certaque pro certis ... dubia pro dubiis demonstret =. Et per consequens peccata saltem negative dubia mortalia in sacramentali confessione debent manifestari, cum jam aliquod peccatum dubie mortale debeat notari, et ... una parte dubium negativum concernat ex defectu gravitatis, quod pro ... traria parte non sit verum dubium, sed mera nescientia, et ex altera parte major est ratio militans pro obligatione confitendi peccatum negative dubie mortale, quam peccatum positive dubium. Quod et ex ipsa ratione comprobatur. Reus enim peccati praesertim negative dubie mortalis, ne suam aeternam salutem periculo exponat, prout debet, tenetur de eo confiteri, et debere nempe in mortis articulo, ... totus, quoties urgeat praeceptum contritionis. Illud autem, quod est medium necessarium contritionis, supposita institutione Sacramenti Poenitentiae, Christus voluit esse medium necessarium talis sacramenti et sic dici debet peccata mortalia saltem negative dubia esse materiam necessariam sacramenti Poenitentiae, ut, omissis aliis pluribus, ostenditur ... ex eo, quod certum est a Christo praeceptum omnia sua ... manifestandi sacerdoti sedenti in tribunali poenitentiae et ... etiam ... obligationem manifestandi peccata negative dubia mortalia, nisi ostenderetur talia peccata sub dicto praecepto non comprehendi ... generaliter lato: In casu autem nostro ostendi non ... peccata mortalia negative dubia sub eo praecepto ... committendi, ergo etc.

Altera autem pars, quam Doctores communiter ... tur ... ex eo, quod vel principium illud: In dubiis ... est ... locum non habeat, ubi ... pensatis omnibus, est practice probabilior: tum ex eo ... Canonum Principium: In dubiis ... conditio possidentis in omni delictorum genere teneat ubique

pro libertate militat titulus possessionis, sicuti militat, ubi habentur graviora momenta pro non commisso peccato, cum in priori ad dubium peccati superveniens libertas a peccato immunis erat, altera, utpote nasci talium omissis fundamentis, ex eo probatur, quod ex una parte, cum non intervenit malus, seu tollis tantum sit necessaria Confessioni Sacramentali ut apud omnes certum est, sumus in materia, in qua existimatio prioris correntis peccati fuit capax tantum agitur tantum de licito, et illicito. et ex alia parte juxta omnes catholicos nimio, et immoderato rigori minime addictos in casu, in qua tantum de licito, et illicito agitur, licet saepe sententia practica probabiliorem pro libertate stante, etsi caeteroquin tantum militans pro lege quis gravibus fundatis innitatur, ut de Conscientia Cap. 4. A. 2. §. 2. a num. 200 dicebam, adeo ut operans sibi efformare possit dictamen moraliter certum de suae actionis liceitate. Quod tamen penes omnes certum non est ubi aequalia sunt rationum momenta tam pro lege, quam pro libertate et a minimis ubi motiva rationum militantium pro libertate sunt minus gravia, etsi caeteroquin ab oppositis momentis non elidantur, ut pariter in citato Tractatu, et Capite A 3, et 4. dictum est; atque per hoc supra in responsione dixi: praeponderationem [illegible] stantes pro non existentia peccati sunt graviores, ut so [illegible] prudenti judicio spectato. Quia namque sicut tunc me neutro dissimile volui judicium ferre; ita et nunc a judicio supersedeo.

80. Hoc quoque idem communiter Doctores assererunt circa alterum dubium supra propositum, an videlicet [illegible] peccato commisso dubitans tamen an illud sit mortale, an veniale, teneatur illud in sacramentali confessione tamquam in substituenda declarare, prout in conscientia habet, nimirum tamquam dubium. Quam quaeram pro praxi optimum erit idem attendere, an tale dubium oriatur ex eo, quod ignoratur, an cum actio facienda erat, apprehensa, vel non apprehensa fuerit malitia gravis in objecto, sed tantum in genere et praescindendo ab eo, quod esset levis, aut gravis? An vero dictum dubium proveniat ex eo, quod ignoratur, an adhaeserit, vel non adhaeserit plena advertentia, et [illegible] consensus in malitiam gravem apprehensam? Si enim dubium primo modo contingat, solutionem repetes ex dictis de Conscientia Cap. 2 A. 1 §. 5 a num [illegible]: Sin vero dubium secundo modo acciderit, solutionem habebis ex Regulis pro dignoscendo peccato mortali a veniali, quas de Peccatis Cap. 4 A 2 §. 5 a num 229 proponebam, et tu relegas, ut totam [illegible] proposita [illegible]

81 Quaeres 3tio, an certus de peccato mortali a se facto, dubitans tamen, an illud praesentis Confessionis [illegible] praeteritae, teneatur illud dubium Ecclesiae Clavibus subjicere?

Respondeo, hic pro praxi distinguendum esse inter casum quo quis dubiis angitur circa [illegible] confessionis peccati mortalis a se certo commissi praeteritae vel ex eo, quod non recordatur, se confessum illud esse [illegible] et [illegible] aut non [illegible] ex [illegible] conjecturis, et [illegible] timet ne illud [illegible] et inter casum, quo positiva, et vera gravia [illegible] confessionis omissionem. Quod si [illegible] itenim distinguendum est inter peritantem, qui est timoratae conscientiae et est maxime sollicitus in [illegible] iis, [illegible] ad vitam,

sanctas, et salubrem confessionem sunt necessaria, et non raro, sed frequenter solet peccata sua confiteri, et inter poenitentem, qui non est timoratae conscientiae, nec valde solicitus in se examinando, ac disponendo ad integram confitendum, nec frequenter, sed raro peccata sua confitetur. Si enim de poenitente primi generis sermo sit, sive dubium superveniat de peccatis omissis in generali confessione, sive dubium nascatur circa peccata omissa in particularibus confessionibus, satis communis sententia est, confessionem integram fuisse, et circo nullam esse obligationem talia peccata dubia confitendi, quia ex una parte tunc recte praesumitur pro dimota confessionis integritate; et ex alia parte hoc, quod est praesertim non recordari de talis peccati confessione, aut tantum suspicionem habere confessum non sufficit ad inducendum dubium, quod non fuerit confessum, cum saepe contingat, ut non solum hesternum, sed etiam hodiernum non meminerimus. Contra tamen dicendum erit, ubi poenitens fuerit secundi generis, nempe neque sit timoratae conscientiae, neque multum solicitus in se disponendo ad integram confitendum, neque debitas frequenter confiteri, aut saltem conscientiam suam examinare cum nempe facillimum sit, ut hic plura inter confitendum omittat, atque ex communiter contingentibus contra eum stat praesumptio quod integram confessus non fuerit; et proinde suae non satisfecerit obligationi. Ergo hic difficultas est in eo casu, quo certus de peccato mortali a se commisso concipit dubitationes vehementes, solidaque habet momenta convincentia contra[illegible] omissionem. Atque pro casu [illegible]

62 Dicendum est, in dubio exorto ex motivis, et conjecturis gravibus, et minime contemnendis esse obligationem confitendi peccatum mortale certo commissum, et dubie tantum confessum, quidquid aliter doceant non pauci Doctores non timere asserere, Tum in iis, quae non sunt de absoluta necessitate salutis, ordinarie ad suarum legum adimpletionem plus non exigere, quam nos facere illud, quo posito prudenter judicare possumus nos implevisse legem cum alioquin exponeretur vita nostra innumeris anxietatibus, et molestiis, dum plures, etsi eas frequenter fecerimus, obliviscamur; et proinde concludunt, in casu jam esse satisfactum, utpote cum prudenter judicari possit confessionem fuisse factam. Ratio autem nostrae assertionis est, quia ex una parte certum est, quod qui omnino scit, se mortaliter peccasse, omnino obligatus maneat confiteri; adeoque contra eum possidet praeceptum confessionis; et ex alia parte pariter certum est, obligationi certae minime satisfieri per solutionem incertam; et proinde sicuti certo sciens se promissum damnificasse, aut [illegible] [illegible] [illegible], adhuc restituere et Baptismum suscipere tenetur, etsi inde oriantur, ut probabiliter possit judicare se jam restituisse, aut jam baptizatum [illegible] ubi [illegible] moralem certitudinem non [illegible] attingerit; ita et in casu nostro dicendum est, et ita quidem, ut hoc verum existimem [illegible] [illegible] in casu, quo majora momenta militarent pro facta confessione, quia ea pars, pro qua stat titulus confessionis [illegible] [illegible] in dubiis etiamsi pro ea stent minora ratione momenta, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] posita sua non amittant gravitatem. 84 85

63 Ubi tamen monitum velim, sicuti et monendum [illegible] de Eucharistia loco supra citato, hactenus dicta locum non [illegible]

in scrupulosis verò talibus Nam cum saltem plerumque dubia, quibus scrupulosi anguntur, non soleant esse verè dubia, sed inanes apprehensiones, ut vel ipsa docet experientia, atque obligatio confitendi peccata dubia quae apud ipsos sunt frequentissima, in gravissimas molestias ipsos adduceret hinc cum praeceptum confessionis non urgeat, nisi ubi quis prudenter judicare possit se mortaliter peccasse, vel et non obliget, ubi ex integritate ejusdem gravissimum esset subeundum incommodum confessioni extrinsecum, manifestum est, scrupulosos licitè posse talia dubia contemnere, et non confiteri ut communissima tenet sententia, et nos diximus in Tract. de conscientia cap.
+ ultimo. Immò non videtur respectu valde scrupulosi improbanda sententia quamplurium doctorum, non teneri confiteri nisi ea peccata, quae concurrentibus ceteris conditionibus ad juramentum necessariis, se commisisse jurare possent, et proinde tantum peccata certa confiteri teneantur, ut bene etiam ostendi sit ex eo, quod cum tales non nimium soliciti, et anxii sint circa ea, quae ad sui salutem sunt necessaria, concipi non sit, quomodo si mortalem ipsa etiam actionem à se faciendam apprehendisset, aut plenum consensum praestitisset, aut nunquam confessus esset, hoc clarè non cognosceret. Juxta ergo dictum est, supra expositam doctrinam in scrupulosis locum non habere. Sed pro majori dictorum intelligentia, praesertim de peccatis [illegible]
1° dubiis

Dices primò, Concilium Trid. sess. 14 cap. 5. nihil aliud à poenitentibus exigere, quam quod patefaciant confessario omnia mortalia peccata, quorum conscientiam habent, et quae memoriae occurrunt, et quorum meminerunt: Atque peccatores, qui praemisso examine diligenti quomodocumque dubitat de peccato aliquo, non possunt dici ejusdem habere conscientiam, et memoriam, et meminisse, cum conscientia scientiam importet ut ait S. Bernardus lib. de conscientia cap. 8. dicens: conscientia est quasi cordis scientia: memoria verò, et recordatio sit rerum earum, quarum quis semel habuit cognitionem: et praeterea idem Trid. citata sess. cap. 5 meritò definivit confitenda esse omnia mortalia peccata etiam quoad speciem, et quoad numerum, et quoad circumstantias mutantes speciem peccati, nihil in canone addens de peccatis dubiis..... 2do dubitantem de commisso peccato esse censendum in possessione suae innocentiae, cum in priori ad tale dubium certò innocentiam possideret, et delicta non debeant [illegible], nisi probentur; et juxta congrua cum semper melior sit possidentis conditio, et praeceptum confessionis non urgeat innocentem, dicendum est in dubio peccati nullam esse confitendi obligationem, idque etiam vel ex eo patet, quod quis in dubio non cogitur subire sententiam, et poenam, ut omnia jura clamant: Quod si in[illegible], ubi esset obligatio peccata dubia confitendi, ut patet. Atque hinc concludendum est, quod sicut qui dubitat de voto emisso, de debito contracto; an incurrit contra legem habentem annexam excommunicationem; an commiserit peccatum reservatum vel an sua peccata sint reservata, non tenetur ad votum absolvendum, ad debitum solvendum, nec ligatur excommunicatione, aut lege reservationis; ita neque in casu nostro dubitans manet lege confessionis, ut alias constat [illegible] si quis casu peccatum dubium confiteretur, ad tribunal non deferret materiam, super qua sacramentalis absolutio cadere possit.
5.

Respondeo ex laudata Trid. doctrina minimè argui, posse contra nostram responsionem. Nam cum

conscientia, ut dictum est suo in loco, multiplex sit, et inter alias divi-
siones ea etiam admittat, quod alia sit certa, et alia incerta, seu du-
bia, ~~[illegible]~~ et memoria, et reminiscentia, jam recte dicitur peccata
dubia esse in conscientia, cumque poenitentem memoriam habere
et meminisse, et proinde ex eo, quod a Trid.no dicitur poenitentem
teneri confiteri ea peccata, quae habet in conscientia, et quo-
rum memoriam habet, et meminit, non sequitur non dari obliga-
tionem peccata mortalia dubia confitendi, sicuti non sequitur
ex eo, quod idem Trid.num objecto canone definit, ut ex eo adversarii
colligere possit, sententiam nostram non esse certam, et de fide, ut Trid.num
in sensu exclusivo non loquatur. Quod vero ex S. Bernardo subjun-
gitur, etiam non urget, cum ibi S. Doctor non loquatur de conscientia
in genere, sed in specie, nimirum de conscientia certa.

86. Ad secundum, quod in primis tantum Probabili-
stae urgere videntur; minime vero Probabilioristae, utpote contenden-
tes principium illud: Melior est conditio possidentis: locum tantum
habere in materia justitiae, non et per ipsos Probabilistas moderatos
tantum validum esse ut in dubio positivo, non autem negativo, ex moti-
vo non leviori excepto, ut tunc non possit efformari judicium pruden-
tiae immunitate a peccato, ad secundum utriusque, quidquid sit, an
semper libertas possideat, dicendum est, meliorem quidem esse condi-
tionem possidentis, quando in contrarium non adest praesumptio cer-
ta, aut quasi certa, sicuti praesertim circa peccata negative dubia
adest in casu nostro, ut supra probatum est.

87. Ad id autem, quod veluti in confirmatione
primo loco subjungitur, nimirum quod delicta probari debent, et nemo
in dubio cogitur subire sententiam, et poenam, dicendum est; id verum esse
in foro externo seu civili, sive criminali per se ordinato ad
punitionem; falsum autem esse in foro interno, et judicio sacramenta-
li ordinato ad solutionem, et salutem, et medicinam animae, quae suum
debitum patentibus applicatur, denegatur vero nolentibus confiteri,
ita disponente Xto sacramenti Poenitentiae auctore, et institu-
tore.

88. Ad exempla autem, in quibus aliqua diffi-
cultas est inter Doctores, et praesertim circa votum, et restitu-
tionem, omisso [illegible] ea jam disparitas assignari, quod loquendo de
voto, et debito contracto certum quidem est, adesse legem obligan-
tem ad impletionem voti certi, et ad solutionem debiti, quod pro
constat esse contractum, minime vero constat de lege obligante,
ubi incertum est, votum esse emissum, debitum esse contractum; quo
nimirum potius [illegible] debet oppositum, cum hujusmodi obligationes
in originem in sua radice pendeant ab ipsa libertate, quae
se [illegible] non vinculasse supponendum est nisi probetur;
contra vero, ut supra probatum est, nedum constat a Xto latam
esse legem de confitendis peccatis certis, sed etiam dubiis in
[illegible] difficultatis; et adeo cum certum sit, poenitentes habere
[illegible] dubia, dicendum est, non libertatem, sed legem esse in pos-
sessione: nisi etiam addere velis, talem obligationem, nempe con-
fitendi non a nostra libertate, sed a voluntate Xti pro-
venire. Quod vero attinet ad excommunicationem, patet non esse rigo-
re [illegible] et adeo ab ecclesia nisi propter delictum certum im-
poni [illegible] non possit [illegible] confessionis, cum ea sit [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] omnes homines divinae legi stabili-
[illegible] est veritatem non urgere. Atque ex hoc etiam pate-

ad legem reservationis, quam utcumque in dubio jure tenere communior tenet sententia, ut infra dicemus. Lex enim in primis non est lex favorabilis, sed odiosa poenitenti, et adeo quantum fieri potest, est restringenda; deinde ea tota pendet a voluntate superioris, de qua in dubio sufficienter non constat: e contra vero lex confessionis utpote medicinalis, et lata in animae salutem est favorabilis, et proinde amplianda, et pendet a voluntate Christi, quem et ex Ecclesiae praxi, et doctrina constat voluisse etiam peccata mortalia dubia confiteri. Et ex his ea, quae ultimo loco addidimus, quod nullam specialem involvat difficultatem, pro ejus solutione.

29 Quaeres 3tio, an ubi poenitens in confessione a se instituta tantum peccata dubia confitetur, habeatur materia sufficiens sacramentalis absolutionis?

Respondeo, in casu diligenter attendendum esse an peccata illa dubia sint quoad suam existentiam, seu dubium tale sit, an reipsa commissa fuerint, vel non commissa? an vero sint dubia tantum quoad gravem, aut levem malitiam, seu dubium sit tale, ut certo constet, peccata illa esse commissa, et solum dubitatur, an sint mortalia, vel venialia, aut etiam tantum, an fuerint, necne confessa? Si his duobus posterioribus modis peccata sint dubia, eaque tamen etiam patefiant sacerdoti, procul dubio sunt materia sufficiens absolutionis sacramentalis; et proinde ceteris concurrentibus confessarius poterit et valide, et licite talem poenitentem absolute absolvere, quin alia adsint peccata, cum, ut supra ostensum est, vel sola venialia peccata, vel sola mortalia antea directe absoluta sint materia sufficiens sacramenti Poenitentiae. Si vero primo illo modo peccata confessa sunt dubia, non absolute, sed conditionate tantum, seu sub conditione, quod fuerint perpetrata, sunt materia sufficiens confessionis; et adeo si ea tantum patefiant a poenitente, hic non absolute, sed ad summum tantum conditionate licite absolvi poterit, si vel excipias casum, quo confessarius ex circumstantiis personae confitentis certo deprehenderet, peccatum revera fuisse commissum. Nam cum talia peccata potuerint non esse commissa, si talis poenitens absolute, et nulla addita conditione necne commissi absolveretur, sacramentum periculo nullitatis exponeretur. Ac proinde ad summum sub conditione absolvi poterit: et hoc jam non semper, sed solum pro eo casu, quo poenitens vel non alia habet peccata, vel si habet, ea commode confiteri non [illegible], et insuper adesset gravis, et justa, ac rationabilis causa absolvendi, cum ut dixi de Sacramentis in genere n. 5, et 6., non liceat indiscriminatim uti materia dubia, et forma conditionata in sacramentis conferendis. Quae tamen intellige, excepto casu raro, quia ex una parte tunc peccatum est certum, et ex altera [illegible] veritatem est certa, prout in conscientia habemus quod ceteris concurrentibus sufficit ad absolute absolvendum poenitentem confessum [illegible] materia complementa.

Quaeres ultimo, an pro sacramentali absolutione obtinenda sufficiat peccatum in communi, seu quo poenitens generatim declarat, se esse peccatorem, quin ullum in particulari explicet peccatum?

Respondeo, hac in re cum communissima sententia illud in primis tanquam certum admittendum esse, quod quamvis, ut supra dictum est, extra casum necessitatis, ac moralis impotentiae, ad licitam, et validam absolutionem poenitens patefacere debeat in confessione omnia sua peccata mortalia nondum confessa et quoad speciem, et quoad numerum, et circumstantias speciem peccati mutantes; in casu tamen necessitatis, et impotentiae, sufficiat vel in genere tantum sua peccata confiteri, v.g. dicendo se esse reum de omnibus peccatis meis praesertim mortalibus: sicuti colligitur ex praxi Ecclesiae absolventis moribundos confessionem petentes, etsi in actu confitendi nullum peccatum valeant exprimere, et ex Rituali Romano de Ordine ministrandi sacramentum Poenitentiae, §. penultimo sic statuente =: Quod si inter confessionem, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, et loquela aegro deficiat, nutibus, et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium suum per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est =: conversionis quia, forte, ex parte confessarii non erit omnino Poenitentis dispositio. Quod et dicendum est communi sententia in eo casu, quo quis post diligens examen recordaretur quidem se mortaliter peccasse, et non possit ullo modo devenire in cognitionem qualitatis, ac numeri sui peccati, hic nimirum et licite, et valide absolvi poterit, si sua oblivione confessario detecta dicat, se mortaliter peccasse, quia tunc ipse defert materiam necessariam, et aptam absolutionis, et confitetur peccatum suum, prout habet in conscientia post debitum praemissum examen; et ideo sicuti inculpata oblivio numeri, [illegible] non officit valori, et liceitati sacramenti, ita neque officiet tunc inculpata oblivio speciei. Unde hic dubium est, et solum pro casu, quo Poenitens extra casum impotentiae confitendi, et absolutionis habens tantum peccata venialia, vel mortalia totius vitae, et debito modo confessa, et directe absoluta, in genere tantum confiteatur, v.g. dicendo, se accusare de pluribus venialibus a se commissis, vel etiam de pluribus mortalibus a se factis, jam antea rite confessis, et absolutis, nullum interim [illegible] in specie determinate nominando.

92. Hoc autem in dissidio omnes in eo conveniunt, neque ad validitatem, neque ad liceitatem absolutionis opus esse, ut poenitens in confessione a se facienda exprimat numerum peccatorum certo venialium, aut mortalium jam antea debito modo declaratorum, et directe absolutorum, et ideo tota difficultas versatur circa manifestationem speciei [illegible] sive venialium sive mortalium. Si qui vero hoc quamvis cum [illegible] [illegible] videatur, validum fore absolutionem [illegible] poenitenti qui bona fide confiteantur; ac alias [illegible] habenti, quae tamen peccata sunt materia apta absolutionis sacramentalis; nihilominus, per se loquendo illicitam fore absolutionem [illegible], ut praesertim [illegible] dicendum est; et proinde ad liceitatem absolutionis requiri, ut saltem [illegible] in specie declaretur, tum quia [illegible] contra praxim in Ecclesia, ad quam sacramenta [illegible] modo sanctioris, et [illegible]

necessario exigere, ut sententia absolutionis proferenda versetur circa materiam saltem in specie certam, et determinatam. Atque hæc circa materiam remotam Sacramenti Pœnitentiæ, nunc sit

Caput sextum.

De materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ.

92 Pœnitentis actus, nimirum contritionem, confessionem, et satisfactionem, esse materiam proximam Sacramenti Pœnitentiæ constat ex Decreto Eugenii IV in Florentino Concilio his verbis exposito =: Quartum Sacramentum est Pœnitentia, cujus quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero; secunda est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter; Tertia, satisfactio pro peccatis, secundum arbitrium sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium, et eleemosynam =. Quod idem et decernit Tridentinum sess. 14 cap. 3, et can. 4 sic definiens =: Si quis negaverit, ad integram, et perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet contritionem, confessionem, et satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur.. Anathema sit =. Unde dicti Pœnitentis actus **non possunt dici simplex propria** dispositio ad sacramentalem absolutionem, ut male nonnulli excogitarunt [?] circa contritionem, volentes, eam non aliter requiri in Pœnitentiæ Sacramento, quam in Adultorum Baptismo, cæteroquin tamen contra communissimam, et veram sententiam, quæ etiam vel ex ipsa recta ratione evincitur, cum Pœnitentiæ Sacramentum a Christo Domino institutum sit per modum judicii, et reconciliationis; atque sub utraque hac ratione dictos tres actus necessario includat. Nam quatenus est per modum judicii, necessario requirit accusationem, quæ non sit simplex, et nuda, et historica peccatorum narratio, sed sit dolorosa, et cum odio delicti perpetrati [?], et proinde requirit dolorem ex parte materiæ tanquam id, per quod accusatio constituitur in ratione accusationis: Quatenus vero est per modum reconciliationis, requirit conversionem voluntatis ad Deum, quæ non fit sine dolore, et animo satisfaciendi pro injuria Deo illata, juxta illud Joel. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, et fletu, et planctu. Hoc ergo tanquam certo supposito, modo de his tribus Pœnitentiæ partibus agimus, et tamen ut in præsenti Capite tantum dicatur de Contritione, reliquarum unam cum altera conjungemus [?]. Unde sit

Articulus primus.

De natura, et divisione Contritionis.

93 Contritionis nomen derivatum a verbo contero idest in minutissimas partes divido, confringo, et scindo, similitudine ducta a rebus corporeis, quæ minutatim saxo, aut duriore aliqua materia confringuntur. Licet aliquando vel in ipsis divinis scripturis usurpetur pro aliqua gravi calamitate, et ruina significanda, ut cum Isai. 59 dicitur Contritio, et infelicitas in viis eorum, magis proprie tamen, sicuti in hoc loco fit, sumitur pro recessu a peccato, et

illius retractatione ex recto, et honesto motivo conceptam; adeo ut corda nostra, quæ superbia intumuerunt, vi doloris contriverentur, et comminuantur. Atque contritio ita accepta, prout abstrahit a tempore legis naturæ, et scriptæ, et evangelicæ, valide a Trid. sess. 14. can. 4. recte definitur: Animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero: Prout vero convenit contritioni in lege evangelica necessariæ, recte, et adæquate definitur si dictis verbis addas: et voto præstandi omnia, quæ requiruntur ad ritè percipiendum Pœnitentiæ sacramentum: ut idem Trid. subjungit. Quæ definitio coincidit cum ea, quam veteres scholastici apud S. Thom. in Supplement. Q. 1. A. 1. in O tradunt dicentes: Contritio est dolor de peccato assumptus cum proposito confitendi, et satisfaciendi.

Dicitur autem primo: Animi dolor, id est tristitia quædam animi exorta ex odio, ut Dei, ut contradistinguatur

94 a dolore posito in sensu, qualis solet esse ille, qui concipitur ex jactura boni temporalis, puta ex morte parentum, et filiorum, qui dolor erumpit exteriores sensus, et in lacrymas prorumpere solet. Nam licet quam maxime laudabilis sit ille dolor internus, qui nempe in voluntate positus etiam exterius erumpit in lacrymas, aliosque exteriores mæstitiæ actus; hoc tamen secundum minime esse necessarium ad verè habendam contritionem ad peccatorum remissionem necessariam, ut hic ostendunt Auctores Catechismi Romani num. 28: nam dolor sensibilis quantumvis maximus, ac vehementissimus sit, si tamen a dolore, tristitia, et displicentia interna animi, seu voluntatis disjunctus sit, nihil valet ad peccatorum remissionem, ut unanimiter docent SS. Patres, et constat ex illo Psal. 12. Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem: et ex illo Isaiæ 38: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Dicitur 2do: Et detestatio de peccato commisso: nimirum actus voluntatis, quo ipsa ita aversatur, et odit necessario illudque retractat, ut quantum est de se, velit non fuisse commissum, et si de facto hic, et nunc esset in circumstantiis, in quibus patrat, et non patraretur, de facto illud impediret. Huiusmodi actum odij, jam nec se distinctum ab actu simplicis doloris, ut patet in Scoti patre ... quidem peccata detestantibus, [illegible] [illegible], utpote tristitiæ, ac doloris incompatibilis, de ipsis necessariis voluntatis, necessario requiri in ipsa contritione, quæ fit Sacramenti Pœnitentiæ pars, iidem Trid. loco citato ex divinis scripturis ostendit, sic subjungens =: declarat Sancta Synodus hanc contritionem, non solum cessationem a peccato, et vitæ novæ propositum, et inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis, et facite vobis cor novum et spiritum novum, et certe qui illos sanctorum clamores consideraverit. Tibi soli peccavi et malum coram te feci. Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, et alios hujusmodi generis, facile intelliget, eos ex vehementi quodam ... vitæ odio et ingenti peccatorum detestatione manasse =: Hucusque Trid. ex cujus verbis colligitur admitti non posse sententiam illorum, qui solum contritionem essentialiter consistere in solo dolore, qui non comprehendat ipsam detestationem, sicuti neque. [illegible] [illegible]

monem aliorum contenentium, contritionem essentialiter consistere in ipsa detestatione, quam sequitur dolor, quia, ut patet ex dictis num: anti, vel ipse dolor est constitutivum contritionis et per consequens praesertim in praxi tenenda est tertia sententia utrumque actum, scilicet doloris, et detestationis, tamquam partes essentiales contritionis admittens; adeo ut requiratur, ut Deo reconcilietur per utrumque illum actum tendere debeat in ipsum peccatum praesertim cum non solum contingere possit, ut habeatur detestatio sine dolore, sicuti dictum est de Beatis; verum etiam habeatur dolor sine detestatione, ut evenit in ipsis damnatis dolentibus quidem; minime vero detestantibus peccata sua. Quamvis loquendo de homine viatore, impossibile sit, ut pro merito doleat de peccato suo, quin illud detestetur; et e contra; et proinde in praxi, cum unum ex altero in alio continetur, non est valde scrupulizandum in praesenti causa.

95 Dicitur 3tio. Cum proposito non peccandi de caetero: scilicet cum voluntatis actu, quo ipsa firmiter, et efficaciter statuat, et determinat velle cum auxilio divinae gratiae, evitare quodcumque peccatum, praesertim mortale, etiamsi alias moriendum esset, aut aliud quodcumque malum subeundum. Nam aliter contritio falsa, et ficta esset, et vana, et larvata poenitentia, ex qua Deus apud Jeremiam Cap. 3 merito dicebat: Non est reversa ad me praevaricatrix in toto corde suo, sed in mendacio: et proinde nostra Poenitentia, ut sit vera, talis esse debet, qualis Isaias c. describitur his verbis = lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum: quiescite agere perverse, discite bene facere = et per consequens cum quis sine efficaci proposito non peccandi de caetero non possit dici quiescere agere perverse, et discere bene agere, manifestum est, tale requiri propositum. Quicquid interim sit an tale propositum debeat esse forte, et explicitum; an vero sufficiat virtuale, et implicitum praesertim nempe in ipsa displicentia et odio peccati, de quo disputant scholastici, quorum plures exemplo voti sacramenti, de quo supra num 17, et sequentia dicetur, stant a sufficientia propositi virtualis, et impliciti. Plures vero alij volunt ipsum esse forte, et explicitum, tum quia illius expresse meminit Scriptura; tum quia Tridentinum illud distinguit a dolore, et detestatione: Quod videtur superfluum fuisse, si propositum virtuale, et implicitum sufficeret. Itaque sententia utpote securior est

97 practicanda.

Dicitur tandem. Cum voto praestandi omnia, quae requiruntur ad sacramentum poenitentiae, ut recipiatur: idest cum efficaci desiderio confitendi, et satisfaciendi et habet votum contritio supravelata quoad votum, sane contritionis esse plane necessarium constat vel ex eo, quod ut supra dictum est, cadit ac commune praeceptum et confessionis integrae, et satisfactionis pro illis. et sic cum sincero corde se ad Deum convertens debeat promovere observantias totius divinae legis praesertim sub gravi obligantis, manifestum est, et tale votum habere debere ab eo, qui de peccatis suis conteritur, quidquid sit an debeat esse forte, et explicitum, ubi praesertim contritio sit actus, ex quo constituendum sit Sacramentum Poenitentiae. De quo infra notabis, ubi dicam, an contritio debeat esse elicita cum intentione, et per ordinem ad ipsam confessionem instituendam. Et haec circa contritionem generatim dumtaxat.

98 Contritio autem sic definita dividitur in perfectam, et imperfectam, quae communiter attritio nuncupatur. Contritio perfecta est ea, quae ex actu, seu ex motivo Charitatis [illegible] concipitur; et proinde est dolor, et detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero propter Deum super omnia dilectum propter se, hoc est propter infinitam ejus amabilitatem, seu divinas perfectiones, spectatas ipsi secundum se; adeoque est odium peccati, quia Deo malum est; unde etiam contritio non est nonnullorum sententia, qui docuerunt, contritionem esse perfectam, etsi actus detestativus peccati procederet ex motivo aliarum virtutum Deum respicientium, v.g. solius Religionis praescindendo ab omni poena, vel praemio, et propterea sufficere detestari peccatum, quia v.g. est contra Dei cultum, contra jus Dei. Nam, ut docet Trid. citata Sess. 14 Cap. 4, contritio, ut justificet, sicuti de facto justificat contritio perfecta, debet esse perfecta charitate, et charitas nonnisi divinam bonitatem absolutam habet in suo motivo formali. Hinc etiam dicere volui, contritionem perfectam esse verum actum amoris Charitatis, ut dicebam de Virtute Charitate Cap. 3. A. 3. num. 67, et sequenti. Contritio autem imperfecta, seu attritio ea est, quae ex alio motivo supernaturali, quod non sit divina bonitas absoluta, concipitur, utpote ex turpitudinis peccati consideratione, ex spei praemii, vel ex metu gehennae et poenarum, et hujusmodi. Atque ex his jam habes, contritionem

99 perfectam, et imperfectam non differre in eo, quod contritio perfecta sit actus detestativus peccati, qui non solum sit appretiative, verum etiam intensive summus, ut nonnulli excogitarunt, cum vel ad ipsam charitatem justificantem etiam extra sacramentum sicut non requiritur certus gradus durationis, ita neque requiritur certus gradus intensionis; et adeo necesse non est, ut sit intensive summa, ut ostendebam de Virtute Charitate loco supra citato a num. 55, et Cap. 4 A. 1. a num. 92, et sequentibus. Item habes, non tantum differre in eo, quod proprius contritionis perfectae effectus sit hominem justificare etiam extra sacramentum, sed tantum cum ejusdem voto, ut loco mox citato de Virtute Charitate probabam; e contra vero contritionem imperfectam, seu attritionem non justificare extra Sacramentum, sed tantum cum actuali sacramenti perceptione, ut citata Sess. 14 Cap. 4 docet Concilium, illam contritionem imperfectam dicens, eam esse donum Dei, et impulsum Spiritus Sancti, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo poenitens adjutus viam sibi ad justitiam parat; et deinde subjungens, quod quamvis sine sacramento poenitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento poenitentiae impetrandam disponit. Sed jam habes illarum discrimen esse specificum, et essentiale, quia nimirum certum est, eos virtutis actus inter se specie, et essentialiter differre, qui diversa objecta, seu formalia motiva habent, et respiciunt; sicuti de facto habent, et respiciunt contritio perfecta et imperfecta, ut jam supra ostensum est. Sed jam sit

Articulus Secundus.
De Contritionis necessitate.

100 Adulto rationis usu compoti, ac sibi conscio peccati mortalis necessitate praecepti necessariam esse contritionem vel perfectam, vel imperfectam, et quidem talem juxta superius

traditam definitionem patet ex superius dictis à num. 20, cum ex una parte ex ibi dictis detur speciale divinum praeceptum obligans talem adultum jam Baptizatum ad Poenitentiae sacramentum suscipiendum; vel si jam Baptizatus non est ad ipsum Baptismum percipiendum, ut de Baptismo Cap. 1. A. 2. à num. 4. ostendebatur; et ex alia parte contritio sive perfecta, sive imperfecta est pars constituens Poenitentiae sacramentalis, ut supra dictum est, et in dicto Baptismo ab adulto reo peccati gravis actualis cogniti suscipiendo loquamur, est inter dispositiones necessarias ad illud fructuose percipiendum, ut de Sacramentis in genere Cap. 6. A. 2. a num. 228. probabatur. Quod et invicte ostendunt innumera scripturarum testimonia peccatoribus poenitentiam intimantia, ut Ezechiel 18: Convertimini, et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: et Lucae 13: Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis: et, aliis omissis, Actor. 3: Poenitemini, et convertimini, ut deleantur peccata vestra: Nam Poenitentiae nomine in rigore intellecto, sicuti nunc intelligi debet, cum nihil obstat in oppositum, sonat actus aversativus, ac detestativus peccati super omnia: unde ipsi Patres Trid. loco supra citato cum exposuissent ideam contritionis in genere, hic addiderunt. Fuit autem quovis tempore hic contritionis motus necessarius ad impetrandam veniam peccatorum. Atque hinc difficultas tantum est, an insuper contritio formalis sit necessaria necessitate medii ad salutem: 2do circa contritionis qualitatem: et 3tio circa tempus, quo praeceptum contritionis urget. Atque pro his solvendis

Quaeres primo an contritio formalis sit necessaria necessitate medii ad obtinendam remissionem peccatorum?

Respondeo, hac in difficultate variare Doctores maxime ex eo, quod inter ipsos non convenit, an actus prosecutivus amoris charitatis perfectae erga Deum aliquando saltem per accidens justificare valeat peccatorem, etsi non sit disjunctus ab actu aversativo peccati propter Deum propter se dilectum: de quo dicebam de Theol. Charitate Cap. 3. A. 3. à num. 63. et proinde cum ibi sententiam affirmantem cum communiori Theologorum propugnaverim, hic ad propositam difficultatem negative respondendum est, quia nempe si contritio formalis necessaria esset necessitate medii ad remissionem, … nunquam fieri posset, ut homo sine formali contritione … praeventus à peccatis justificari possit, etsi ea etiam inculpabiliter omitteretur, ut ex idea necessitatis medii patet. Quod cum juxta laudatam doctrinam dici nequeat, fatendum quidem est necessitas praecepti contritionis formalis; [illegible] non esse necessitas medii. Quod non evincunt sui assertores ex eo, quod praeceptum conterendi, et poenitendi post peccatum commissum sit naturale, utpote ipsa recta ratione intimante, quando constat, injuriam alteri illatam esse [illegible], et compensandam; hancque compensationem haberi non posse sine dolore, ac detestatione factae injuriae. Nam non omnia quae juris naturalis praecepta sunt, cadunt sub necessitate medii; cum [illegible] cogeremur, ignorantiam juris naturae non excusare à peccato, et aeterna damnatione. Ad 3um … patet esse

Et ex his

102 Quaeres 2do, an contritio nobis praecepta, et necessaria ad peccatorum remissionem, et aeternam salutem consequendam sit ea, quae dicitur perfecta; an vero sufficiat imperfecta?

Respondeo, quidquid sit pro tempore legis naturae, et scriptae, de quo maximum dissidium est inter Doctores, quorum plures volunt, eo tunc necessariam fuisse contritionem perfectam, eo quia remedia contra peccatum instituta, et legis veteris sacramenta non conferebant vi, et efficacia sua gratiam, quam significabant; atque attritio de se non habet vim justificandi; respondeo, inquam, pro tempore legis gratiae, distinguendum esse inter casum, quo peccator sibi peccati mortalis conscius tenetur justificari, et non fit sacramentum Poenitentiae actu suscipere; et inter casum, quo peccator tenetur quidem justificari; sed fit actu sacramentum Poenitentiae suscipere. Si enim primum eveniat, tunc erit obligatio contritionem perfectam eliciendi, cum sibi peccati mortalis conscius non alio modo, quam contritione perfecta, aut attritione conjuncta cum actuali sacramenti mortuorum perceptione justificari possit. Si vero secundum contingat, tunc dicendum est, peccatorem suae satisfacere obligationi, si vel tantum contritionis imperfectae actum eliciat, cum ex una parte sacramentum Poenitentiae vel cum sola attritione susceptum ex institutione valeat ad peccatorum remissionem, ut jam dictum est, et ex alia parte contritio non alio modo est necessaria, et praecepta, quam ad reconciliandum hominem actu peccatorem cum ipso Deo, atque ad ipsum Deum placandum, et illatam injuriam ipsi Deo, quantum fieri fit, compensandam. Unde pariter [illegible] non fit inter [illegible] praeceptum, et praeceptum Charitatis Theologicae cum actus [illegible] tenus peccati, propter ipsum Deum non sit debitus nisi ex peccati [illegible]; et adeo deleto peccato cessat ratio ipsum peccatum detestandi; contra vero actus praecedens amoris benevolentiae, [illegible] debitus est Deo summe amabili, quae semper est. Haec pro tenenda, et vera sunt praesertim, si mortis articulum ex ipsis propter mox dicenda.

103 Quaeres ergo 3tio, an saltem in Articulo mortis, et etiam supposito casu, quod Poenitentiae sacramentum cum attritione, ut reliquis necessariis dispositionibus rite susceperit, adsit obligatio eliciendi actum perfectae contritionis?

Respondeo, hoc in re duplicem circumferri Doctorum sententiam, quarum prima affirmat, eaque potissimum innititur fundamento, quod ubi agitur de mediis aeternae salutis comparandae, vel ipsa recta ratio dictat, incedendam esse viam tutiorem, et omnem securitatem moraliter possibilem esse adhibendam, praesertim eo tempore, quo ex actu defectus fit omnino irreparabilis, sicuti evenit in mortis Articulo: Atqui ex una parte contritio perfecta est medium omnino certum, et tutum ad remissionem peccatorum et aeternam salutem consequendam; et ex alia parte tale medium non est attritio etiam cum sacramento Poenitentiae conjuncta, cum illud est cum aliqua incertitudine conjunctum, tum quia non est omnino certum, solam attritionem cum sacramento Poenitentiae sufficere ad justificationem, cum quia etsi hoc omnino certum esset, adhuc esset dubitandi, an valide fuerit administratum, vel ob defectum Sacramenti in suscipiente, vel ob defectum ordinationis, et potestatis, aut intentionis in ministro; et proinde sicuti vel justificatio

per sacramentalem absolutionem cum attritione susceptam adhuc in tum tendere debet per actum charitatis, si in mortis articulo versatur; ita et tendere debet per actum avertativum peccati propter Deum summum se dilectum, et hoc etiam, vel quia qui memoriam habet necati gravis a se commissi tendere non sit in Deum per actum benevolentiae, quin etiam simul avertatur ipsum peccatum propter ipsum Deum secundum se dilectum; vel quia sententia asserens dictam obligationem est vere probabilis; et adeo opposita non est moraliter certa, ac ita nullo modo practicanda, ne moribundus periculo suae aeternae salutis exponatur.

104 Altera vero sententia a pluribus propugnata, quamvis primum admittat sequendam pro omni casu, quo moribundus non est moraliter certus, se reipsa cum vera attritione sacramentum Poenitentiae suscepisse, et amplius suscipere non posse, ut est, ubi tantum ratione instantis mortis periculo motus fuisset ad confitendum, ceteroquin solitus nonnisi valde raro confiteri; nihilominus tamen dictam negat obligationem, nempe actum perfectae contritionis eliciendi, ubi moribundus omnibus perspectis est moraliter certus cum vera attritione, et integra confessione peccatorum fuisse absolutum a sacerdote a superiore ad audiendas confessiones approbato. Fundamentum autem praecipuum hujus sententiae, cui libenter subscribimus ex eo, quod ex una parte praeceptum contritionis perfectis non urget, nisi pro casu, quo quis peccavit mortaliter, et vel certus est, vel prudenter timere, et dubitare sit, sibi remissum non fuisse peccatum, cujus poenituit, et confessus est ut vel patet ex eo, quod peccatum jam remissum per Poenitentiae sacramentum ita se habet quoad culpam praeceptum ac si nunquam commissum fuisset. atque si peccatum nunquam commissum fuisset, locus non est praecepto contritionis perfectis, sicut omnes concedunt: ex alia vero parte, qui moraliter certus est, se cum reliquis dispositionibus habuisse veram supernaturalem attritionem, dum confessus fuit, moraliter certus est, sibi peccatum fuisse remissum, cum nunc post Tridentinum sit moraliter certa sententia asserens, ex parte contritionis sufficere attritionem ad fructuosam receptionem Poenitentiae sacramenti; adeo ut auctoritas paucorum oppositum asserentium nullo modo sit attendenda.

105 Atque ex hoc patet, falsum esse, quod primo loco asseritur pro opposita sententia ad probandum Poenitentiae sacramentum cum attritione susceptum esse maxime incertum de remissione peccatorum obtinenda; sicuti et patet, nullius esse momenti, quod secundo loco subjungitur, quia scilicet etiam in mortis articulo praeceptum iterandi est baptismus non solum ab obstetrice, vel ... collatus; verum etiam a Parocho administratus, cum ... minister potuerit non habere necessariam intentionem, et proinde sicuti est casus ubi ... remissioni contrarietas non tollunt contritionem pro suscepto baptismo sufficientem ac ... qui ipsi baptizantur, ita et ... non ... contritionem, sub qua Poenitens ... sit, et ... non valeat efficere ad actum ... charitatis ... quo supplebitur defectus baptismi si forte adsit, ut recte ... et notaris ... etiam in casu nostro, ut loco supracitato &c. ... charitate dicebam

106. Ad id vero, quod addebatur, disparitas patet ex dictis num. 102; quia non infirmatur ex eo, quod primo loco subjungitur, ad verum quidem sit, peccatorem sibi conscium peccati gravis nondum remissi non posse tendere in Deum per actum perfectae benevolentiae, quin etiam peccatum avertatur; falsum vero est ut peccator moraliter certus sit, peccatum jam sibi fuisse remissum. Atque inde ad ultimum, quod sane habet aequivocum. Nam vel adversarius vult, sententiam suam esse probabilem, quatenus sola contritio perfecta est unicum medium certo tutum, et securum pro peccatorum remissione obtinenda, attritio vero etsi cum Sacramento Poenitentiae conjuncta non sit tale medium certo tutum, et securum; vel sublimatus, etsi fateatur, Poenitentiae Sacramentum cum sola attritione susceptum esse remedium certum, et securum pro peccatorum remissione, [illegible] vult probabile esse, eam obligationem eliciendi actum perfectae contritionis ad magis certam reddendam aeternam salutem. Si enim primum sensum adversarius intendat, negandum est illius sensus, ut ex dictis patet; si vero secundum, tantum asserat concedendum est; sed non urget, cum non adsit obligatio eligendi medium tutius, et securius, ubi aliud medium, quod quis vult adhibere, est certo tutum, et securum. Adde, si placet, praecipuum, de quo in praesenti nos disputamus, non esse de re, cujus existentia est medium omnino, et simpliciter necessarium ad aeternam salutem comparandam; et adeo bene de re, qua invincibiliter non posita, [illegible] tunc aeterna salus obtineri sit; et proinde sumus in materia, in qua tantum de licito, et illicito agitur; in qua jam licet sequi sententiam probabiliorem pro immunitate obligationis. Verum quidquid sit de hoc, praxi sententiae prioris esse insistendum, cum in praxi vix haberi possit certitudo de Sacramento Poenitentiae vel cum vera attritione suscepto.

107. Ex his autem dicendum esset de tempore quo urget praeceptum contritionis; sed quoniam vel ex superius dictis de praecepto confessionis a num. 20; et pluribus sequentibus facile colligi potest, quid in praesenti dicendum sit, huic materiae de contritionis necessitate finem pono adnotando cum S. Thoma 3. part. q. 86. A. 2. in C, et q. 87. A. 1. pariter in C, quam communiter sequuntur Theologi, non solum peccata mortalia, ut certum est; verum etiam peccata venialia nullo modo remitti sine aliqua poenitentia, seu contritione aliqua vel perfecta, vel imperfecta, vel formali, vel virtuali; et adeo ne venialia quidem minima sine tali contritione remittuntur, ut expresse docet S. Aug. epist. 93, alias 48. inquiens =: Nec quemquam putes, a errore ad veritatem, vel a quocumque sive magno, sive parvo peccato ad correctionem sine poenitentia posse transire = [illegible] mone 1. in Psal. 58. his verbis =. Iniquitas omnis, parva magnave sit, puniatur, necesse est aut ab ipso homine poenitente, aut a Deo vindicante: nam et quem poenitet, punit se ipsum: [illegible] sit impunitum relinqui peccatum =. Itaque colligitur vel ex variis Scripturis, in quibus generaliter, et indistincte praescribitur pro peccatis omnibus poenitentia, et contritio, itemque et ex [illegible] ratione, qua planum cuique fit, retractatione propriae voluntatis deberi tolli id, quod propria voluntate commissum est [illegible] separat hominem a ipso Deo, ut facit peccatum mortale; vel [illegible] impedit, ne tam promptus in ipsum Deum feratur

ut delicit peccatum veniale: necesse est ergo vel ei ipsi omni venialium peccatorum remissionem aliquam saltem videlicet Pœnitentia, seu contritio, et displicentia, vel in hoc consistat, quod eliciat actum virtutis supernaturalis, vi cujus ita peccata displiceant, si memoriæ occurrerent, ut illis, quæ de facto occurrunt.

Neque his obstat, si dicas, contingere posse, ut homo cum solo peccato, vel peccatis etiam pluribus venialibus moriatur: quo in casu peccatum, aut peccata illa per contritionem non delerentur, quia sanus homo in altera vita ponere nequit actum neque satisfactorium, neque etiam meritorium: quod omnino falsum est, cum ad meritum status viæ requiratur, ut in Tract. de Actibus Humanis à num. 268. ostendebam. Nam in primis nonnulli, ut videre est apud Viribaldum hic Cap. 5. Dub. 7. num. 93. negant talis casus possibilitatem, quia volunt, Deum justis dare gratiam, si non ante exitum, saltem in exitu ex hac vita quo eliciant actum interpretativum contritionis, aut charitatis, quo quodlibet veniale saltem quoad culpam remittatur. Alij verò quamplures casum illum possibilem esse concedunt, sed, ut videre est apud laudatum Viribaldum, subjungunt, et docent, peccatum, aut peccata venialia tali justo remitti quoad culpam per actum intensivum contritionis, quam statim post mortem elicit: Atque hoc ad id, quod in probationem subjungitur, reponunt, talem actum quidem non fore meritorium, aut satisfactorium, quia talis anima non est in statu merendi, aut satisfaciendi; fore tamen tanquam conditionem tollentem indispositionem, et impedimentum ad veniam, quia nempe posita illa retractatione per modum conditionis, et removentis obicem Deus culpam remittit, ut possit anima frui beatitudine, ad quam jus habet per gratiam sanctificantem, quamvis interim Deus non remittat pœnam, quam in Purgatorio justus ipse luere debet. Sed jam sit

Articulus Tertius.

De Qualitatibus Contritionis.

Cum in Tract. de Deo Charitate toto Cap. 3 ostenderimus, Contritionem Charitate perfectam habere vim justificandi etiam extra Sacramentum, atque cum ejusdem voto, ibique, et Cap. 4 ostenderimus etiam de qualitatibus, quibus affecta esse debeat, ipsa contritio, ut dictam vim justificandi habeat: In Tract. vero de Deo Spe ostenderimus, actum amoris, et timoris spei [illegible] seu conceptum ex spe præmij, et timore pœnarum esse actum bonum, et honestum, et etiam meritorium in ordine supernaturali, et per consequens etiam ipsam attritionem ex talibus motivis elicitam esse quid honestum, ac laudabile, dummodo [illegible] tamen conditionibus ibidem præscriptis, hinc hoc in loco dicamus tantum de qualitatibus, seu requisitis, quæ annexa esse debent ipsi contritioni sive perfectæ, sive imperfectæ, per ordinem ad ipsum Sacramentum Pœnitentiæ, seu prout est pars constituens ipsum Sacramentum Pœnitentiæ. Quod praestabimus, in primis exponendo ea, in quibus facile conveniunt Doctores [illegible], in quibus [illegible] aliquod inter eos est.

[illegible] incipiendo itaque à primo dicendum est, Contritionem, sive perfectam, sive imperfectam ad Pœnitentiæ Sacramentum requisitam, tanquam ejusdem partem in-

... contritionem debere esse formalem, internam, et aliquo modo externam simul, seu sensibilem, supernaturalem, universalem respectu mortalium peccatorum, efficacem, appretiative summam, et tempore sacramentalis absolutionis saltem moraliter, et virtualiter existentem, necnon reipsa talem. Atque in primis quod contritio nostra debeat esse formalis, nempe peccator actu detestativo tendat in ipsum peccatum cum proposito non peccandi de cetero, et proinde non sufficiat virtualis, nimirum inclusa in actu prosecutivo charitatis theologicae, constat tum ex Florentino, tum ex Trid. supra num. 92 relatis, ubi tanquam partem constituentem Poenitentiae sacramentum requirunt contritionem, quam dicunt esse dolorem, et detestationem de peccato commisso; et proinde cum haec sonent dolorem simpliciter, et sine addito, ideoque formalem, et amor formalis ipsius Dei cum proposito faciendi omnia divina mandata non sit dolor simpliciter, sed cum addito, seu virtualis, consequens est manifestum, ad Poenitentiae sacramentum requiri contritionem formalem, quamvis actus amoris benevolentiae erga Deum aliquando possit sufficere ad justificationem extra sacramentum, cum nempe non subit memoria peccati, secus vero, ubi memoria peccati habetur, cum tunc peccator non justificetur per solum actum propositum amoris Dei, nisi simul detestando peccatum in ipsum feratur. Ex quo proinde patet, non recte a nonnullis opponi Trid. sess. 14, cap. 4, ubi cum definivisset dolorem, dicit, talem motum quovis tempore fuisse necessarium ad peccatorum remissionem, cum ibi Trid. loquatur de contritione elicita a peccatore memore suorum peccatorum.

221 Secundo vero quod contritio debeat esse interna et aliquo modo externa simul, quoad prius constat tum ex Scripturis, ut ex illo Joel. 2: Convertimini ad me in toto corde vestro... scindite corda vestra, et ex illo Psal. 50: Cor contritum, et humiliatum Deus non despicies, et aliis pluribus omissis ex illo Deuter. 4: Invenies eum, si in toto corde quaesieris, et tota tribulatione animae tuae: tum ex definitione a Trid. tradita, qua dicitur contritionem esse animi dolorem, et detestationem: tum denique ex eo, quod cum homo per voluntatis actum peccando a Deo recesserit, per actum internum ejusdem voluntatis ad eundem Deum redire conari debet, cum perfectam aliter nostra poenitentia non esset vera, sed ficta, et simulatio illius, qui Deum, qui cor intuetur, minime decipi sit.

222 Quoad secundum vero patet tum ex eo, quod contritio debeat esse talis, ut sit vera pars constituens sacramentum Poenitentiae: quod certe non esset, ubi non esset aliquo modo externa, et sensibilis, cum de ratione partis constituentis sacramentum, quod procul dubio est signum sensibile, sit, ut vel per se, vel per aliud sit sensibilis; tum ex eo, quod contritio ordinata ad sacramentalem absolutionem debeat esse dolorosa, cum alioquin nec sacerdos, qui judex est, necessariam poenitentis dispositionem cognosceret, nec ipsa confessio posset censeri vera accusatio: atque confessio dolorosa dici non posset, ubi dolor internus non fiebat sensibilis per ipsam confessionem. Quod jam diligenter notandum, quia ut supra monebam num. 97, ad veram contritionem, quae sit pars sacramenti Poenitentiae, necessarium non est, ut ipsa sit secundum se sensibilis, et foras prodeat in lacrymas, singultus externos.

223. Tertio quod contritio etiam debeat esse supernaturalis, profluens scilicet ex divina gratia tanquam suo comprincipio, et concepta ex motivo supernaturali, v. g. ex divina bonitate absoluta aut respective lumine fidei cognita, vel ex metu poenarum ut infligendarum a Deo justo vindice, aut amissionis aeternae Beatitudinis, ubi talis metus procedat, et oriatur ex cognitione supernaturali nempe per fidem habita, vel etiam ex turpitudine peccati, quae ut divinae voluntati opposita per Spiritus Sancti illustrationem sit cognita, manifeste colligitur ex Trid. sess. 6. can. 3. sic definiente: si quis dixerit, sine praeveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit. et sess. 14. cap. 4. de sacramento, attritionem, quae ad gratiam in poenitentiae sacramento impetrandam disponit, esse donum Dei, et Spiritus Sancti impulsum. Quod et ipsa ratione evincitur, quia nempe constat, dispositionem debere esse proportionatam formae, et ejusdem ordinis cum illa; et proinde cum forma, seu gratia, quam poenitentiae sacramentum producit, sit supernaturalis, talis et debet esse contritio, quae est dispositio ad illam. Propterea licet dolor de peccatis conceptus ex motivo naturalis honesti, utputa ex divina bonitate lumine naturali cognita, aut ex timore poenarum ut infligendarum a Deo ut cognitione naturali cognito tanquam vindice, [illegible] aut ex turpitudine peccati naturaliter cognita tanquam dissona ipsi naturae, aut ex alio hujusmodi motivo, possit esse bonus in ordine naturali, ut constat ex hac ordine 2. ab Alexandro VIII. damnata propositione: "Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem, et dissonantiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu." Nihilominus tamen talis dolor nullo modo sufficit ad valide, et fructuose recipiendum poenitentiae sacramentum, ut etiam constat ex hac ordine 57. ab Innocentio XI. proscripta propositione: "Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam." Tametsi caeterorum ac dictum sacramentum accedens cum sola naturali attritione, invincibiliter existimata supernaturali, a peccato indignae susceptionis excusaretur.

224. Quarto itemque quod contritio debeat esse universalis respectu omnium mortalium peccatorum, seu talis, ut peccator saltem in universum doleat, et detestetur omnia peccata mortalia a se commissa, et habeat verum, et efficax propositum vitandi de caetero omne, et quodcumque mortale peccatum, clare constat ex illo Ezech. 18. "Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, et custodierit omnia mea, vita vivet." Ubi enim dicitur ab omnibus peccatis suis, et omnia praecepta. Quod saltem verum esse debet, in peccatis gravibus, et praeceptis sub gravi obligantibus. Idque evincit etiam ipsa ratio. Nam cum per quodlibet mortale peccatum avertatur a Deo, nullumque mortale peccatum sine infusione gratiae dimittatur, et quodlibet mortale peccatum sit cum ipsa gratia incompossibile; et per consequens unum peccatum absque altero dimitti non possit, manifeste sequitur, contritionem quae valet unius peccati mortalis remissionem valet, debere valere ad omnium mortalium commissorum remissionem, ad quam

cata non valet, nisi saltem virtualiter, et implicite ac omnia se extendat, per rationem omnibus communem, quatenus sunt offensa Dei. Unde Concilium Generale Lateranense II. Cap. 22. sic praedecernit =: Falsam poenitentiam esse dicimus, cum spretis pluribus, de uno solo poenitentia agitur, aut cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio. Unde scriptum est, (qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus) scilicet quantum ad vitam aeternam; sicut enim si peccatis omnibus esset involutus, ita si in uno tantum maneat, aeternae vitae januam non intrabit =. Haec Concilium.

225. Dixi autem primo: respectu omnium mortalium peccatorum: quia cum sine gratia sanctificante per sola venialia peccata non amittatur, et ideo non sit incompossibilis cum illa, sine quamvis laudabile, et commendandum sit, ut peccator tam mortalium, tam venialium reus, ad poenitentiae sacramentum accedens, ad utraque suam extendat contritionem; non tamen necessarium est, ut etiam de ipsis venialibus doleat, eaque detestetur, sicuti ut infra dicam, et dictum jam est, necessarium non est, ut venialia cum mortalibus confessario patefiant.

226. Dixi 2do: saltem in universum doleat, et detestetur omnia mortalia peccata. quia tametsi, ut apposite docent Auctores Catechismi Romani hic num. 29; maxime hortandi, et monendi sint fideles, ut de singulis mortalibus criminibus proprium contritionis dolorem adhibere studeant juxta illud Isaiae 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae: nihilominus tamen, quidquid dixerint non pauci Doctores, quorum aliqui singulos doloris actus ad singula exigunt peccata, aliqui vero contenti sunt unico actu detestationis, qui in omnia peccata distincte cognita feratur, ea sane ratione, qua actus, quo quis contristatur, se decies fornicatum esse, in decem distinctos fornicationes fertur; nihilominus, inquam, cum communi sententia tenendum est, sufficere actum, quo quis se peccasse agnoscens de omnibus peccatis a se commissis, sive cognitis, sive non cognitis generatim, et universe doleat, eaque veluti in confuso detestetur; adeo ut totius suae vitae mala acta, quae in ipso perpetrata, ut loco citato num. 30 docent profundissimi Auctores Catechismi Romani, et Angelicus Praeceptor De verit. Q. 29. A. 5. ad 4um, ubi expresse docet, quod opus non est, ut in ipso justificationis momento aliquis cogitet de singulis peccatis suis, sed sufficit, quod cogitet de hoc, quod per culpam suam est aversus a Deo: quamvis necessaria non sit ordine ad contritionem instituendam necesse sit, ut ... post contritionem habeatur recogitatio singulorum peccatorum mortalium. Cujus deinde rationem reddit in 4to Sent. dist. 17. Q. 3. Quaestiunc. 5. ad 2dum inquiens =: In contritionis motu subitaneo, quamvis non actualiter distinctio inveniri possit, tamen invenitur secundum quod singula peccata ordinem habent ad illud, de quo in illa contritione generali contritus dolendum occurrit, scilicet de offensa Dei =: Quam doctrinam deinde confirmat exemplo illius, qui aliquam communitatem diligit, quod nomine generali hic eliciendo actum amoris erga communitatem illam, virtute diligit singulos ex illa, ita et qui universim dolet de omnibus peccatis suis, virtute dolet de singulis: quod jam sufficere

debet, cum saepe peccator pluribus, et pluribus irretitus peccatis veluti repente divina gratia percussus subito converti non possit, cui debeat instantanea omnium peccatorum suorum recordari, eaque cogitare sit impossibile; et proinde cum plurima exempla subitae conversionis nobis scriptura divina suppeditet, dicendum est, ad veram contritionem sufficere, ut quis omnia sua peccata apprehendat tanquam offensam Dei, et sub hac ratione omnia universim detestetur; adeo ut opponere non juvat, quod peccatum, quod menti non observatur, detestari non possit juxta illud: nihil volitum, quin praecognitum: quia si hoc verum esset, nemo posset quarum sufficit ad justificationem vel in sacramento Poenitentiae operandam, detestari peccata, quorum post diligens examen non recordatur: quod cum sit contra Trid. citato sess. 14 can. 5; ubi talia peccata oblita dicuntur intelligi inclusa in eadem confessione, aliorum nempe peccatorum; ita ut quod opponitur, falsum omnino est.

117. Dixi 3tio: omnia peccata mortalia a se commissa: quia quamvis de [illegible] requiratur ut poenitens propositum suum ita concipiat, ut firmum habeat, in posterum vitare non solum peccata, quae confitetur, verum etiam quodcumque aliud peccatum, quod praesertim sit gravis offensa divinae Dei; non tamen requiritur, ut actus doloris, et detestationis feratur tantum in peccata commissa, quorum memoriam habet, aut invincibiliter oblitus est post debitum praemissum examen, tum in peccata quae venialia commissa fuerint. Nam in omnis peccati, quod commissum non est, non videtur cur, et quomodo detestari possit; ubi detestatio, et dolor feratur vel in sola peccata commissa, habetur totum id, quod ex parte doloris, et detestationis requirit Trid. inquiens: contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso.

118. Quinto quod contritio debeat esse efficax talis nimirum, ut nedum importet displicentiam, et detestationem peccatorum commissorum; verum etiam excludat omnem affectum ad quodvis mortale peccatum, et contineat firmum propositum servandi omnia divina mandata praesertim sub gravi obligantia, et adhibendi omnia media necessaria ad fugam peccatorum, et observantiam mandatorum, cujusmodi sunt destructio causarum peccati, fuga occasionis maxime cupiditatum, ac sensuum mortificatio, crebra oratio, et hujusmodi, nec non efficiendi quidquid Deus requirit ad peccati destructionem, ut confitendi, et satisfaciendi, constat tum ex eo, quod, ut citato loco definit Trid. vera contritio necessario imbibit propositum non peccandi de caetero, hoc propositum nulla ratione haberi, et, ubi habeatur affectus ad peccatum; et ubi non habeatur modus firma mandata observandi, et peccatorum causas destruendi etc; tum ex eo quod vera contritio est conversio ad Deum ex toto corde, et in tota anima, hujusmodi conversio haberi non fit sine odio efficaci peccati, et sine amore pariter efficaci justitiae, quae omnia supradicta necessario includit, ut per se est manifestum, et tradit Trid. loco citato, et sub num. 95 retulebam.

119. Sexto quod contritio debeat esse appretiative summa, talis nimirum, ut contritus vi sui actus plus odio habeat, doleat, et detestetur peccatum suum, quam aliud omne malum, et ita saltem virtualiter, et implicite sit animo

comparatus, ut potius velles, omnia bona, famam, et vitam ipsam amittere, item infamiam, egestatem, tormenta omnia, ac mortem quamcumque subire, quam contra Deum graviter peccare. Ostenditur. Tum ex eo, quod contritio ad justificationem necessaria est conversio ad Deum ex toto corde, et ex tota anima, saltem totalitate appretiationis, juxta illud Joel. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro. et, juxta illud Deuter. 4. Cum quaesieris Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quaesieris, et tota tribulatione animae tuae. Tum ex eo, quod peccatum utpote offensa Dei, ac dissolvens amicitiam hominis cum Deo, eumque privans divina gratia sanctificante, ac jure ad aeternam Beatitudinem, quae est summum bonum, peccatori [illegible], est summum malum, adeoque super omnia mala dolere atque detestari ratio comprincipii supernaturalis (quale est illud, quod influit in contritionem necessariam ad dignam suscipiendum Poenitentiae sacramentum) influentis in actum destructivum objecti summi mali, et debilis est ita influere, ut illud super omnia odio habeatur, et detestetur, ut patet. Tum ex eo, quod contritio, quae est perfecta, est verus actus Charitatis Theologicae; si vero est imperfecta, simul cum Poenitentiae sacramento ejus vices supplet; et per consequens cum de ratione actus Charitatis fidelis sit, ut Deus summum bonum super omnia appretietur; item et de ratione contritionis est ut peccatum utpote summum malum super omnia odio habeatur, et detestetur: immo ex hypothesi quod quis invincibiliter videret, sibi vel malum peccati, vel infernum esse eligendum ex necessitate, S. Anselmus de Similitudinibus cap. 190. merito dicebat infernum esse eligendum his verbis =: Si hic peccati pudorem, et illic gehennae inferni horrorem, et necessario haberem uni eorum immergi, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immitterem. Mallem enim purus a peccato, et innocens gehennam intrare, quam peccati sorde pollutus caelorum regnum tenere =. Quae S. Doctoris doctrina omnino consona est rationi, tum quia malum culpae est simpliciter majus, quam malum poenae inferni; tum quia qui praeeligeret peccatum potius, quam infernum, magis amaret semetipsum, quam ipsum Deum, cum potius vellet cavere quod sibi malum est quam illud, quod est malum Dei. Quamvis caeteroquin extra hypothesim talis invincibilis ignorantiae, ad veram contritionem peccator non sit ut vel virtualiter, et implicite peccator sit ita affectus comparatus, ut vellet potius infernum, quam peccatum, cum in praesenti providentia nec peccatum sit medium ad vitandum infernum, nec per se, infernum sint medium ad vitandum peccatum; hinc talis animi comparatio est omnino inutilis, et per consequens nullo modo necessaria ad verum habendam contritionem.

Caeterum hic adnotabis verba illa: Ita saltem virtualiter, et implicite sit animo comparatus, ut potius vellet, omnia bona &c. quia ad contritionem veram, et sufficientem pro Poenitentiae sacramento non requiritur actus expressus, quo peccator dicat se potius velle carere omni bono, et subire quodlibet malum, quam amplius peccare: immo, ut communiter notant Doctores, multis et [illegible] tentationibus non expedit facere talem [illegible], et explicitam comparationem inter peccatum, et alia mala, volendo se determinare ad hoc potius

-ligenda, quàm peccatum, cum hoc saepè sit, se tentare, aut sibi ipsi ponere scandalum, vel saltem impedimentum, ut de hac re loquens in 4to Dist. 16. A 2 Q. 1. monet S. Bonaventura his verbis =: Periculum est, et stultitia quaerere hoc ab aliquo extremo, vel etiam à seipso, quia hoc est ponere hominem in tentatione, unde nullus confessarius debet hoc ab aliquo, qui sibi confitetur, quaerere; sed si poenitens se offerat, et dicat, se malle esse mortuum, quàm peccasse, vel simile aliquid, gaudendum est, quia signum bonae voluntatis est =. Hoc S. Doctor, quibus Angelicus Praeceptor in Supplement. Q. 3. A. 1. ad 4tum hanc addit rationem, quia cum mala naturae, et poenarum plerumque à nobis sensibiliter cognoscantur, et vivacius terreant, fieri sit, ut eorum expressa cogitatio, et consideratio impediret efficacem peccati detestationem. Unde sufficiat, quod voluntas contriti sit ita disposita, ut quousque ipsa talis perseveraverit, verum sit, ut neque pro quocumque bono, neque pro quocumque malo Deum deserat gravitèr peccando. Ex quo et facile constabit, contritionem nostram non debere esse intensivè summam, ut etiam de Charitate Cap. 4. A. 1. § 1. à num. 92. ostendebam.

121. Septimò quod et contritio nostra debeat saltem moralitèr, ac virtualitèr existere tempore sacramentalis absolutionis, talis nempe, ut vel à tempore, quo à sacerdote proferenda sunt absolutionis verba, poenitens reipsa actu doleat, et detestetur peccata sua, vel saltem etsi ante doluerit et detestatus fuerit peccata sua, adhuc tamen actus ille doloris, et detestationis virtualitèr perseveret, nimirum in aliquo ejusdem effectu, clarè constat ex eo, quod dolor, et detestatio de peccatis est pars constituens sacramentum cum sacerdotis absolutione; et adeò saltem moralitèr, ac virtualitèr debet coexistere cum sacramentali absolutione. Quod tamen diligenter notandum, quia neque ad valorem, neque ad liceitatem sacramenti requiritur, ut dolor tempore physicè coexistat confessioni, et absolutioni sacramentali, ut dicebam de Sacramentis in genere Cap. 3. A. 1. à num. 39., et vel constat ex eo, quod sacramentum hoc forense judicium imitatur, in quo necesse non est, ut statim post accusationem judicis sententia sequatur; et non constat quod Christus Dominus quoad hoc immutavit hoc judicium sacramentale. Ex quo et patet discrimen, quod inter hoc, et alia sacramenta, et nominatim Baptismum, confirmationem, eucharistiam, extremam unctionem, et Ordinem intercedit, utpote cum horum forma materiam physicè praesentem exigentibus vero forma Sacramenti Poenitentiae, cum hoc, quemadmodum et forma Matrimonii, verificatur, cum materia moralitèr existente. Quare difficultas est tantum in morali coexistentia dignoscenda, de qua infra dicetur.

122. Tertiò est quod contritio debeat esse reipsa talis, et proinde non sufficiat contritio existimata constat ex eo, quod, ut definit Trid. Sess. 14. Can. 3 et Can. 4, contritio est vera pars constitutiva Poenitentiae sacramenti, quae non est quid ideale, et mente fictum, sed verum, et reale; atque pars ... verum aliquid verum, et reale debet esse verum, et realis, et non tantum existi-

mata ut nostra existimatio nihil ponat in rerum natura, seu a parte rei; et nec corpus ut nulla res possit esse sine suis partibus essentialibus, nec poenitentiae sacramentum poterit esse sine aliqua vera contritione qualis a Deo requiritur, ut etiam patet in reliquis omnibus sacramentis, ut ceteris omissis apertum fit in sacramento Baptismi, quod v.g. administratum in vino, etsi invincibiliter existimato aqua naturali, nullum omnino est, sed invalidum. Atque ex his facile est inferre contra nonnullos, ad validum suscipiendum Poenitentiae sacramentum non sufficere dolorem, quo quis doleat se non dolere, quantum necessarium est ad veram contritionem, talem enim dolorem per se non sufficere ad Poenitentiae sacramentum, quia talis dolor, ut nota, non habens pro suo objecto ipsa peccata, sed carentiam doloris ipsorum peccatorum, in rigore non est dolor ac displicentia de peccatis commissis, et proinde cum dolor requisitus ad Poenitentiae sacramentum, ut dictum est, debeat esse dolor de peccatis commissis, dictus dolor, quo quis doleat se non dolere, non est sufficiens pro sacramento poenitentiae, quamvis negandum non sit frequenter in timoratis talem dolorem esse signum quasi evidens necessarii doloris, et in talibus hominibus vix fieri possit, quod talis dolor non terminetur ad ipsa peccata. Atque haec sunt, in quibus facile conveniunt Doctores. Quodsi sit

Articulus Quartus

Solutio nonnullorum dubiorum ad contritionem spectantium.

123\. Inter alia, quae circa contritionem a Doctoribus hic examinantur, illud unum est, an dari possit sacramentum Poenitentiae validum, et informe seu sine effectu gratiae sanctificantis, ac remissionis peccati? Quae controversia ex eo excitata est, quia etsi omnes omnes in eo conveniant, quod sine vero, ac reali dolore, qui sit supernaturalis, et super omnia, haberi non possit validum sacramentum Poenitentiae, nihilominus plures in ea sunt sententia, quod vere ignorantiae invincibilis alicujus peccati gravis commissi possit dari verus, et supernaturalis dolor de aliis peccatis cognitis, qui tamen nullo modo extenderetur ad alia peccata invincibiliter oblita, seu ignorata: inter quos casus existimant praecipue esse sequentes: et primo si poenitens habens v.g. furtum et perjurium, ac de perjurio inculpabiliter oblitus, et ideo cogitans se tantum reum furti, de hoc super omnia doleat propter suam specialem oppositionem cum virtute justitiae, nec ordinem ad illum Deum etiam acceptantem, et prohibentem, quin ullo modo tendat in ipsum perjurium: ideo si peccator sciens furtum esse mortale, de hoc super omnia doleat ex justitiae motivo, et putans perjurium esse tantum veniale, de hoc doleat solum ex metu Purgatorii, atque ideo illud non confiteatur: vero si poenitens agnoscens tam furtum, quam perjurium esse mortale, peccatum, utrumque quidem confiteatur, sed de furto tantum efficaciter doleat, et de perjurio inefficaciter; etsi invincibiliter cogitans de utroque efficaciter se dolere: quod si utrumque sciens tam furtum, quam perjurium agnoscens esse mortale utrumque confiteatur de uno tantum dolens ex eo, quod invincibiliter credat, sibi sufficere, ut de uno tantum doleat: tandem si adultus post mortale peccatum commissum sine dolore de eodem baptismum suscepit, et postea morta

letur, aut venialiter peccat, et de hoc tantum dolens, existimans se non teneri dolere de peccato ante baptismum commisso, ad poenitentiae sacramentum accedat, et confiteatur. His porro casibus suppositis dicunt, sacramentum poenitentiae tunc susceptum fore informe quidem, sed validum: informe quidem, quia ex una parte certum est, unum peccatum mortale non remitti sine alio, et ex alia parte certum est, nullum mortale peccatum remitti, nisi ejusdem retractatio habeatur: validum vero, quia tunc habentur omnia constitutiva sacramenti Poenitentiae, nempe integra fidelis confessio, et absolutio, et dolor supernaturalis, et sensibilis, nempe per ipsam confessionem [illegible]. Quod et confirmant auctoritate Angelici Praeceptoris in supplement. q. 9. a. 2. in o expresse docentis Poenitentiae sacramentum recedente fictione reviviscere, sicuti alia sacramenta; et nec consequenter sicuti alia sacramenta, ut Baptismus, Confirmatio, Ordo, et Matrimonium, possunt esse valida, et informia; ita et Poenitentiae sacramentum.

24 Verum quidquid sit de veritate talis sententiae, quae utcumque sua probabilitate gaudere non diffitemur, opposita tamen sententia omnino tenenda est; et proinde si casus esset, ut quis cum tali tantum dolore peccata sua confessus fuisset, non justificabitur, ubi per dolorem de novo elicitum post confessionem in universum peccata sua detestaretur; sed tenebitur confessionem factam repetere, sicuti repetere deberet, qui cognoscit, se de facto nullum dolorem habuisse in confessione a se instituta. Nam in primis non videtur posse concipi, quomodo dolor de peccato aliquo commisso possit esse verus, et supernaturalis, nisi saltem virtualiter, et implicite extendatur ad omne peccatum commissum, quod sit mortale, cum omnis verus, et supernaturalis dolor necessario requirat voluntatem efficacem reconciliationis cum ipso Deo. Deinde dolor a Christo requisitus nedum pro fructuosa, sed etiam valida sacramenti Poenitentiae susceptione debet esse universalis, ut constat ex supra dictis, et tradit Trid.num laudata sess. 14 cap. 3, et can. 4 docens, dolorem ex ratione [illegible] sacramenti Poenitentiae, quatenus in Poenitente ad plenam, et perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiritur et per consequens, cum dolor qui non sit universalis sed solum dimidiatus non sufficiat ad plenam, et perfectam peccatorum remissionem, neque sufficit ad habendum verum, et reale sacramentum; et proinde si quis cum dicto dolore dimidiato confessus fuisset, iterum peccata omnia confiteri teneretur; atque eo magis, quia sumus in materia, in qua existimando non facit [illegible] sumere non licet sequi sententiam probabilem relicta tutiori [illegible] forte probabiliore. Atque hinc ad alias difficultates, quae quoniam plures sunt, distinctis paragraphis rem totam absolvam. Sit ergo

§. 1. De dolore requisito pro venialium confessione.

25: Poenitenti reo peccatorum mortalium, et venialium simul [illegible] esse, in confessione explicanda omittere confessionem venialium, et se obligationem tantum mortalia confitendi supra tanquam certum ostensum est. At si talem poenitentem contigerit sola mortalia confiteri, non teneri eliciendum dolorem, qui ad venialia etiam se extendat, pariter certum esse debet; et proinde

hic restat tantum examinare, an pro eo casu quo poenitens una simul cum peccatis mortalibus venialia confitetur, etiam ad ipsa venialia suum dolorem debeat extendere? sicuti et pro eo casu, quo poenitens vere venialia tantum peccata hoc clavibus ecclesiae subjicit, an nempe tunc dolor ad illa omnia debeat extendi; an vero sufficiat, ut de aliquibus, aut etiam aliquo tantum ex confessis venialibus doleat? et qualis deinde debeat esse hujusmodi dolor?

126 Ad hujusmodi autem difficultatem dicendum est cum communissima, et vera sententia, in confessione mortalium et venialium simul necessarium quidem esse, ut dolor se extendat ad omnia mortalia; minime vero oportere, ut se ad venialia etiam extendat; sicuti et necessarium esse in venialium confessione, ut habeatur verus, formalis, supernaturalis, sensibilis, et efficax dolor cadens saltem super unum ex venialibus confessis; minime vero oportere, ut dolor ad omnia venialia etiam confessa extendatur; et ita quidem, ut tunc sacramentum non modo sit validum, sed etiam effectum suum sortiatur, producat nempe gratiam remissivam peccatorum, de quibus poenitens vere se dolet. Ratio autem est, quia non solum peccata mortalia possunt remitti, quin venialia dimittantur; sed etiam unum vel aliqua venialia peccata condonari possunt, ceteris venialibus nondum dimissis; et proinde sit haberi verus, et supernaturalis dolor, qui sit super omnia, etiamsi vel extendatur ad sola mortalia, vel tantum ad aliquod, vel aliqua venialia etiam confessa; et per consequens cum tali dolore habita confessione, dolorosa, et sacerdotis absolutione habentur omnia constitutiva necessaria ad sacramentum Poenitentiae, quod et in casu gratiam producit, cum nullus obex eam immediatius habeatur. Quod vel maxime suaderi potest ex eo, quod laudanda minime est vel timoratorum praxis, dum non solum mortalia, si qua forte commiserunt, sed etiam omnia venialia quorum recordantur studeant subjicere ecclesiae clavibus, etsi frequenter in aliquo probantur; et ideo merito timendum sit, ne pro merito [illegible] [illegible], et universalem habeant dolorem: quidquam dici ne[illegible], quod nempe talis praxis non sit laudanda, omnino tamquam vera tenenda est nostra doctrina, quamvis, ut dixi, vel in venialium confessione dolor cadens super unum, vel aliqua ex venialibus debeat esse verus, fortis, supernaturalis etc.; cum satis sit [illegible] partes constitutiva sacramenti Poenitentiae, ut supra ostensum est; et in grave commiserit peccatum.

127 Neque contra hoc objicere valet primo quia peccatum, de quo quis non dolet esse materia inepta absolutionis sacramentalis atque subjicere formae sacramenti [illegible] non fit cum suo peccato, et quidem gravi, ut notat [illegible], qui vero cum hostiis [illegible] consecrandis hostiam [illegible] adhiberet [illegible] quod subjiciens clavibus, seu confitens peccatum [illegible] [illegible], et ab eo absolvi velle, et non [illegible] si de illo vere non dolet, et conatur absolvi [illegible] [illegible]; atque [illegible] in confessione non fit cum suo peccato ergo etc.

128 [illegible] omissa, vel etiam concessa majori, negatur minorem absolute [illegible]; nam aqua benedicta immiscere guttas [illegible] benedicti, et vino guttulas aquae, [illegible] est peccati. [illegible] aqua [illegible] sit [illegible] [illegible] neque aqua [illegible] consecrationis, etsi graviter peccatum esset [illegible]

[illegible] confitendi, hortor non [illegible] communiter verba inter hunc,
et nostrum casum plures sunt disparitates, quas Doctores assignant, inter
quas eam subjicere placet, quod nempe forma Eucharistiae, seu verba con-
secrationis immediate, et primario diriguntur ad materiam, quam absolute de-
terminant, et designant per pronomen *Hoc*, atque de singulis Hostiis
dicunt, esse corpus Xti; et proinde si materia inepta supponatur, ea prorsus
falsa sunt, si contra vero forma Poenitentiae seu verba absolutionis
immediate, et primario non diriguntur ad ipsa peccata, sed ad Poeni-
tentis personam, adeo ut indirecte tantum, et in confuso attineant ipsa
peccata. Unde sensus talium verborum est: *Confert tibi gratiam de remis-
sione peccati*: quo effectu non frustrantur verba, etsi contingat, ut
peccator aliquod veniale, quod in confessione retulit, non habe-
at verum dolorem, dummodo de aliquo, aut aliquibus vere doleat, sicut
non frustrantur ubi per contritionem praecedentem ipsa peccata remis-
sa inveniuntur.

129 Ad 3um concedendum quidem est, mentiri
eum, qui de facto aliqua venialia confitetur, in executione non vult de
illis dolere; falsum tamen est, illum mentiri, qui vere conatur, et intendit de
omnibus, sive mortalibus, sive venialibus confessis dolere, ac in fine confes-
sionis addit, et dicit: De his, et omnibus peccatis meis me accuso, et doleo.
Etiamsi interim contingat, ut tantum de venialibus gravioribus, et minus
frequentatis doleat, quia tunc neque Poenitens aliud vult significare, nec
aliud intendit Confessarius, quam quod Poenitens intendit reipsa [illegible] de
omnibus, et ab illis omnibus vult absolvi dummodo vere doleat. In quo certe ni-
hil mendacii invenitur. Quamvis etsi tunc [illegible] aliquod [illegible]
[illegible], illud leve est, utpote versans circa rem levem, et [illegible],
et sic ad summum venialiter peccaretur. Quod non obstat valori, et
effectui, saltem primario sacramenti, ut in simili dicebam de Eu-
charistia Cap. 2 Art. 1. a num. 190. Neque valeat, utpote ad rem praesentem
declarandam conducentia, dum interim sit [illegible]

§ 2. De habitudine doloris ad Confessionem, et Absolutionem.

130 Plura sunt, in quibus hoc in loco disputant Doctores, et primo in-
quirunt, an dolor de peccatis requisitus pro Poenitentiae sacramento de-
beat se habere cum intentione confitendi? 2do an [illegible] materia
debeat absolutionem esse et [illegible] peccatorum confes-
sionem? 3tio qualis distantia temporis efficiat morali[illegible]
[illegible] dolorem et absolutionem debere? 4to quaenam [illegible]
[illegible] peccatum [illegible] confiteatur? et tandem an idem dolor pro
pluribus absolutionibus possit sufficere? Atque [illegible]

131 Quaeres primo, an dolor de peccatis necessa-
rius tum ad valorem, tum ad liceitatem sacramenti Poenitentiae [illegible]
beat a Poenitente elici ex intentione confitendi?

Respondeo [illegible] auctor [illegible]
magni nominis Doctorum, in [illegible]
[illegible] talis intentionis [illegible]. Ex una enim parte [illegible]
de valore sacramenti; et propterea, ut constat ex propositione ordine prima
ab Innocentio XI proscripta die 2 Martii 1679, non licet sequi sententiam probabilem
aut etiam probabiliorem, relicta tutiore: Atque ex alia parte sen-
tentia militans pro necessitate dictae intentionis est vere,
et solide probabilis, [illegible]
to Doctorum saepius, qui quamplures sunt in hac sententia
tum ipsa recta ratione suadetur. Nam non solum [illegible]

Minister verò etiam dispiciens sacramentum per suam intentionem ordinare debet modò à se, oritam ei suam formam respectivè ut [illegible] in ablutione baptismali relatè ad suam formam, et in [illegible] modò relatè ad ordinationem, ut si baptizaturus [illegible] [illegible] intentionem baptizandi non haberet, nullo [illegible] esset Baptismus, [illegible] omnia præstaret [illegible] [illegible] haberet sicuti et valida non esset ordinatio [illegible] nullam haberet intentionem [illegible] [illegible] [illegible] haberet, [illegible] minister [illegible] [illegible], [illegible] ergo et valida non erit sacramentalis absolutio [illegible] nullam habebat intentionem [illegible] ordinandi ad confessionem et absolutionem [illegible] [illegible], quod [illegible] [illegible]. [illegible] diligenter notandum est quia, ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 3. [illegible] [illegible] non est necessaria explicita, et [illegible] intentio, quoque [illegible] debet, ordinet dolorem suum ad confessionem, et absolutionem, sed sufficit, quod quis se reum peccati agnoscens, ac ideò volens confiteri debeat [illegible] peccatis suis, sive intentionaliter expressè ordinet, sive non ordinet dolorem suum ad sacramentum, [illegible] [illegible] dolor [illegible] [illegible] [illegible] confessione.

[illegible] [illegible] primò sententiam nostram esse [illegible] [illegible] [illegible] nihil aliud [illegible] dolore requirens, quia quod sit [illegible] [illegible] [illegible] voluntatem peccandi excludat, et præterea necesse non est ut sit elicitus ex confessionis intentione: ideò non minùs in adulto peccati gravis reo ad Baptismum accedente, [illegible] in [illegible] sacramentum Pœnitentiæ dolorem requiri, et propterea sicuti ab adulto baptizando dolor non est necessariò eliciendus ex Baptismi intentione; ita neque à volente confiteri necessariò eliciendus erit dolor ex intentione confitendi: 3tiò in re substantiali [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] quia [illegible] dolor non [illegible] ordinatum ad [illegible] [illegible], ordinaretur [illegible] relatione [illegible] [illegible] [illegible] dolorem, [illegible] confessionem: [illegible] Dolor et [illegible], [illegible] necessariò includens voluntatem [illegible], necessariò includit etiam voluntatem confitendi [illegible] in sacramentali confessione debet [illegible] [illegible].

133. [illegible] [illegible] exemplum [illegible] [illegible] [illegible] contritione justificante etiam extra sacramentum [illegible] [illegible] justificandi [illegible] in conjuncta sit [illegible] sacramenti; et [illegible] loquens de attritione [illegible] [illegible] sacramentum [illegible] in sacramento [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] conjuncta est [illegible], [illegible] sacramento et [illegible] in sacramento [illegible] [illegible] est contritio [illegible] [illegible] intentione sacramenti, ut [illegible] est manifestè [illegible] [illegible] [illegible] nostra firmatur sententia.

[illegible] [illegible] omisso [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per se est manifesta quia [illegible] dolor Baptismum [illegible] [illegible] Baptismi sacramentum [illegible] [illegible] Pœnitentiæ [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quorum [illegible] non [illegible] [illegible] ex intentione confitendi.

ut jā [illegible] est. [illegible] et dolor [illegible] orta. Baptismum
[illegible] ac illud [illegible] per intentionem, cu[illegible] illius vobi inclu-
dat; et sic gravitas potius [illegible] nostra [illegible].

136. [illegible] pariter negandū est [illegible],
[illegible] unus [illegible] probationē in [illegible] dicendum est ac sacramentalē
Confessionem, utpote quę dolorosa [illegible], non sufficere ut dolor de
peccatis [illegible] consequenter [illegible] ad eam ordinetur. Deinde etiam
[illegible] est, dolorem [illegible] sine ulla intentione [illegible]
tione consequenter ad confessionē ordinari, ut hę non valeat in-
[illegible] dolorem [illegible], nisi [illegible], est [illegible] ab eodem volu-
ti in [illegible] admissum. [illegible] pariter, [illegible] est [illegible]

[illegible] Dolor [illegible]
[illegible] significam illud [illegible], quod [illegible]
[illegible], illa [illegible] satis [illegible]

137. non est [illegible] ministr[illegible]
[illegible] [illegible]abilis, et [illegible]
[illegible] aetio-
[illegible] ab aliquo fine sua [illegible], et con-
[illegible] principium [illegible] dimissum.
[illegible] secundum, scilicet de sponso [illegible]
[illegible] mortis, aliena de causa [illegible]
sponso [illegible], vel potest
[illegible], quod Apostolicae sedis non [illegible]
[illegible] ut Catholicus [illegible] de causa
[illegible] Haeretici de [illegible]

138. [illegible] contra
[illegible], [illegible] quod non [illegible]
[illegible] sacramentali [illegible]
comparatur, [illegible]
quam [illegible] sacrament[illegible]
[illegible] et etiam [illegible]
[illegible] comparati prestat [illegible]
de [illegible]
tantū in confessione.

[illegible] neutrum jam [illegible], ubi dolor tantū [illegible]
tur ipsā confessionem, ut patet, utpote cū dolor non fiat [illegible]
[illegible] nisi per confessionem, ac [illegible] non est accusatio
dolorosa, nisi a dolore valuti [illegible] et [illegible]
[illegible] pro [illegible] non [illegible]
[illegible], cū non tam [illegible] in momento tamen [illegible]
[illegible]

Minister vero etiam deficiens sacramentum per suam intentionem ordinariam debet modo [illegible] suam formam respectivè ut [illegible] in ablutione baptismali relatè ad suam formam et [illegible] tacitè relatè ad ordinationem, ut si baptizaturus [illegible] tunc intentionem baptizandi non habeat, nullo modo [illegible]

Quod attinet tum ad causam finalem tum ad actionem concomitantem ipsum peccatum, quando nempe et quomodo sit in sacramentali confessione patefaciendum, jam dixi in Tract. de Peccatis cap. q. 2. 1. a num. 139. usque ad num. 163., quae jam relegas, ne alibi dicta repetam. Quod vero spectat ad complementum externum peccati, illud hic tantum certum tenendum est, quod sicuti nulla est obligatio illud in sacramentali confessione patefaciendi, ubi ab actu interno libero voluntatis nullo modo dependet, et imperatur, utpote tunc nullo modo peccaminosum tunc esset, ut ex dictis de Peccatis Cap. 2. A. 3. a num. 40., et de Actibus Humanis Cap. 3. a num. 217. et sequentibus; ita omnimoda sit obligatio illud in sacramentali confessione manifestandi, ubi ab actu interno voluntatis dependet, et imperatur, ut communissima tenet sententia; et proinde si quis voluntarie inimicum suum vulneravit, non satisfacit in sacramentali confessione dicendo, se habuisse voluntatem occidendi inimicum suum; ut in primis colligitur ex propositione ordine 25. ab Alexandro VII. proscripta, et his terminis exposita =: Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis praecepto, dicens: commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam =: Deinde et ex ipsa ratione probatur. Nam quamvis sit actus externus ... se superaddat novam malitiam actui interno, de quo citato loco de Actibus Humanis diximus, illud tamen certum est, quod actus internus, et externus simul constituunt unum actum completum in genere moris, cum actus externus habeat se veluti materiale, et actus internus veluti forma ipsius peccati: Atqui Christus voluit, a nobis in sacramentali confessione patefieri totum peccatum in genere moris completum, ut nobis constat tum ex Tridentino concordantibus ex ipsa, fidelium mori. Nisi etiam ... non manifestato actu externo, non satis exponi actus interni efficaciam, intensionem, durationem, et extensionem, et sic non declarari totam peccati gravitatem: item et confessarium ... ut par est, suo fungi officio in conferendis remediis opportunis et necessariis, ac in imponendis debitis satisfactionibus, atque in exponendis obligationibus, ac rapinis a restituenda contractis quae omnia satis aperiunt, certam obligationem ipsius peccati complementum externum in sacramentali confessione declarandi, ut proinde tota difficultas manet circa manifestationem

159 effectus ipsius peccati.

Et quo cum hic nobis sermo sit tantum de effectu, qui ex sua causa, nos ... ac ... theologicam ... ut primus relegas supra dicta de Actibus Humanis

Part. 1. Cap. 2. A. 2. a num. 21. usque ad num. 41. inclusivè, ex quibus jam percipies, quandonam effectus alicujus mali sit necne ad culpam theologicam imputabilis ex alicujus causae positione, et per consequens quandonam sit manifestandus, vel non manifestandus tanquam peccaminosus in confessione sacramentali. Verùm adnotandum est, facilè convenire doctores, effectum peccati una cum peccato in confessione esse manifestandum, quando ponens causam eam non retractavit, et dum effectus sequitur, impediri adhuc possit, ut si quis V.G. inimico suo venenum propinavit, et habeat, aut habere possit medicinam certò sanaturam, ac intendat sed inimicum mori permittere, tunc namque et veneni propinatio, et mors secuta esset in confessione manifestanda, utpote cum mors tunc cum sequitur, sit adhuc libera, et voluntaria. Unde difficultas tantum est in eo casu, quo dum effectus sequitur causa retractata fuit, et effectus nullo modo impediri potest, ne sequatur, an namque et in isto casu, adhuc sit in sacramentali confessione manifestandus.

189. Quo in casu quamvis omnes concedant plerumque per accidens esse obligationem declarandi confessario, an fuerit vel non fuerit secutus effectus malus, et aliquo modo volitus in causae positione, ut puta propter annexam poenam ecclesiasticam excommunicationis, aut irregularitatis, quae effectui secuto tantum annexa est per ecclesiae canones, aut propter annexam obligationem resarciendi damna effectui secuto annexa, aut propter reservationem secuto effectui tantum appositam, aut aliam similem causam: imò et omnes sedant consultissimum semper esse eum effectum in confessione peccati exponere, cum ex illius declaratione melius à confessario percipiatur malitia ipsius peccati, et per consequens ipse confessarius melius possit fungi munere suo. Nihilominus plures, seclusis specialibus casibus recensitis, aut similibus, in ea sunt sententia, ut dicti effectus per se non sint de obligatione patefaciendi in confessione sacramentali. Quod ex eo maximè probant, quod cum talis effectus, dum sequitur, nullo modo sit ad culpam theologicam imputabilis, sed tantùm in sui causae positione, ut in citato Tract. De Actibus Humanis cap. 2. A. 3. a num. 42. [illegible], hinc est quod exposita positione causae sive ipso peccato, ad quod dictus effectus sequitur, exponatur tota malitia ipsius peccati; quod ad sacramentalis confessionis integritatem sufficit, nisi aliud per accidens interveniat. Quod confirmant ex eo, quod tamen qui graviter inimicum suum vulneravit, aut iter in mare faciens breviarium projecit, et, ante statim ab inflicto vulnere et breviarii projectione eum poenituisset, ac confessionem instituisset atque absolutus fuisset, teneretur iterum [illegible], ubi mors inimici sequeretur, aut per [illegible] officium [illegible] omitteret, tamen ob immotam mortem immeditam et breviarium [illegible]: quod nemo dixerit.

190. Quid his non obstantibus, quae ut vera [illegible] in praxi non est recedendum a sententia [illegible] obligationem, scilicet una cum peccato et ejusdem effectum manifestandi, [illegible] conformius sit tamen [illegible] confessariorum, tum [illegible] praxi [illegible]. Ratio autem est [illegible] in sua causa [illegible] et [illegible] moraliter malus, [illegible] voluntarius volendo peccatum [illegible] atque hinc cum ad confessionis integritatem

necessarium sit manifestare ipsius peccati objectum, à sequitur, uno cum peccato et ipsius effectum esse aperiendum: et ex hoc patet ad principium oppositae sententiae, lucidantem. Quam relata exempla non firmant, quia in confessione qualitatis munens, et Graviam proportionis satis ex pedibus, habit effectus intra sacrilegium, ita ut talis confessio moraliter aequivaleat confessioni post attritum sacrum [illegible] ordo. Atque haec circa dubium indicatum, ex quibus sit

Articulus Quartus.

De Circumstantiis in Confessione manifestandis

491. Ne alibi dicta repetam, supposita hoc in loco notione, et multiplicitate circumstantiarum in ordine theologico, quam De Actibus Humanis Part. 2. Con. 1. A. 2. à num. 160 dederam, simul et suppositis principiis, quae De Peccatis Con. 3. A. 1. a num. 76. exposueram ad dignoscendam specificam peccatorum distinctionem, ut certa ab incertis separarent, illud hic primo tanquam certum tenendum est, nemine nimirum à nemine negari, ac in dubium revocari obligationem in sacramentali confessione patefaciendi eas circumstantias, quae speciem peccati mutant, id est vel efficiunt, ut peccato ex objecto suo gravi superaddatur nova species distincta malitiae mortalis, ut dat si quis voto castitatis ligatus contra castitatem peccaret, ubi circumstantia voti superaddat malitiae intemperantiae malitiam sacrilegii, et efficiat ut tale peccatum sit contra virtutem Religionis, et castitatis; vel vero efficiunt, ut peccatum secundum se veniale ex suo objecto evadat grave per ordinem ad circumstantiam, vel è contra peccatum secundum se grave fiat leve ratione circumstantiae adjacentis; ut V.G. contingeret ubi quis rem ipsam levem furaretur ordinatam ad pretiosam; vel è contra quis rem pretiosam furatur invincibiliter existimans esse levis momenti. Hoc enim jam definitum est à Trid.º, ut patebit relegenti dicta à num. 179. De inde et unae facilè omnes conveniunt Doctores, nimirum in sacramentali confessione opus non esse aperire eas circumstantias, quae non notabiliter, sed nonnisi leviter spectato prudentum judicio aggravant, vel minuunt malitiam ipsius peccati intra eandem speciem, ut dat V.G., si quis furto pertingenti ad materiam gravem superadderet quantitatem non notabilem, sed modicam V.G. octo, vel decem obolos, aut detractioni gravi verba tantum leviter denigrantia alterius bonum nomen superadderet, et hujusmodi.

492. Tota difficultas solum est circa circumstantias notabiliter aggravantes, aut minuentes malitiam peccati intra eandem speciem, seu ita ut sive eae addantur, sive auferantur, adhuc peccatum habeat eandem speciei malitiam, et novam non acquirat. Atque circa hoc quamvis omnes concedant per accidens, ut ratione ipsa corporis reservationis, et hujusmodi, aliquando esse obligationem eas patefaciendi in sacramentali confessione una cum peccato quod circumstant: loquendo tamen de obligatione per se tali, seu quae ex divino praecepto integritatis confessionis oriatur, maxime dissidium est in scholis Catholicis vel inter ipsos Theologos primi nominis. Sanctus enim negantem necessitatem, et obligationem per se talem dictas circumstantias manifestandi in sacramentali

Confessione tuentur S. Antoninus, S. Bernardus, S. Bonaventura, Sotus, Cajetanus, Salmanticenses, Vasquez, Lessius, Roncaglia, Lugo, Diana, et alii plures, quos hic Lib. 6. Tract. 4. Cap. 1. Dub. 3. A. 1. num. 468. citat, et sequitur S. de Ligorio; et, quidquid nonnemo aliter dixerit, docet Angelicus Praeceptor in 4.to Dist. 16. Q. 3. A. 2. Quaestiun. 5. inquiens =. Quidam dicunt, quod omnes circumstantiae quae aliquam notabilem quantitatem peccato adjiciunt, confiteri necessitatis est, si memoriae occurrant. Alii vero dicunt, quod non sunt de necessitate confitendi nisi circumstantiae, quae in aliud genus peccati trahunt et hoc probabilius est. Sed attendendum est, quae ad aliam speciem mortalis trahunt: cujus ratio est, quod venialia non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia, quae quantitatem infinitam (tha est gravem malitiam) quodammodo habent. Et quia circumstantiae aggravantes, quae aliam speciem peccato non tribuunt, vel quae tribuunt quidem, sed non mortalis peccati, non sunt de necessitate confessionis: tamen eadem confiteri perfectionis est sicut et de venialibus dictum est =: et in responsione ad 3tium subjungens, quod circumstantiae non aggravantes in infinitum novam speciem peccati mortalis conferendo, quandoque laudabiliter reticentur. Quae ita clara sunt, ut non relinquant locum dubitandi de mente S. Doctoris, quam dici non sit fuisse retractatam in Summa; si diu vixisset, ut hoc non nisi divinando asseri sit, sicuti a nonnullis asseritur.

93. Fundamentum autem praecipuum hujus sententiae subministrant documentum ex Trid. Sess. 14. Cap. 5., ubi loquens de circumstantiis peccatorum, ac tradens modum eas patefaciendi in sacramentali confessione decrevit, eas circumstantias, quae speciem peccati mutant, in confessione esse explicandas: nihil omnino dicens de circumstantiis tantum notabiliter aggravantibus, aut minuentibus malitiam intra eandem speciem. Nam si praeter circumstantias mutantes speciem peccati etiam simpliciter aggravantes aut minuentes intra eandem speciem de necessitate patefaciendae essent in sacramentali confessione, Trid. doctrina integra, et completa non extitisset: Quod certe nullo modo dici sit, cum quia [illegible] mens Trid.ni ibi fuit [illegible] verum confitendi modum, tum quia ipsum Trid.num contra sectarios [illegible], esse impium dicere, confessionem omnium secundum speciem, tum secundum numerum [illegible] circumstantias speciem mutantes praeceptam esse impossibilem, et conscientiarum carnificinam, pro ratione suggerit, nihil aliud in ecclesia a poenitentibus exigi, quam ut [illegible] quisque diligenter excusserit, et conscientiae suae sinus omnes et latebras exploraverit, ea peccata confiteatur quibus se Dominum [illegible] mortaliter offendisse [illegible] cognoscit [illegible] si quis [illegible] peccata omnia, et continuo superaddatur, quae mortalia sunt, satis ostenderet non esse necessario confitenda peccata [illegible] venialia, ita [illegible] et cum Trid. [illegible] loquens de circumstantiis esse patefaciendas, quae speciem peccati mutant [illegible] eas, quae speciem peccati non mutant, non esse manifestandas. Quod argumentum inde confirmant primo ex ipsa [illegible] confessionum cum Poenitentibus [illegible] omnium, quam [illegible], ut neque Confessarii interrogent, neque Poenitentes se accusent de [illegible] circumstantiis, [illegible].

requiri scilicet in aggravantibus, aut minuentibus malitiam peccati intra eamdem speciem, ut accidit in circumstantijs se tenentibus ex parte modi; cum neque confessarij soleant interrogare, neque poenitentes se accusare, quandiu actus duraverit, quam intensus fuerit, quod de industria aut ex passione, et ex ira factus fuerit, quod ex motu proprio, aut ex alterius instigatione processerit, et huiusmodi; et proinde sicuti licet odium inimici sine interruptione ullo die horae protractum aequivaleat in malitia pluribus actibus odij intra eamdem horam repetitis, non est necessarium in sacramentali confessione eam temporis continuationem exponere; ita licet V.g. furtum centum ducatorum aequivaleat malitiae centum furtorum unius ducati singulis vicibus ablati eidem Domino, opus non erit, eam quantitatem centum ducatorum declarare. Inde, alijs omissis, roborari ex eo, quod innegabile est, sententiam negantem obligationem dictas circumstantias manifestandi in sacramentali confessione esse vere probabilem: et rei consequenter dubium est, an extet tale praeceptum, et proinde nullo modo est obligatorium, utpote cum, ut Quodlibet. 1q De verit. q. 17. a. 3. Angelicus Praeceptor docet, nullus ligetur per praeceptum aliquod, nisi mediante scientia illius praecepti: atque scientia alicuius rei certam illius notitiam importet.

134 Verum his non obstantibus quamvis dici nequeat cum nonnullis, supra relatam sententiam coincidere cum propositione ab Innocentio XI. damnata, quae asserebat licitum esse in conferendis sacramentis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, quia nempe sola integritas formalis, non autem materialis, est necessaria ad valorem confessionis, eaque sola praecepta est; atque formalis integritas confessionis adhuc habetur, ubi quis sub probabilium habeat dictas circumstantias notabiliter aggravantes, aut minuentes malitiam peccati intra eandem speciem non esse de necessitate praecepto confitendas, ac ideo omiserit eas declarare; quamvis, inquam, id dici nequeat; attamen cum pluribus alijs non minoris notae Theologis, meum longe catholicum tenet, et quos recensent P. Lucius Ferraris Verbo Sacramentum Poenitentiae, a. 2. num. 122, et sequentibus, omnino in praxi omnino tenenda est; et ideo standum est ad obligationem manifestandi non solum numerum, et speciem, et circumstantias mutantes speciem peccati, ut ex supradictis certum est, verum etiam circumstantias notabiliter augentes, aut minuentes malitiam intra eandem speciem, prout clare docent Auctores Catechismi Romani hic num. 47. his verbis =: Neque vero solum peccata graviora narrando explicare oportet verum etiam illa, quae unumquodque peccatum circumstant, et gravitatem valde augent, vel minuunt =: Quod vero ibi loquantur etiam de circumstantijs solum notabiliter aggravantibus, aut minuentibus intra eandem speciem, patet primo exemplo furti, quod ibi subjungunt, et ponunt his verbis =: Furtum etiam in peccatis numerandum est verum si quis aureum nummum furatur, levius omnino peccat, quam qui centum ducentos, vel ingentem aliquam auri vim, praesertim vero qui sacram pecuniam abstulit =: 2do itidem patet ex eo, quod concludendo subjungunt de circumstantijs peccatum aggravantibus hoc modo =: quae vero rationem rei magnopere non augent, sine crimine omitti possunt =: Quae Catechismi doctrina roboratur auctoritate S. Caroli Borromaei in Instructionibus Confessariorum de eo ipso statuentis, et S. Aug. [illegible] in Capit. Consideret, De Poenit. Dist. 5., ubi inter alia dicit, quod Poenitens debet considerare qualitatem criminis, quantum in eo

Catt. n. [illegible]

reservaverant, et ut agnoscat augmentum peccati, consideret cujus effecti fuerit, cujus sapientiæ Dei, quia, inquit, omnis ista vanitas confusio est.

295. Plures autem sunt rationes, quas hujus sententiæ Patroni pro hac sententia afferunt. Inter quas ea præcipua est, quod a Pœnitente ita patefacienda sunt peccata sua, ut Confessarius ex tali confessione deprehendere possit exactam notitiam status, ac dispositionis Pœnitentis, ac circa ipsum recte, et debito modo exercere munus judicis, et Medici, ut vel per se patet, et colligitur ex Trid. loco supra citato, nempe sess. 14. cap. 5. pro obligatione patefaciendi circumstantias speciem mutantes hanc reddente rationem, nempe: Quod sine illis peccata ipsa neque a Pœnitentibus integre exponantur, neque judicibus innotescant, et fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, et pœnam, quam oportet, imponere: Confessarius vero, nisi exponantur etiam circumstantiæ notabiliter aggravantes, vel minuentes malitiam peccati etiam intra eandem speciem, neque statum et dispositionem pœnitentis recte dignoscere potest, neque munus judicis, et Medici exacte gerere potest: Non quidem in primis dignoscere poterit statum et dispositionem Pœnitentis, cum jam quisque facile judicabit magis dispositum, et minus attentum ergo peccatum, qui peccavit ex quadam inadvertentia, et ignorantia, aut ex aliqua causa impediente, &c, quam qui peccavit ex certa scientia, ac cum plena deliberatione, et nulla excitante causa; sicut et quisque facile existimabit divitem magis dispositum ad restitutionem faciendam, quam certo aureos ablato, &c. Non item Confessarius recte gerere poterit munus judicis, et Medici. Non judicis, quia dictæ circumstantiæ ita notabiliter mutant munus confessarii, ut diversam injungere debeat Pœnitenti satisfactionem, graviorem v.g. illi qui ex certa scientia peccavit, ac illi, qui ex ignorantia vincibili eandem legem transgressus est, ut manifestum est ex Canonibus Pœnitentialibus, qui in fine Decreti Gratiani habentur, in quibus designantur Pœnitentiæ notabiliter diversæ, pro peccatis ejusdem speciei ob solas circumstantias notabiliter aggravantes, aut minuentes peccati malitiam: Non Medici pariter, quia sicuti medicus corporis ut opportuna præscribat remedia, accidentia circumstantia ipsius morbi scire debet, v.g. an notabiliter diutius solito febris [illegible], vel æger gravaverit, et hujusmodi: ita et medicus animæ [illegible], ut ejusdem vulneris medeatur, accidentia circumstantia ipsius peccati cognoscere debet, v.g. an aliquo tempore perseveraverit in [illegible], in turpi delectatione, vel alicujus dispendio &c; et ita quidam, ut non sufficiat Pœnitentem ita paratum hæc patefacere, ubi Confessarius interrogaverit, quia sicuti hæc animi dispositio in pœnitente non [illegible] de circumstantiis speciem mutantibus, quia eas patefacere est [illegible] ipsum Pœnitentem; item et dicendum est de circumstantiis aggravantibus, aut minuentibus notabiliter malitiam ejus peccati.

296. His accedit primo, quod circumstantia notabiliter aggravans malitiam peccati intra eandem speciem non raro generat et majorem malitiam, quam circumstantia, quæ speciem peccati mutat, ut aliis pluribus omissis, patet vel in eo, qui in loco profano mille aureos furatur, et in eo, qui in loco sacro vel unum aureum aufert; et per consequens sicuti qui aureum

in loco sacro abstulit, loci circumstantiam in sacramentali confessione debet necessario exprimere. ita et qui mille aureos unico actu furatus est, talem circumstantiam numeri millenarii patefacere tenetur. quia quando circumstantia mutat speciem, ea est manifestanda in confessione, non praecise ex eo, quod est nova species peccati, sed quia cum alia specie accedit malitia notabiliter diversa; unde si nova species accederet sine nova malitia, non esset obligatio eam exprimendi in confessione. et proinde cum per circumstantiam notabiliter aggravantem accedat malitia notabiliter major, et longe alia a malitia, quae esset si talis non accederet circumstantia, declaranda haec erit in confessione. Secundo furtum v.g. mille aureorum in prudenti hominum judicio [illegible] habet malitiam moraliter diversam a furto unius tantum aurei, cum longe majus sit damnum, quod per furtum mille aureorum causatur per respectum ad furtum unius aurei, quam sit damnum illud, quod causatur per furtum unius aurei respectu ad furtum rei levis, v.g. [illegible] obulorum; ergo etiam furtum illud habet malitiam equivalentem mille furtis unius aurei; et per consequens cum peccatum, quod importat malitiam moraliter diversam ab alio peccato debeat secundum se in sacramentali confessione declarari; sicuti et deberent declarari mille furta unius aurei, ita et circumstantia numeri millenarii aureorum in furto exprimi debet in confessione. Quod etiam suadetur ex eo, quod si talis circumstantia numeri millenarii non esset necessario patefacienda in confessione; et adeo esset materia libera confessionis, qui furatus est mille aureos, adhuc valide confiteretur, ubi diceret, se unum aureum furatum esse; imo et ubi mentiretur dicendo, se unum aureum abstulisse, cum [illegible] non mentiretur circa materiam necessariam confessionis; et mendacium [illegible] in confessione circa materiam non necessariam confessionis, non invalidet sacramentum, ut infra dicemus. Quod cum nulla sana ratione dici possit, jam sequitur, circumstantias notabiliter aggravantes, aut mutantes malitiae intra eandem speciem necessario manifestandas esse in confessione sacramentali.

247 Hinc ad opponentium sententiam [illegible]. Et in primis quod ad Trid. spectat [illegible] evidens est in [illegible] Patres nihil [illegible] controversiam. Quod tamen factum non fuit ex eo, quod illam Patrum mentem [illegible] circumstantias, de quibus loquimur, non esse necessario manifestandas in confessione; sed quia consulto voluerunt abstinere a definitione difficultatis, circa quam sciebant, [illegible] doctores non [illegible] in utramque partem. [illegible] contraria Hereticorum errores damnare, et expresse docere modum confitendi, qui certo [illegible]; et propterea [illegible] et hinc [illegible] manco, et incompleta [illegible] opponentium non probant adducta rationes. Non primo, ut jam patet ex modo dictis, prima neque secunda, et tertia non quidem [illegible], tum quia neque in adducta ratione [illegible] circumstantiis speciem mutantibus. tum quia illud: nihil aliud in ecclesia exigi a Poenitentibus; non appellat supra obligationem confitendi tantum numerum et speciem peccatorum, omnesque circumstantias speciem malitiae mutantes; sed tantum super peccata mortalia, quae post diligens examen memoriae occurrunt, et per hoc dicitur

confessionem Sacramentalem non esse impossibilem, et consequenter nimium onerosam. Non denique tertia ratio probat oppositum, tum quia ex jam dictis constat, Sud.[es] non hisse locutos in sensu exclusivo, tum quia satis efficacia ratio facit pro obligatione confitendi dictas circumstantias notabiliter aggravantes, aut minuentes malitiam peccati intra eandem speciem, ut patet meditanti rationes in hoc loco adductas.

198. Ad confirmationem praefatam loquendo de iis circumstantiis, quae ordinariae non sunt, neque ex solius actus explicatione satis cognoscuntur à Confessario, sed sunt extraordinariae, negandum est, talem praxim esse universalem, quamvis forte sit nimis, et praesertim illorum, qui pro opposita nobis stant sententia, et etiam plurium nihil aut de sua obligatione non advertunt. Unde gratis talis praxis asseritur, sicuti et gratis asseritur, ex nostra sententia Poenitentis adigi ad angustias, et sic confessionem à nobis exigitam esse compunctionem carnificinam, cum nos tantum exigamus, ut Confessario patefiant circumstantiae illae, quando notitiam earum attinere Poenitentes recordantur, et non alias invincibiliter obliti.

199. Ad alteram confirmationem negandum est, in casu nostro esse rationem dubii de lege, cum major probabilitas pro ea militet; et adeo probabilius est esse obligationem. Quin nos tamen asserimus, et plus non volumus, interim non decidentes, an liceat, vel non liceat ad praxim oppositam sententiam deducere, praesertim probabiliter, qui sibi persuasum habent, eam esse veram, et praecise probabilem, de qua non placet judicium ferre, sicuti non ferebam in Tract. de Conscientia. Interim tamen pro praesentis rei complemento revideantur, quae in Tract. de Peccatis Cap. 4. Art. 2. à num. 346. dicta sunt de consuetudinis circumstantia aperienda, seu in Sacramentali confessione, necnon pro altera difficultate supra proposita circa circumstantias.

200. Quaeres, an ubi Poenitens inter confitendum oblitus est aliquam circumstantiam juxta dicta in Sacramentali confessione necessario patefaciendam, in nova instituenda confessione, illam una cum peccato, quod circumstat, debeat denuo exponere.

Respondeo, circa hanc difficultatem, quae unice locum habere potest, cum talis circumstantiae Poenitens invincibiliter est oblitus, cum secus tota confessio utpote sacrilega esset repetenda, diligenter observandum est, an tota gravis malitia circumstantiae aperiri possit sine totius peccati manifestatione, ut est in casu supra num. 182. relato de eo, qui copulam habuit cum consanguinea voto castitatis ligata, et sola circumstantia voti omissa fuisset, et tunc sufficeret manifestare in nova confessione talem voti circumstantiam una cum copula habita; modo tamen vero opportebit etiam circumstantiam consanguinitatis exprimere, quia sunt duae malitiae omnino distinctae, et minime inter se connexae. Sin vero tota gravis malitia circumstantiae exponi non possit, nisi et ipsum peccatum, quod circumstat, manifestetur, ut est pro eo casu, quo quis nummum aureum in Ecclesia furatus est, et circumstantiam loci sacri non exposuerat, et pro hoc casu nedum ipsa circumstantia, sed etiam ipsum furtum in nova instituenda confessione declarare exponere oportebit, cum secus malitia circumstantiae integre declarari non potest. At haec quoad Sacramentalis Confessionis integritatem, de qua satis.

Articulus Quintus.

De causis ab integritate Confessionis excusantibus.

Hoc, quod est, Pœnitentem valide, et licite, et nec consequenter sacrilege posse non integre, sed dimidiate confiteri peccata sua, dum tantum importat, eo de facto dari posse nonnullas causas, sub quibus Pœnitens excusatur a patefaciendis omnibus peccatis suis tum secundum numerum, tum secundum speciem, tum secundum circumstantias, sive mutantes speciem peccati, sive tantum notabiliter aggravantes, aut minuentes malitiam intra eamdem speciem, juxta superius dicta. Non autem dicit hoc, namque quod semel habita tali causa non integre, sed dimidiate confitendi, et tali dimidiata confessione facta non sit etiamnum obligatio omissa peccata patefaciendi, quando causa sit, tali causa cessante, tamen urgeat praeceptum talia peccata omissa confitendi, ut constat ex propositione damnata xi. ab Alexandro VII. proscripta, quae erat = Peccata in confessione omissa, seu oblita ob instans vitae periculum, aut ob aliam causam non tenemur in sequenti Confessione exprimere. = Et proinde sub tali causa solum suspenditur, non autem tollitur obligatio, ut accidit pro casu, quo quis impeditus in aliquo quodam non communicaret, qui tali impotentia cessante inde adhuc communicare teneretur, ut dixi De Eucharistia Cap. ultimo A. 2. num. 258. Posse vero dari tales causas, sub quibus Pœnitens aliquando non teneatur integre confiteri peccata sua, et patet vel ex eo, quod praeceptum divinum integrae Confessionis non est naturale, sed divinum positivum tantum, ut est a nobis latum, ut supra num. 20. diximus. Atque de facto dari possunt causas, ita graves, sub quibus divinum praeceptum non obligat, ut in Tract. de Legibus Cap. 4. A. 1. §. 5. a num. 208 diximus. Igitur hic tantum difficultas est, quales sint dictae causae, ab integritate Confessionis excusantes.

202. Tres autem hujusmodi causas communissime assignant Doctores, namque ignorantiam, seu oblivionem inculpatam, Physicam impotentiam, et impotentiam moralem, seu grave, et notabile damnum sive Spirituale, sive temporale aut proprium, aut alienum, confessioni extrinsecum, sed ex omnimoda omnium peccatorum enarratione provenire secuturum. Atque hinc primo ratione inculpatae ignorantiae seu oblivionis excusant omnes, qui praemisso sufficienti examine suae conscientiae alicujus, aut aliquorum gravium peccatorum non recordatur; sicuti et excusant illum, qui invincibili ignorantia deceptus existimaret, aliqua peccata revera mortalia esse venialia, aut viceversa, et ideo illa Confessario patefacere omitteret. Hujusmodi enim peccata in universum inclusa sunt in confessione aliorum peccatorum, quae tanquam graviora cognoscuntur, et confessario patefiunt, ut de peccatis inculpabiliter oblitis ait Trid. Sess. 14. Cap. 5.

203. Ratione autem physicae impotentiae, quae jam se tenere sit tum ex parte Pœnitentis, tum ex parte Confessarii, excusantur primo muti qui neque per gestus, et nutus, neque per scripturam, neque alio signo possunt omnia sua peccata declarare, interim quae possunt, suo modo exponentes.

2do qui versantur in periculo proximo moriendi ante absolutionem, si confessarius velit immorari, quousque omnia gravia peccata exponantur; quamvis nonnulli velint, tunc cum gravioribus peccatis confessionem esse incipiendam: quod tamen communius ab alijs negatur, asserentibus sufficere cum mortalibus incipi: 3tio qui instante naufragio, vel ruina, vel peste infecti nequeunt omnes integrè peccata sua mortalia confiteri: tunc namque confessarius audito uno, vel altero peccato singulorum, quod pro temporis angustia patefacere possunt, eos [illegible], et debet absolvere: imò et si hoc cum periculo non remittatur, sufficeret ut omnes simul significarent se peccasse, et petere absolvi, et confessarius omnes unà simul absolvere posset formula generali dicendo: Ego vos absolvo ab omnibus censuris, et peccatis vestris. In nomine Patris &c: 4to qui ignari idiomatis confessarij, quem unicum commodè habere possunt, ac per interpretem non valentes peccata sua exponere necessitate confitendi urgentur: 5tò qui non potentes invenire nisi confessarium surdum, huic necessitate pressi confitentur, cui exponentes modo quo possunt peccata sua, ipsi interim omnia non percipiat. Quod et dicunt pro eo casu, quo urget necessitas confitendi, et non est haberi nisi confessarius, [illegible] quo merito timetur, ne [illegible] celare omittat, aliaque omnia peccata mortalia sint declaranda.

204 Tandem ratio impotentiae moralis, seu gravis damni tum spiritualis, tum temporalis sive proprij, sive alieni, extrinsecus tamen confessioni, juxta communem sententiam excusatur penitens, qui habita justa causa confessionem instituendi, puta cum urget praeceptum confessionis, aut adest necessitas celebrandi, ad vitandum grave scandalum, aut sui infamiam, aut hujusmodi alia, impotens aliud adire confessarium illi confitetur, quem non sine periculo, sei [illegible] judicat [illegible] confessionem, aut [illegible] [illegible] gravitate [illegible], et puta si Penitens occultè [illegible] fratrem, aut consanguineam confessarij, aut ejus sororem carnaliter cognoverit, et ex talis peccati confessione merito [illegible], ne confessarius eum [illegible] aliquid judicium, aut se [illegible] non [illegible], tunc scilicet Penitens [illegible] aliud adire confessarium, et confitendi necessitate [illegible] talis omnis peccato [illegible] confiteri: sicuti multi [illegible] circumstantijs in quibus confiteri debet [illegible] confessario, ceteris peccatis declaratis, potest omittere peccatum carnis [illegible], ex cujus manifestatione [illegible], et [illegible] [illegible] Quod et nonnulli admittunt [illegible] eo casu, quo confessarius non [illegible], [illegible] peccatum carnis [illegible] auditis, confessionis talis [illegible] [illegible] [illegible]. Quod tamen admittendum non [illegible] [illegible] 4 Secundo [illegible] & ultimo in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] praecepta non sunt omittenda ob [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 208

205 [illegible] Item et [illegible] confessarius, qui [illegible] [illegible] [illegible] absque [illegible] ratione [illegible], ut [illegible] si confessarius [illegible] mulieri [illegible] peccata carnalia [illegible] [illegible],

conspersitus, et necessitate compulsus non possit confiteri nisi confessario sciente, sacerdotem sibi confitentem non audiisse confessione alterius Poenitentis, quod dictus ministeriis sibi cognita; sicuti etiam excusatur Confessarius, qui ex mora in audienda integra Poenitentis confessione mortem sibi metuit, aut grave damnum temporale sibi timeret, ut puta si à longa non possit audire confessione peste infecti, et apud illum diu immorando esset probabiliter et ipse inficiendus, aut immorando occidendus esset ab [illegible], et Hostibus tempore persecutionis, aut tempore incendii aut naufragii esset comburendus, aut naufragandus. Atque hi sunt praecipui casus, quos hic notare, et in quibus passim conveniunt Doctores, et ex quibus alii plures resolvi possunt. Pro quibus tamen vasta dimidiandis

Adnotabis 1mo, magnum Poenitentium concursum die Indulgentiae, aut magnae festivitatis etiam Paschalis per se inspectum non esse justam causam dimidiandi confessionem mortalium, ut inter caetera constat ex no. 59 ordine [illegible] ab Innocentio XI. proscripto, quae erat =: Licet sacramentaliter absolvere dimidiate confessos ratione magni concursus Poenitentium, qualis [illegible] sic contingere in die magnae festivitatis, aut Indulgentiae =: Quia, ut pluribus probat P. Dominicus Viva in expositione dictae propositionis, et praesertim ex eo, quod incommodum à Poenitentibus subeundum, quale est amissio Indulgentiae, per se non est grave, et aliunde reparabile; et quod alias aperiretur via nimis patens ad confessiones dimidiandas. Quod tamen diligenter est animadvertendum, quia ut monitum addit idem Viva, sicuti omnes docent, posse confessionem dimidiari ad scandalum, et infamiam Poenitentis vitandam, quando Parochus sacrum viaticum detulit morituro, et dum ille vult eum reconciliari, videt plures ingentes confessiones [illegible] sacrilegas et adeo repetendas, nec [illegible] potest sine magna Populi expectantis admiratione, et murmure; item si in magno concursu Populi [illegible] ex confessione diu protrahenda [illegible] ex denegata absolutione Poenitentis infamia, et Populi scandalum esset oriturum, aut alia gravis causa poenitentem absolvendi adesset, [illegible] poterit confessio dimidiari. Sed cautus erit procurandum ne infamia, ac scandalum [illegible] [illegible] non est.

207. [illegible] Adnotabis 2do, ut jam indicavi, à confessionis integritate non excusare incommoda quae confessioni intrinseca, illique per se connexa sunt [illegible] [illegible] magnam confessionis integritatem, [illegible] etiam [illegible] in incommoda illi intrinseca, et [illegible] [illegible] à Poenitente subeunda in aliquibus peccatis [illegible] excusandis, ab integritate confessionis non [illegible] sicuti [illegible] [illegible] [illegible], quae [illegible] [illegible] aut magna Poenitentia imponenda, neque infamia apud solum confessarium [illegible] quod [illegible] [illegible] confessarium [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] bat, et alia hujusmodi.

208. Adnotabis 3tio, quod inter gravia incommoda extrinseca confessioni ex ejusdem integritate obventura, duo alia requiruntur, et primo quod reipsa adsit justa, seque gravis, et rationabilis causa hic, et nunc servanda-

mentalem confessionem instituendi: secundo si tantum ex confessio-
ne facta huic confessario, hoc in loco, hoc tempore, his in cir-
cumstantiis &c. timeantur gravia illa incommoda, ita ut com-
mode non possit adiri alius confessarius, vel alium locum, proprium
aliud tempus, et circumstantias expectari, et praeterea si nullo adsit
justa causa hic, et nunc confitendi, et alius confessarius adiri possit, et
alius locus peti, et tempus, et circumstantiae expectari, confessionem
[illegible] instituere non liceret, etsi ex tali confessione gravis-
sima timeantur incommoda, quia praeceptum tunc obligat saltem in-
tegre confitendi, si peccator velit confiteri, cum sine causa non de-
beat [illegible] praecepto cessare. Unde hic difficultas tantummodo est, sit in
cognoscendo, quandonam peccator commode non possit adire
alium confessarium, vel alium locum, aliud tempus, et circumstantias ex-
pectare: et quandonam adsit justa causa hic, et nunc confitendi.
Pro quo vide dicta de Eucharistia cap. 7. A. 2. a num. 168. ubi
dixi, quandonam sacerdos dicendus sit constitutus in necessitate
celebrandi; et ipsi deesse copiam confessarii; et sic pariter, quod
ad rem praesentem spectat, dico, adesse ex communiori sententia,
tum etiam censendum esse, copiam alterius confessarii, cui commode
peccator possit confiteri, deesse, quando ad longum morale tem-
pus judicio prudentum [illegible], confessio illa [illegible] differri deberet; quamvis
licet differre confessionem ad breve tempus, v.g. ad unum, vel alte-
rum diem grave per se non videatur incommodum, grave tamen incom-
modum est diu diuturnum tempus expectare, cum diu carere gratia sa-
cramentali sit necessario grave damnum spirituale secum afferens.

2° Annotabis ergo, existente jam justa cau-
sa confessionem instituendi, ac communicandi, et nullo habito confessario,
cui sine gravi incommodo confessioni extrinseco ea possit institui,
non posse reticeri nisi illud, vel illa peccata, ex quorum manifesta-
tione [illegible] timetur grave [illegible] incommodum; adeo ut illis
[illegible] exceptis debeant cetera omnia gravia peccata pate-
fieri. Et praeterea si ex sola manifestatione peccati externe
immineat periculum, non autem ex manifestatione solius circum-
stantiae, hoc manifestandum erit, solo actu externo omisso; et
[illegible] si ex sola manifestatione circumstantiae, non autem
ex declaratione solius peccati; puta v.g. loquendo de copula habita
cum consanguinea ex sola declaratione solius circumstantiae
consanguinitatis, non vero ex manifestatione solius copulae
[illegible] manifestanda copula,
[illegible] consanguinitatis circumstantia. Et sic de aliis similibus
[illegible] quia [illegible] declarandum est,
quousque sine gravi incommodo [illegible] potest.

210. Adnotabis tertio, licita reticentium
[illegible] aliquod grave peccatum [illegible]
[illegible] qualiscumque autor nonnulli dixerint, non
[illegible] actum contritionis [illegible]
[illegible] omissa, [illegible] confessionem [illegible]
tum contritionem [illegible], certo sufficit contritio in
[illegible] generatim [illegible] peccata gravia com- Dig
[illegible] quae quis confitetur [illegible] peccata [illegible]
[illegible]

peccatorum gravium invincibiliter oblivitus, quia nempe vi absolutionis sacramentalis attrito confertur gratia, et directa remissio peccatorum, quæ in confessione notata fuerint, et indirecta remissio peccati, aut peccatorum quæ vel justa causa omissa fuerint. Atque hæc circa causas excusantes a confessionis integritate, pro quanto con[illegible] [illegible]mento

[illegible] Quæris 2.do an mutus innotans gestibus aut nutibus integre peccata sua gravia confiteri, ubi sciat [illegible], teneatur, id per scripturam præstare.

Respondeo, quod, sicuti supra diximus, plures [illegible], qui memoria laborantem excusant a peccatis suis scribendis ut possit integre confiteri; ita et hoc [illegible] ex eisdem [illegible] rationibus excusant mutum a confessione per scripturam facienda. Quod [illegible] non est admittendum, et proinde non solum in articulo mortis, quod tamen [illegible] nonnulli, sed etiam cum urget magnum sive divinum, sive ecclesiasticum annuæ confessionis, et [illegible] mutus velit confiteri, [illegible] charta signare debet [illegible], et scripturam [illegible] confessario signis, et nutibus indicando se de peccatis ibi contentis accusare et veniam obtinere; quia nempe ex una parte [illegible] confiteri non est grave incommodum, et ex alia parte [illegible] modo confitendi nullum subest [illegible] revelationis peccatorum, cum [illegible] ipsa scriptura vel a confessario, vel a pœnitente charta comburi, aut lacerari possit. Et ex his

[illegible] Quæres 3.tio, an nullo alio modo, quam per interpretem valens peccata sua patefacere confessario [illegible] id [illegible] faciendum.

Respondeo, ita confiteri per eos consultissimum esse, et laudabile, ut docuit Trid. sess. 14. Cap. 5. inquiens [illegible]. Cæterum quoad modum confitendi peccata [illegible] [illegible] non vetabit quin aliquis in vindictam suorum scelerum, et sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, cum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, [illegible] sua publice confiteri possit [illegible]. Unde difficultas est circa obligationem ita confitendi per interpretem, quæ tota jam magis [illegible] loquendo de [illegible] et [illegible] procedit circa interpretem fidelem, qui nempe sub omnimodo sigillo retentus sit peccata sibi manifestata ea fiora [illegible], ut [illegible] confessario; quia, ut loco citato subjungit Trident., non est divino præcepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege præciperetur, ut delicta, [illegible] secreta, publica esset confes[sione] [illegible] aperienda. [illegible] accideret, ubi peccata per interpretem fidelem exponerentur. Et constat etiam ex eo, quod cum quisque valde abhorreat a suorum occultorum criminum maxime gravium propalatione, [illegible] per interpretem [illegible] [illegible] grave incommodum, sub quo nec lex humana obligat, neque divina mere positiva habet obligare. Quod incommodum cum non adsit, ubi crimina commissa essent jam publica, [illegible] non videtur excusandus a confessione per interpretem [illegible], quia [illegible] peccator non excusatur a confessione [illegible], [illegible] pœnitentia [illegible] [illegible]

Circa ergo propositam difficultatem de confessione per interpretem fidelem de peccatis occultis facienda variæ sunt [illegible] Doctorum [illegible] [illegible] dimitato [illegible]

à tali confessione instituenda, tum ex eo, quod Christus Dominus eam solam praecepit confessionem, qua peccator soli sacerdoti suo confitetur peccata, et nullo modo mandavit publicam facere confessionem, et peccatis propriis oculis, et confessio per interpretem quantumcumque fidelem est aliquo modo publica; tum ex eo, quod peccator nulla lege tenetur confiteri sacerdoti, quem vel uni scit peccata sua revelaturum. Alij verò è contra absque ulla limitatione talem astruunt obligationem, et talis sententia videtur esse de mente Angelici Praeceptoris, qui in 4to Dist. 17 Art. 4 quaestiun. 3. Ad 2um cum dixisset, quod ille, qui usum linguae non habet, sicut mutus, vel qui est alterius linguae, sufficit, quod per scriptum, aut nutum, aut interpretem confiteatur, quia ab homine non exigitur plus, quam possit, deinde sine ulla restrictione subjungit: et ideo quando possumus uno modo, debemus, secundum quod possumus, confiteri. Ipsa et ea ratio exigere videtur, quod indicare peccata sua interpreti jam fideli et stricto sigilli vinculo obstricto non videtur grave incommodum valens excusare à praecepto confessionis, sicuti in casu à praecepto iterum confitendi eidem sacerdoti non excusaretur, qui antea invalide ab alio confessario fuisset absolutus, etsi huic duobus sua peccata indicaverant. Alij verò distinguentes inter casum, quo peccator diu à sacramentali confessione abstinere deberet, aut in mortis articulo esset constitutus, et inter casum, quo peccator etsi gravibus urgeatur obnoxius, neque diu abstinere debeat à confessione sacramentali, neque in mortis periculo versaretur, communiter docent in hoc secundo casu nullam confitendi per interpretem adesse obligationem; esse verò in primo casu, ita tamen ut, plures velint, necesse non esse omnia omnino mortalia peccata cognita per interpretem notificari sacerdoti, imò sufficere in particulari unum, vel alterum simul exponere, et generatim omnia mortalia dicendo se etiam accusare de omnibus aliis, quibus Deus offendit. Quod tamen alij negant, contendentes debere per interpretem manifestari omnia mortalia quae memoriae occurrunt. Primum autem, scilicet quod extra mortis articulum, et extra casum, quo quis diu non deberet abstinere à confessione, eveniunt ex eo, quod tunc non sit adesse aliud praeceptum obligans ad confitendum, quam praeceptum ecclesiasticum, et divinum merè positivum; atque haec duo praecepta generatim non obligare, quando cum incommodo confiteri peccata oportet, scilicet soli sacerdoti. Secundum verò probant ex eo, quod cum nemo citra absolutionem [illegible] de contritione à se elicita an fuerit perfecta exponere [illegible] se periculo suae aeternae salutis, aut diu [illegible] in peccato mortali, quod est contra praeceptum proprium charitatis, et proinde tenetur lege naturali per interpretem confiteri, adeout [illegible] non sufficiat se sistere coram sacerdote, et nutibus et gestibus declarare generatim se esse peccatorem, et petere absolutionem, cum commodè possit, debeat saltem aliquod peccatum exprimere declarare; imò ne in incerto salus relinquatur, tunc omnia peccata gravia per interpretem exponere debent. Quod et de confessione publica pro mortis articulo peccatorem scilicet gravibus criminibus obnoxium alio modo non valentem confiteri debere publicè aliquod saltem suum peccatum confiteri, cum ei suae aeternae damnationis non liceat se exponere periculo aeternae damnationis sed jam pro alterius [illegible] dubitationis [illegible].

225. Quaeres 3tio, an peccator non teneatur [illegible] confiteri [illegible] completam manifestationem, à confessione [illegible]

Respondeo, nonnullos in ea esse sententia, ut Poenitens a confessionis integritate excusetur, imo debeat peccatum suum reticere, quoties non possit illud plene notificare sine sui complicis manifestatione, seu quin Confessarius deveniat in cognitionem socij, cum quo peccavit, ut V.G. si Petrus carnaliter cognovisset propriam matrem, aut unicam suam sororem, ipso confessario notam tunc esse, ubi ipse non posset alium adire confessarium, cui ignota sit mater, aut soror, et confessionem differre, posse, et debere reticere circumstantiam illam consanguinitatis. Idque probant tum exemplo Confessarij, qui sine sigilli sacramentalis fractione confiteri non possit, tum ex eo quod praeceptum non manifestandi aliena delicta, utpote naturale, fortius sit praecepto obligante ad confessionis integritatem, utpote cum hoc sit mere positivum divinum.

26. Verum quamvis id sit admittendum pro eo casu, quo integre peccata sua gravia tum secundum numerum, tum secundum speciem, tum circumstantias mutantes speciem, aut etiam notabiliter aggravantes aut minuentes malitiam intra eandem speciem pateficri nequeat a Poenitente; et adeo ex confessione vel peccati tantum venialis, ut talis cogniti, aut etiam certo mortalis, sed jam antea rite confessi, et directe absoluti merito dubitaretur, Confessarium deventurum in cognitionem complicis, ejus [illegible] gravis peccati, cum tunc nullum extet praeceptum obligans ad talia peccata confitenda, nec bonum ex tali confessione proveniens sit tale, ut praevaleat praecepto proximum suum non infamandi, quamvis in quo eo in casu relata sententia sit admittenda; nihilominus tamen, ubi Poenitens integre secundum totam suam gravem malitiam non poterit confiteri peccatum suum, quin Confessarius deveniat in cognitionem complicis, seu socij criminis, ipsi licebit, imo tenebitur complicem manifestare, dummodo commode non possit differre confessionem, aut adire Confessarium, cui ignotus sit complex seu criminis socius, ut tenet nunc communis sententia cum D. Thoma in 4to Dist. 16. q. 3 A. 2. Quaestiunc. 5. ad 5tum, et in Opusculo 12 q. 5 et cum S. Bonaventura, Antonino, et Bernardino in Opusculo de Formula vitae Honestae dicente: De nullo proximi sinistram [illegible] sit verum, vel manifestum nisi in confessione, et hoc, ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum. Ratio autem est, quia praeceptum naturale charitatis de non revelando crimen alterius non est ita universale, ut etiam obliget pro eo casu, quo habetur justa et necessaria causa revelandi, prout docet profundissimus Doctor Angelicus 2.2. q. 73. A. 2. in [illegible], quem communissime sequuntur theologi. In casu vero nostro habetur necessaria causa id revelandi, ob tuendam scilicet integritatem sacramentalis confessionis a Deo praeceptam; et proinde licebit in casu nostro talem complicem in confessione manifestare; imo eo magis, quod ipse complex videtur peccando cedere juri suo pro omni casu, quo non posset commode fieri confessio apud Confessarium, cui ipse sit incognitus. Atque ex hoc jam patet ad [illegible] argumentum sententiae oppositae, sicuti etiam ad secundum, ubi adversarii praeceptum servandi sigillum confessionis [illegible] ita universale, ut nulla ob gravem causam excusari a revelatione delicti, quod sub eo cadit, cum [illegible] uno casu licere debitum [illegible] manifestare.

genuflexiones, peregrinationes, et hujusmodi peccata carnis vindicamus, et medemur. Per orationem vero, quae et spiritum humiliat, et contra peccata valorem et sub se comprehendit omnes actus Religionis, ac virtutum Theologicarum ut actus Fidei, Spei et Charitatis, seu amoris Dei, contritionis, et devotionis, laudes, necnon adorationes, ecclesiarum visitationes, et alia hujusmodi, peccata superbiae, et caetera spiritualia crimina vindicamus, et medicinam proportionatam exhibemus. Per eleemosynam vero, sub qua comprehenduntur omnia opera misericordiae tam corporalis, tam spiritualis, nec non omnes actus Charitatis erga proximum, vindicamus concupiscentiam oculorum, seu bonorum hujus terrae, ut avaritiam, tenacitatem, et hujusmodi, atque remedium ponimus, ne ulterius eorum amore capiamur. [illegible] majori intelligentia ulterius

Quaeres 4to, an Confessarius nedum opus externum

278\. sed etiam mere internum imponere possit in Poenitentiam?

Respondeo de hoc dubitasse nonnullos tum ex eo, quod satisfactio est pars integralis sacramenti poenitentiae, et proinde debeat habere eam sensibilem; tum ex eo, quod poenitentia a confessario per modum cujusdam boni praecepti imponitur, et Ecclesia actum purè internum juxta satis receptam sententiam praecipere non potest. Verum oppositum in communissima sententia omnino tenendum est, et propterea confessarius suo Poenitenti nedum opus externum, v.g. orationem vocalem, et jejunium; verum etiam actum merè internum, v.g. piam aliquam meditationem alicujus mysterij Passionis Xti, et Novissimorum injungere poterit, ut ipsa Ecclesiae praxis comprobat, et patet ex eo, quod talia opera merè interna nedum sint bona, et meritoria, et ut plurimum magis conducentia ad Poenitentis emendationem, quam opera externa; verum etiam sunt satis sensibilia per externam acceptationem, qua a Confessario imponuntur, et a Poenitente acceptantur, et ideo sicuti contritio per solam externam confessionem manifestata fit sufficienter sensibilis, ut sacramentum Poenitentiae essentialiter constituat; ita eo magis fiat in casu nostro, ubi res tantum agitur de parte tantum integrante sacramenti. Neque aliud evincit, quod dum hic praeceptum injungebatur, cum quia, ut diximus de legibus Disp. 4. A. 2. humanus Legislator probabilius praecipere potest actus merè interiores, tum quia non absolute, sed ex consensu, et acceptatione Poenitentis talia opera merè interna imponuntur. Quod in lege humana non accidit et ex his

Quaeres 5to, an in Poenitentiam sacramentalem

279 injungi possint opera aliunde praecepta, v.g. jejunium quadragesimale.

Respondeo, una simul cum omnibus superaddere, seu liberas, ac alioquin non debitas opera aliunde praecepta i.e. jejunium quadragesimale injungi posse in Poenitentiam, communem esse sententiam, quae suaderi potest ex eo, quod idem opus nedum est capax multiplicis obligationis, et ex multiplici virtutis motivo [illegible]; verum etiam opus, quod lege aliqua justa, ac rationabili [illegible], est bonum, et meritorium, et proinde vi sacramenti [illegible] potest esse satisfactorium poenae pro peccatis debitae; et per consequens nihil impedit, ut saltem cum alia opera non debita in poenitentiam imponatur. Quod quidem id facere non raro potest [illegible], ubi confessarius perspiciat melius, ac [illegible] [illegible] exequendum ratione novae superadditae obligationis, ut [illegible] patet. Unde dubitari tantum potest, an liceat solum opus aliunde praeceptum imponere? Quod communiter negant Doctores pro omni casu, quo justa, ac rationabilis causa id faciendi non habetur, et probatur ex eo, quod, ut decernit Trid. sess. 14. cap. 8. satisfactio a confessario imponenda non debet tantum esse ad novam

vitae custodiam, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum vindictam, et castigationem. Quod non contingeret, ubi sola opera jam praecepta imponerentur, quae nihilominus aliunde teneretur ipse poenitens talia opera ponere; et proinde Confessarius non potest tantum injungere poenitenti suo, ut pro illatis damnis restituat, injurias aliis factas compenset, ab occasione proxima declinet, die vigiliae jejunet, die Dominico unum sacrum audiat, et alia hujusmodi. Unde communiter Doctores monent, et quidem jure, quod ubi confessarius imponit opus ejusdem generis cum opere praecepto v.g. auditionem Missae, aut jejunium, tale opus debet esse diversum ab opere praecepto, et propterea audiendum erit sacrum distinctum a sacro praecepto, et jejunium instituendum alio die quo alia obligatio non urget, nisi confessarius se explicet, intendere opus aliunde praeceptum, aut hoc aliter colligi possit ex circumstantiis, ut diximus ... tom. 6. §. 1. a num. 380, et quatuor sequentibus, quos relegas, ne hic dicta repetam. Dum interim

280 Quaeres 6to, an in poenitentiam sacramentalem possint injungi preces, et alia bona opera applicanda aliis, v.g. defunctis, aut peccatoris ad eorum conversionem impetrandam?

Respondeo, quidquid aliter senserint nonnulli id negantes maxime ex eo, quod poenitentia sacramentalis a Christo Domino est instituta non ad aliena, sed ad propria delenda peccata, absolute tenendum esse id omnino, sancte, et salubriter fieri, ut comprobat piorum praxis, et ecclesiae sensus, et ostenditur dum ex eo, quod si confessarius in poenitentiam injungere possit eleemosynam corporalem, ut apud omnes certum est, a fortiori imponere poterit eleemosynam spiritualem, qualis est oratio facta pro animabus Purgatorii, et pro peccatorum conversione; tum ex eo, quod in opere injuncto in poenitentiam duplex effectus considerari possit, effectus scilicet, quem habet ex opere operato vi ipsius sacramenti, et effectus ex opere operantis, prout nempe tale opus secundum se est bonum, meritorium, et satisfactorium. Nam licet primus ille effectus non possit alteri, quam ipsi poenitenti applicari, alter tamen applicari potest, et quidem cum fructu etiam ex parte illud opus facientis, utpote cum exerceat actum charitatis erga proximum, et per consequens satisfactorius etiam ipsi poenitenti. Ex quo etiam patet, rationem oppositae sententiae nullius esse momenti. Verum

281 Quaeres 7mo, an confessarius injungere possit suo poenitenti, ut frequenter confiteatur, et communicet, aut etiam, ut peccata vitae confessa iterum confiteatur?

Respondeo, quod quamvis adhaerendum sit iis qui negant, a confessario injungi in poenitentiam frequentiam confessionis, ac communionis per totam vitam poenitentis, quia opus perpetuum etsi sit leve, ut est recitatio quotidiana unius Pater, et Ave, videtur onus immoderatum, nisi aliter de re jam aliunde praecepta, et in perpetuum facienda; nihilominus cum communi sententia tenendum est dictam frequentiam ad aliquod determinatum tempus imponi posse in poenitentiam, ut ipsa praxis ostendit, et constat ... ex eo, quod frequens confessio, et communio nedum est opus bonum meritorium, et satisfactorium, verum etiam est valde utile, et opportunum pro animae salute, ad praeservandum a peccato. Quod et idem evenit pro eo, quo a confessario suo poenitenti injungeretur, ut si forte impotentem contingat, ...

aliquid grave relabi, statim, seu primo data opportunitate, aut primo p
stituto die, confiteatur, talem confessionem, uno vel capite bonis operibus
in pœnitentias injungere poterit, præsertim ubi prudenter præsumet,
Pœnitentem executurum. Quamvis ceteroquin ad declinandum gra
vissimum periculum transgressionis, aut confessionis non integræ, con
fessarius cavere debeat ab imponenda obligatione, ut sibimet ipsi
Pœnitens confiteatur. Neque his obstat, si cum nonnullis dicas, in

282 nullum obligationem frequenter confitendi vel omnia confitenda
peccata jam commissa, et rite confessa, vel committenda; atque
neutrum imponi posse: non primum, quia nulla lex humana astringit ad
bis binam ejusdem peccati confessionem: non item secundum, quia
talis obligatio esse non it nisi sub conditione, si peccata committan
tur, et talem conditionis positionem Pœnitens vitare debet. Nam
in primis talis obligatio confitendi imposita tunc non est determi
nata aut ad peccata præterita rite confessa, aut ad peccata gra
via iterum committenda, sed vel ad hæc, vel ad peccata præteri
ta invincibiliter oblita, vel ad peccata venialia committenda.
Deinde verum quidem est, nullam legem humanam per se directe, et for
maliter obligare posse ad binam, aut multiplicem confessionem
rite institutam ejusdem peccati; falsum autem est, non posse obli
gare indirecte, et per accidens, et ex suppositione, et ex quasi
pacto inito inter confessarium, et Pœnitentem, quo confessarius
se obligat ad dandam absolutionem sub conditione frequentis
confessionis, aut alias denuo factæ ejusdem peccati, et Pœnitens
ad talem confessionem se obligavit, ut in simili supra num. 278
dicebam. Atque ex hoc jam patet ad id, quod secundo loco quærere
tur. Quamvis, ut communiter advertunt Doctores, confessarius sine
rationabili causa non debeat suo Pœnitenti præcipere confessio
nem præteritorum criminum, quæ merito præsumuntur rite confessa
fuisse, et præsertim ubi talia peccata essent carnalia, et con
fessio in specie intima præciperetur; et hoc non solum, quia
sic odiosa redderetur confessio, et aliquod periculum pœnitenti
ingeneraretur, verum etiam, quia potius curiositatem, quam
zelum in confessario pœnitens suspicaretur. Sed jam

283 Quæres 8tavo, an confessarius in pœnitentiam
imponere possit cessationem ab aliquo bono opere, v.g. a jejunio,
aut communione voluntaria?

Respondeo, hujusmodi pœnitentias imponere
regulariter non expedire, imo nec imponi posse, quando ex talis
bonorum omissione majus bonum inde non nasceretur, ut patet, cum
tunc nec utilis, nec salubris esset cessatio. Verum cum contingere
aliquando possit, ut exercitium talium bonorum impediat majus bo
num, uti esset in jejunio, ubi ex eo quis impediretur a præstandis
iis, quæ sunt sui officii, et in communione, ubi ex ejusdem omis
sione major reverentia, et devotio acquireretur pro aliis diebus,
tunc certe licebit talium bonorum operum cessationem injungere
in pœnitentiam, ut satis recepta doctrina contra nonnullos do
cuit, quia hujusmodi cessatio tunc reipsa esset actus virtutis,
et exercitium humilitatis, et obedientiæ: atque hujusmodi actus
sunt satisfactionis media. Et ex his

284 Quæres 9no, an confessarius prudens religio
sum [illegible] suo pœnitenti injungere possit in pœnitentiam
ingressum in aliquam Religionem?

Respondeo, id consuli quidem posse, si nihil interim obstat; minime autem praecipi posse, ut ex communi sententia hic notat Laymann cap. 15 num. 11; id etiam sedere de matrimonio minime praecipiendo vel homini maxime libidinoso, quia uterque status, sive tam religiosus, quam matrimonialis omnino liberae electionis esse debet. Et propterea cum in sacris canonibus ob grave crimen commissum aliqui jubentur detrudi in monasterium, ita intelligi debet, ut detrudantur ad peragendam ibi poenitentiam, non autem ad professionem emittendam. Sed iterum

285 Quaeres secundo, an confessarius possit in poenitentiam injungere suo poenitenti opus per alium praestandum, aut omnino liberum.

Respondeo, quod ad primum attinet, opus in poenitentiam injungendum debere esse personale, et deinde ab ipsomet poenitente praestandum; quod patet tum ex eo, quod satisfactio sacramentalis necessario imponenda est a confessario ex potestate ligandi, et solvendi, quam habet in tribunali Poenitentiae: atque confessarius pro Tribunali sedens non alium, quam poenitentem ligare, et solvere fit: tum ex eo, quod actus poenitentis ex Trid., et Florentino sunt quasi materia sacramenti Poenitentiae et proinde cum satisfactio sit inter hujusmodi actus, ea ab ipsomet poenitente, et non ab alio praestari debet. Neque est ita verum, ut non obstet vel principium illud, quod nempe unus pro alio satisfacere possit, vel praxis nonnullorum confessariorum prudentum, et piorum in poenitentiam injungentium suis poenitentibus peregrinationem et eleemosynam vel per semetipsos, vel per alios praestandam. Nam illud principium verum est de satisfactione, quam opera bona ex opere operantis habent; non autem de satisfactione, quam actiones bonae ex opere operato habent; sicuti habere debet poenitentia sacramentalis. Cum vero confessarius imponit peregrinationem, aut orationem per alium faciendam, tunc non ipsam peregrinationem, aut orationem alienam injungit, sed illius procurationem, quae utique est opus personale ipsius poenitentis. Sicque cum injungit eleemosynam, nihil aliud imponit, quam largitionem pecuniae, procedentis ex bonis propriis ipsius poenitentis, sive interim illud praestetur per actionem ipsius poenitentis, sive per alienam.

286 Ad secundum vero respondendum est negando, et proinde confessarius poenitenti suo non poterit imponere poenitentiam hoc, vel simili modo, dicendo v.g. Recitabis rosarium, aut die sabbati jejunabis, si volueris, et tibi placebit: ut vel patet ex supradictis a num. 271 et quatuor sequentibus, et etiam ex eo, quod confessarius tunc ex parte sui [illegible] relinqueret sacramentum, nimirum absque ejusdem parte integrante. Quamvis aliquando, et quidem consulto sub disjuncto tantum imponere possit obligationem ad aliquid praestandum, v.g. dicendo: Tali die, aut mense jejunabis: vel si hoc nolis, dabis ducatum in eleemosynam; ut communiter notant, et admittunt Doctores, et ipsa praxis confirmat, ac ipsa ratio suadet, ubi poenitentia sic imposita sit adhuc aliquo modo proportionata ipsis peccatis ante confessis. Sed circa qualitatem poenitentiae injungendae jam

287 Quæres ultimo, an aliquando liceat, ac expediat publicam imponere pœnitentiam?

Respondeo, quidquid sit de nonnullorum sententia, aut antiqua praxi, qua, teste Auctore Instructionis Romanæ hic num. 67, fiebat, ut non solum pro publicis, verum etiam pro occultis quibusdam gravioribus criminibus pœnitentiæ publicæ injungerentur, nunc omnino tanquam certum tenendum esse pro occultis delictis, quæcumque ea sint, pœnitentiam publicam in Sacramento Pœnitentiæ non esse imponendam, ut in Rituali Romano de Ordine ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ expresse habetur his verbis = Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam non imponant. Quod et nonnulli extenderunt ad peccata publica asserentes, neque pro illis pœnitentias publicas imponi posse, quia tales pœnitentias imponere idem est ac manifestare sacram confessionem, et proinde sigillum sacramentale frangere, et violare.

288 Verum quamvis loquendo de pœnitentia publica cum certa solemnitate peragenda, ut standi ante fores ecclesiæ cum cereo accenso, certum servitium præstandi in ecclesia &c., tenendum sit eam non posse injungi a Confessario sine Episcopi consilio et auctoritate, ut ipsa ecclesiæ praxis ostendit, nihilominus, præsertim ubi aliter publicum scandalum reparari non sit, cum S. Thoma in 4. dist. 4. a. 5. Quæstiunc. 1., quem communiter sequuntur Doctores, dicendum est, pro peccatis publicis non tantum licere, sed de facto imponendam esse publicam competentem pœnitentiam sine certa solemnitate peragendam, ut statuit Alexander III. in Cap. Manifesta de Pœnit. et Remissionibus inquiens: Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda: et colligitur ex Trid. Sess. 24. Can. 8 decernente, quod quando ab aliquo publice, et in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosque fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice injungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Quod et in nostris Synodalibus Constitutionibus Can. 9. his verbis statuitur =. Si interdum ob nullam observationem publica pœnitentia præscribenda fuerit, quæ pœnitens renuat, ac detrectet, non erit facile absolvendus, sed opus erit ei Nos, aut ad Pœnitentiarios remittatur =. Neque inde sequitur, quod asserit adversarius, nempe revelatio confessionis, et fractio sigilli sacramentalis, quia, ut loco citato docet Angelicus Doctor, non ipse Confessarius, sed ipse pœnitens accepta pœnitentia, quod debet, manifestat, utique suum jam aliis notum.

289 Notanda tamen diligenter sunt verba illa superius posita: Præsertim ubi aliter publicum scandalum reparari non potest: quia si aliqua adest, et alia via, quam publica V.G. restitutione famæ, et honoris alieni publice dehonestato, publica retractatione quas perditos mores unique notos &c., possit reparari publicum offensionem et scandalum, V.G. publica, et familiari conversatione, vocatione ad communem promotione ad gradus, et dignitates, frequenti visitatione ecclesiarum, et confessionem, ac communionem, frequentiore christianæ auditione, et hujusmodi, et ipsa pœnitens voluntariæ publicam pœnitentiam acceptaret, et exequi, quamvis Doctores communiter asserunt abstinendum esse ab injungenda publica pœnitentia, ut verum cuncti casset eyudam hinc

290\. Neque contra dicta num. 287. obstat, quod
Confessarius suo poenitenti, etiam occultissimo peccatori, injungere pos-
sit in poenitentiam medicinalem, ut debeat praestare aliquid,
ex quo oriatur suspicio, vel etiam notitia peccati poenitentis,
ubi praesertim illud sit medium necessarium ad vitandum relapsum
v.g. ut dimittat tale officium, aut amplius non ingrediatur illam
domum, ubi sit tentandus suae pudicitiae in proximo, [illegible]
aut etiam ut manifestet crimen suum cedens in commune detrimentum
Reipublicae, alio modo irreparabile. Hoc quidem omnino admitten-
dum est, ita ut neque sit contra sigillum confessionis, quia Confessa-
rius tunc tale opus non tam imponit in poenitentiam, quam decla-
rat onus, quod ipse poenitens habet, imo potius hoc tantum praestat.
Quod debitum inde exequens poenitens per [illegible] dat suspi-
cionis causam, aut notitiam sui peccati; et proinde Confessarius nec
nec poenitentiam publicam imponit, nec revelat peccatum poeniten-
tis. Sed jam ad quantitatem Poenitentiae imponendae, pro qua
291\. Quaeres, quanta esse debeat poenitentia a Confessario
suo poenitenti injungenda?

Respondeo quod quamvis nulla determinata mensu-
ra Poenitentiae pro peccatis praesertim gravibus injungendis dari pos-
sit, ut Canones Poenitentiales certam determinantes satisfactionem
pro quibusdam gravioribus criminibus vel procedunt pro foro exte-
riori, non autem pro foro Sacramentali, vel jam ampli-
ata Ecclesiae [illegible] indulgentia amplius non sunt in
usu, et propterea quoad specificam, et individualem taxationem
et determinationem tota relinquitur taxanda prudenti, ac
rationabili arbitrio Confessarii, qui consideratis quantitate, et
gravitate criminum, ac qualitate, et dispositione poenitentis eam
taxet, et determinet, atque injungat, ut expresse habetur in
Cap. Omnis utriusque sexus, et clarius in [illegible]
de Poenit. et Remiss.: nihilominus in praxi pro peccatis gravibus
liberum non est ipsi Confessario imponere quamcumque velit, sive
gravem, sive levem poenitentiam; sed injungere debet satisfactiones
convenientes, et salutares, tum vindicativas, tum medicinales, ali-
quo modo proportionatas tum numero, tum gravitati peccatorum, et
dispositioni, ac facultati, atque utilitati Poenitentis, ut habetur in
modo citatis juris textibus, et traditur a SS. Patribus, et statutum est
in pluribus Conciliis, et praesertim in Trid.o Sess. 14 Can. 8 his verbis:
Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, et prudentia sug-
gesserit, pro qualitate criminum, et Poenitentium facultate salutares,
et convenientes Poenitentias injungere: Quibus verbis ad [illegible]
tandum, talem obligationem Confessariorum esse gravem; adeoque
graviter peccat Confessarius pro peccatis gravibus imponens
absque justa causa, sed ex mera conniventia, [illegible]
[illegible] levem poenitentiam v.g. tantum [illegible] Pater, et Ave, nam
laudatum Concilium hoc subjungit: Ne si forte peccatis conniveant,
et indulgentius cum poenitentibus agant, [illegible]
gravissimis delictis injungendo alienorum peccatorum participes
efficiantur. Et [illegible] ad indicandum, quod Poenitentia injuncta de-
beat esse tum vindicativa, tum medicinalis, idem Concilium statim
hoc addit. Habeant autem prae oculis, ut satisfactio, quam imponunt,
non sit tantum ad novae vitae custodiam, et infirmitatis medica-

camerentur, sed etiam ex praeteritorum peccatorum vindictam, et castiga-
tionem. Homumque omnium ea ratio a dicti Concilij Patribus traditur, quia
Sacerdotibus Ecclesiae claves datae sunt non solum ad solvendum, verum etiam
ad ligandum; ideo et pro tribunali Poenitentiae sedentes et sint veri
judices, et veri medici, et propterea et vindicare debent peccata
per proportionatas poenas injunctas, et simul medelam praescribere
opportunas, et necessarias medicinas contra peccata. Quod etiam do-
cent Auctores Catechismi Romani hic num. 79., et Rituale Roma-
num de Ritu ministrandi Sacramentum Poenitentiae § 13. ubi se-
quenti traditur, quod Confessarius curare debet, ut contrarias pecca-
tis poenitentias injungat, veluti avaris eleemosynas, libidinosis je-
junia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, in-
devotis devotionis studia. Item quod variis, vel gravius confitentibus,
vel facile recidentibus in peccata, utilissimum erit consulere, ut saepe,
puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, et si
expediat, communicent. De hoc vero insuper relege nostrum Pro-
dromum Disputationum Cap. 9. De Poenitentia, ubi et alia ad hunc locum
maxime opportuna videbis.

292. Hic vero pro recta praxi diligenter adverten-
da sunt verba illa superius posita: Confessarius injungere debet
satisfactiones proportionatas tum numero, tum gravitati peccatorum,
et dispositioni, ac facultati, atque utilitati Poenitentis. Et hoc quidem quia
non raro accidit, ut etiamsi aliquae poenitentiae sint proportionatae
delictis; non sunt tamen congruae statui, conditioni, ac facultati poeni-
tentis: sic v.g. licet orationes, et piae meditationes, ac peregrinatio-
nes ad loca pia sint apprime opportunae contra peccata contra De-
um: eleemosynae vero, aliaque misericordiae opera sint accommoda-
ta contra peccata in proximum commissa; et jejunia, abstinen-
tiae, et mortificationes sint proportionatae contra peccata carnis;
[illegible] non tamen rustico, qui ad terram fodiendam, et multos labo-
res perferendos a natura est destinatus, atque blasphemus, libidi-
nosus, et ebriosus esset, expediret imponere longas orationes,
et meditationes, aut peregrinationes, et plura jejunia, sed po-
tius, ut ipsos labores quos necessario patitur, libenter pro Dei amo-
re sustineat, neque itaque pauperi expediret eleemosynas injunge-
re, et diviti peregrinationes cum sui temporis [illegible]
periculo damno [illegible] imponere poenitentiam non [illegible]

293. [illegible] vero attendendum est, ac
quia non solum adesse possunt aliquando justae causae mitius
minuendi poenitentias, alioquin debitas, et adeo leves [illegible]
nes imponendi; verum etiam a confessario potius declinan-
dum ad extremum severitatis, ac rigoris, quam nimiae benignitatis,
ut colligitur ex ipso Trid. loco citato ajente, Divinam clementiam
decere, ne nobis absque ulla satisfactione peccata dimitteret [illegible]
autem requiri omnino satisfactionem vel intra [illegible]
severamen a Poenitentia, non ut [illegible]
Quod et communiter docent SS. Patres, inter quos S. Joannes Chrysosto-
mus Hom. 43 in Matth. [illegible] can. 20. [illegible]
[illegible] moderam Poenitentiam imponentes, [illegible]
[illegible]
[illegible] Pater [illegible]
[illegible] sacerdos [illegible]? Vis [illegible]

Sanctus: circa vitam suam esto austerus, circa alienam benignus. Audiant ea homines nova machinantem et gravia facientem: Et S. Gregorius Nazianzenus Orat. 26. haec scribit — Hanc rationem tene, ut neutrum illud corrigas, itane lenior, et humanè, non ut hostis, neque ut Dominus, et tyrannus, sed ut medicus =. Sanctus verò Franciscus Salesius agens de poenitentiis imponendis sic ait = Confessarius mellea, et amplificans verbis imponere debet Poenitentias. Et petere semper debet ab eo, an poenitentiam impositam libenter faciat? quod si viderit eum angustiari, vacuus faciat aliam ei leviorem imponendo =. Tandem aliis pluribus omissis, S. Carolus Borromeus in Instructione Poenitentiae part. 4 sic Confessarios monet =. Si ita expedire videat, illud interrogat, an possit, aut velit, Poenitentiam sibi injunctam, exequi; alioquin eam mutent, aut minuat =. Quod et docet Angelicus Praeceptor noster in locis et praesertim in Supplemento Quaest. 18 A. 4, et in Opusculo 65: §. 4; et Quodlibet. 3 A. 28; asserens enim, Sacerdotem debere indicare poenitenti quantam poenitentiam ceteroquin imponere deberet juxta rigorem canonum, ut sic poenitens sui peccati gravitatem agnoscat, et ab eo facilius avertatur, sicuti hoc monent Auctores Catechismi Romani hic num. 79. Deinde addentes, Confessarium etiam hortari debere suos poenitentes, ut injuncta sibi satisfactionis opera ultro suscipiant, ac repetant atque ita mores suos componant, ut numquam virtutis Poenitentiae studia intermittant

294 Porro inter causas justas et rationabiles ad levandas, quas enotarat, Poenitentias injungendas, sequentes à Doctoribus assignari solent. Atque prima est magna, et extraordinaria contritio, et verecundia, quippe quae, non solum multum expungit de reatu poenae, sed etiam nonnumquam totam penam tollere potest. Altera est, cum poenitens est lucraturus jubileum, aut Indulgentiam sive Plenariam, sive non Plenariam, cum haec sit remedium opportunum ad tollendas peccatorum reliquias. Itaque, ut tradit communis sententia, verum praecipuè est, si de poenitentiis vindicativis loquamur: quamvis aliud dicendum de poenitentiis medicinalibus, quia, potius, majoris momenti est ad ... pro peccatis dimittendis tollendis, sanè verò ad praecavendum à culpis futuris. Tertia est nimirum gravis Poenitentis infirmitas, ut supra num. 272 dictum est; sed etiam intima quaedam trepidatio, et fragilitas, sive corporis, sive animi ob quam merito timetur, ne majorem, etc. poenitentiam sibi injunctam; cum revera illa major Poenitentia non est proportionata conditioni, statui, et conditioni Poenitentis. Quarta est, ubi Confessarius sciret Poenitentem ex semetipso libenter multa bona opera praestare si praesertim ei indicaret, ut ex tunc consignaret Poenitentia ea offerenda Deo in suorum peccatorum expiationem, et ipse Confessarius tota opera sumat illud pronunciando verbum illum ordinarie: Quidquid boni feceris &c., quia, ut probabilior, et communior sententia docet cum S. Thoma Quodlibet. 3. A. 28., bona opera inde facienda, majorem, ... injunctam, ... virtute expiationis ... ex illa generali injunctione quae Sacerdos dicit: Quidquid boni feceris &c., ita ut quoddam ac hoc tale satisfactio sacramentalis in quantum virtute clavium est ... commissi expiativa, ut loco citato expressis verbis docet laudatus Angelicus Praeceptor, et propterea, ut hic [Catech.] Lib. 5. num 38 monet Rimbaldus, hoc multum prodest ad tollendos scrupulos, et ad ... Confessarium imponentium poenitentias ... pro

-culatis gravis, ubi apponant certa clausula quisquis boni ra... ...re, dummodo etiam moneant Pœnitentes, ut bona à se ... facienda, et mala patienda, pertrahenda Deo offerant in suorum peccatorum expiationem. His verò addo, etiam justam causam impo... di leviores satisfactiones esse, ubi talibus pœnitentiis Pœnitentis alli... ciantur ad frequentiorem, utiliorem, que Confessionem, aut etiam Confessarius meritò timeret, ne major pœnitentia esset implenda, aliis ... ...ius exstitura, quàm profutura, utpote, si levior pœnitentia majori fervore, et devotione esset exequenda; major verò spiritu remisso esset adimplenda. Atque hæc circa qualitatem, et quantitatem satisfa... ctionis sacramentalis. Modo sit

Articulus secundus.

De Obligatione Pœnitentis ad acceptandam, et exequendam Pœnitentiam, deque tempore, et modo eam adimplendi.

295. Quod hic in controversiam venit, non est, an Pœnitens teneatur, quamcumque Pœnitentiam sibi à Confessario injunctam acceptare, et exequi; etenim, quemadmodum in priori Articulo ... sicut Confessarius non debet quascumque pœnitentias imponere, sed salutares, et convenientes, ac proportionatas non solùm numero, et gravitati criminum, sed etiam dispositioni, et facultati, necnon utilitati Pœnitentium; ita Pœnitentes non tenentur acceptare pœnitentiam certò injustam, irrationabilem, ac suis viribus omnino imparem, ut esset si homini ex opere multum laborioso victum, et vestitum sibi, ac familiæ comparanti longum, et frequens jejunium, aut Orationes ad horas protrahendas per multos dies imponerentur. Atque hinc sermo est de pœnitentia convenienti, et salutari, et rationabili. De hac verò loquendo, quidquid olim senserint nonnulli abstinere negantes, Pœnitentem teneri pœnitentiam sibi injunctam acceptare, licèt sub peccato ... ... aliqui ex iis ipsis concedebant obligationem adimplendi; nunc omninò tanquam vera, et certa tenenda est sententia tum obligationem acceptandi, tum obligationem exequendi adstruens, quam docet Benedictus XIV. in Constitut. ... ... data die 3. Xbris. 1749, in qua cum laudatus Pontifex statuisset, saluterem Pœnitentiam esse à Confessario injungendam ... ... etiamsi hic ad recipiendum jubilæum præparatus sit, ut et nos supra num. 224. meminimus, inde deducit, quod sicut Confessarius tenetur convenientem imponere Pœnitentiam, ita Pœnitens eam tenetur acceptare, etiamsi ... jubilæi ... ... ab ea se eximere nequeat. Idque colligitur tum ex ... ... 8. Sacramento, ... [illegible] ... et salvandi; et per consequens ... pœnitens coram Tribunali sistit, tenetur stare sententiæ, ... [illegible] ... in Canone Omnis utriusque sexus ... de pœnit. et Remiss., ubi dicitur =: Omnis ... ... confiteatur, et injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere : Imo dicendum est, non esse immunem à culpa ... ... qui facta sua ... ... Confessione antequam ... ... justam, et rationabilem sententiam, ... ut minus judicium sortiatur, tum ob ... ... ob irreverentiam Sacramenti, quod ... ... et ... ... [illegible] ... tum ob ... ... quod ... ... [illegible]

debet. Quamvis propter communem Doctorum sensum in hoc casu non audeam damnare culpae gravis poenitentem, qui ita se gereret, ob quia recte praesumitur, quod Dominus pro sua pietate, et clementia noluisset taliter gravare poenitentem, ut sub gravi teneatur semel inchoatam confessionem repetere, aliud non addendo, indicam, cum hac via suavius redderetur Poenitentiae sacramentum, et poenitentes expeditius peccata sua manifestarent.

296 Hinc tertio falsum est, quod Patrum sententiae opposita, dicunt, Peccatores nempe teneri sibi procurare duorum peccatorum remissionem quoad culpam, et poenam aeternam, minime vero quoad poenam temporalem, sed hanc in Purgatorio luendam differre posse; sicut et falsum est, Confessarium esse judicem arbitrarium, cujus sententiae poenitens se subjicere non teneatur. Nam esto ex natura rei, et praecise spectato peccato et illius extra sacramentum remissione possit satisfactio in Purgatorio remitti: non sic tamen spectata institutione sacramentalis judicii, quod licet non exigat, ut tanta sit satisfactio, quantam meretur peccatum, requirit tamen, ut fiat tanta poenitentia, quanta moraliter fieri potest prudenter. Confessarius est quidem judex arbiter quoad ad hoc, quod poenitens non sit necessarium adire potius hunc, quam alium confessarium; non est tamen ita, ut Peccatori non sit necessarium recurrere ad aliquem sacerdotem tam pro remissione quoad culpam, quam pro relaxatione quoad poenam etiam temporalem; et proinde supposito, quod de facto huic sistat sacerdoti, Poenitens tenetur ejusdem justae sententiae stare. Imo si casus esset, quod confessarius indebitam, ac leviorem, quam par est, poenitentiam injungeret, dicendum videtur, poenitentem teneri supplere, vel sanctiorem poenitentiam sibi impositam repetendo, vel alia bona et salutaria opera exercendo ex fine Deo satisfaciendi, ut constat ex illo Joelis 2: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, fletu, et planctu: et ex illo Matth. 3: Poenitentiam agite: et aliis omissis ex illo Lucae 3: Facite fructus dignos Poenitentiae; quae ita intelligenda sunt, ut non solum nobis praecepta sit contritio, et vitae emendatio; sed etiam satisfactio per jejunia, eleemosynas, orationes, aliaque spiritualis vitae exercitia, pro poena temporali, quae non tota semper ut in Baptismo fit, dimittitur per Poenitentiae sacramentum, ut docet Trident. sess. 6. can. 29. Quod et ipsa naturalis ratio suadet, ut ipso jure naturali Deus, qui aliud offenderit, ei pro viribus satisfacere conari debet. Quare solum difficultas hic restat circa qualitatem obligationis tum acceptandi, tum exequendi injunctam poenitentiam a confessario, pro qua resolvenda

297 Quaeres, an Poenitens sub gravi teneatur, tum acceptare, tum adimplere poenitentiam sibi a Confessario injunctam.

Respondeo, quoad ad acceptationem attinet, dicendum censeo certius tenendum esse, ut in simili forma dicebam num. 275. de obligatione Confessarii ad poenitentiam injungendam, nimirum poenitentem, ex suppositione, quod velit absolvi, teneri sub gravi acceptare poenitentiam gravem pro peccatis mortalibus, nunquam antea rite confessis injungendam, cum sit materia ex se gravi: imo et probabilius talis obligatio, scilicet gravis acceptandi erit, ubi poenitentia esset injungenda in confessione venialium, aut mortalium, quae jam antea fuerunt directe absoluta; et quamvis levis sit, cum de facto nolle poenitentiam acceptare, et nihilominus velle absolvi, est valde

sacramentum mutilum, et imperfectum, hoc est sine sua parte integrante 300
Quod gravem irreverentiam in sacramentum importare videtur.

298 Quantum vero ad Poenitentiae injunctae et acceptatae adimpletionem, in eo conveniunt Doctores, Poenitentem minimum sub gravi teneri adimplere poenitentiam gravem pro peccatis mortalibus nondum rite confessis, et directe absolute sibi impositam, atque ideo si pro peccato lethali, v. g. jejunium vel unius diei impositum fuit, hocque poenitens culpabiliter omitteret, mortaliter gravaret [illegible], vel quia ex una parte confessarius, ut supra dictum est, tenetur poenitentiam gravem pro peccatis gravibus imponere, nisi circumstantiae aliud suadeant et provideat, quidquid sit de sententia illa quae probabiliter asserit posse injungi poenitentiam gravem sub obligatione levi, ubi inter [illegible] injungatur cum alia poenitentia gravi, quae sub gravi imponatur, [illegible] dicendum est, confessarium nihil [illegible] obligationem gravem, et levem intendere sub gravi obligare, ubi poenitentia imposita est gravis, et est pro peccatis gravibus nondum rite confessis: et ex alio parte vi praecepti obligatus ad eam gravem praestandam sub gravi ad praestare tenetur, ubi praesertim aliud [illegible] non [illegible] [illegible] tantum levem intendere obligationem. Atque hinc tandem dictum est, fit pro eo casu, quo poenitentia injuncta esset levis, aut et gravis, esset ob venialia, aut etiam mortalia, sed rite confessa, atque directe absoluta.

299 In hoc autem quamvis communiter conveniant Doctores, obligationem adimplendi poenitentiam acceptatam esse tantum levem, ubi ea secundum se levis est, et imposita ob peccata venialia, aut etiam mortalia, sed jam semel, aut iterum confessa, et directe absoluta, quia talis poenitentia, ut supponitur, est in se, tum ob causam, ob quam imposita est, est omnino levis, ac per ejusdem omissionem sacramentum non fit essentialiter, sed tantum integraliter incompletum, atque completio integralis sacramenti levem non attingit nisi leviter secundum qualitatem materiae: quamvis, inquam, in eo communiter conveniant Doctores; dissensio est inter eos tum pro casu, quo poenitentia levis imposita est pro peccatis gravibus nondum rite confessis, tum pro casu, quo poenitentia gravis pro peccatis venialibus, aut mortalibus alias rite confessis, et directe absolutis imposita sit. Quo in dissidio ad [illegible] 301
[illegible] [illegible] in primo casu stat pro obligatione sub levi, pro secundo vero casu obligationem gravem admittit. Atque vero primi est, quia, ut de [illegible] [illegible] 4 et 1. S q. a num. 201. dicatum, res levis per se [illegible] non est capax gravis obligationis; et poenitentia [illegible] [illegible], et sacramenti licet per se obliget sub gravi ad ejusdem [illegible] [illegible], nihilominus ejusdem obligatio nonnisi levis est, ubi [illegible] [illegible] non est gravis; ita et obligatio poenitentiam [illegible] [illegible]. 302
Ex quo et secundi ratio est, quia nasci [illegible] qualitas obligationis in [illegible] poenitentiae non est desumenda ex [illegible] [illegible] causa, ob quam imponitur, sed ex [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] non interveniat, sicuti de [illegible] non interveniat in usu nostro 303
si [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vel uni [illegible] [illegible] est [illegible] pro eo casu, quo peccata venialia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ac peccati mortalis aut [illegible] [illegible] peccatis mortalibus, [illegible] rite confessis nondum [illegible] [illegible] poenitentiam et ex [illegible] motivis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] poenitentia est [illegible]. [illegible] [illegible]

300 Quæres primò, an pœnitentia à Confessario injungi possit, et debeat exequenda ante sacramentalem absolutionem.

Respondeo, per se loquendo à Confessario tali modo pœnitentiam non esse injungendam, ut constat ex sententiis proscriptis ab Alexandro VIII. die 7 Xbris 1690 proscriptis, quarum prima ordine 16. sic sonat =: Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia, aut institutio ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, et præscriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante. Altera vero ordine 17. sic exprimitur =: Per illam praxim mox absolvendi ordo Pœnitentiæ est inversus =: Tertia, quæ est 18; sic sonat =: Consuetudo moderna quoad administrationem sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, et multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab ecclesia non habetur pro usu, sed abusu =. Quæ propositiones jure quidem damnatæ sunt ut patet tum ex eo, quod si semper præmittenda esset satisfactio ipsi absolutioni, pœnitentes exponerentur periculo subeundæ æternæ damnationis, si nempe non habentes perfectam contritionem morerentur ante absolutionem, tum ex eo, quod sacerdos non tenetur [illegible] per modum absolutionis, antequam sententiam absolutionis pronunciat, neque pars integralis sacramenti esse sit, antequam sacramentum sit [illegible] congruentur.

301 Neque his obstat primò, quod satisfactio est materia sacramenti Pœnitentiæ et materia ejusdem formam præcedere debet. 2do quod, ut habetur in pluribus sacris canonibus peccatores olim non absolvebantur extra mortis articulum, nisi prius pœnitentiam in ipsis sacris canonibus statutas integram [illegible]. 3tio quod etiam nunc, ubi Confessarius dubitat de promissis sui pœnitentis, an nempe sit restituturus, occasionem proximam [illegible] [illegible], aut de ejusdam contritione timet, soleat injungere aliquas pœnitentias, veluti in probationem, antequam absolvat; ac proinde cum confessarius non possit esse certus de vera pœnitentis contritione, nisi ubi habeat vitæ emendatæ probationem, juxta illud Matth. 7: ex fructibus eorum cognoscetis eos: poterit semper injungere opera satisfactoria, antequam absolutionem impertiatur. Nam

302 Respondeo ad primum, in primis in negare, talem esse, quod asseritur, in sacramentis nempe materiam physice diversa necessario formam ut patet in Baptismo, ea utique valore durare non potest, ac deinde [illegible] forma, profertur antequam tota perficiatur physice ablutio. Deinde [illegible] [illegible] fit esse verum in sacramento Pœnitentiæ loquendo de partibus essentialibus, quæ, sunt quasi materia, et sunt contritio et confessio, aut etiam satisfactio in voto sufficiat mortaliter satisfaciendi [illegible] offerens [illegible] [illegible], minime vero actualis satisfactio, quæ tamen est pars integralis, quæ proinde sufficit, ut moraliter cum sacramento essentialiter jam constituto conjungatur: quæ conjunctio habetur, etsi post absolutionem existat, nempe eo tempore, quo, [illegible] [illegible] a Confessario

303 Ad 2dum quod attinet, distinguere oportet inter absolutionem sacramentalem, et canonicam, quæ ea est qua juxta veteres canones Pœnitentes absolvebantur à censuris, irregularitatibus, et publicis, necnon ab impedimentis accedendi ad sacram Mensam, et [illegible] Pœnitentes per illam dicebantur reconciliari ecclesiæ, et sacro Altari. Atque de hac absolutione loquuntur sacri canones, non autem de absolutione sacramentali, [illegible] neque enim nec [illegible] negabatur ante debitam satisfactionem

Ad 3tium, fatendum est, id esse verum: Nec talia opera tunc a Confessario non imponuntur tanquam in poenitentiam, sed tanquam ea, quae aliunde tenetur praestare poenitens, vel in quantum in testimonium veri doloris, et propositi in posterum declinandi peccatum. Ceterum quod attribuant, nempe Confessarium non posse deducere certam eam certitudinem, quae in praesenti causa requiritur, de vera poenitentis contritione, nisi per veram amaritudinem exhibitam de omnino, fatendum est, ut ipse ostenderit praecis; at per consequens citato loco S. Matthaei non loquitur in sensu exclusivo, sed positive. Atque ex his

1305 Quaeres 2do, quonam tempore post obtentam absolutionem teneatur poenitens injunctam sibi poenitentiam persolvere.

Respondeo, pro hac difficultate recte solvenda, distinguendo observandum esse, an Confessarius una simul cum operibus impositis etiam determinaverit tempus, v.g. ut hoc die recitet Rosarium B. Mariae Virginis, secundum audiat sacrum etc. an vero tale non determinaverit tempus, sed praecise imposuerit opus praestandum, nihil interim dicendo circa tempus, quo exequi debeat. Si enim hoc 2do contingat, tunc dicendum est, Poenitentem eam adimplere teneri, ut primum commode sit, ut in simili circa votum communiter docent Theologi, et constat ex dictis de Legibus Cap. 6 §. 6. num. 423 ubi ostensum est ex ipso jure, leges aliquas praecipientes, sed tamen non determinantes nisi morali tempore, quo sit, esse servandas, et proinde qui, ut primum sit, poenitentiam sibi injunctam sine temporis determinatione non adimplet, pro qualitate brevis aut longae seu notabilis dilationis vel venialiter, vel mortaliter peccabit, ita ut solum difficultas esse possit in dignoscendo quae dilatio temporis sit judicanda brevis, aut longa, seu notabilis in quo non una est Doctorum sententia, quorum aliqui volunt, sine gravi culpa ad annum poenitentiam differri posse exemplo confessionis quam vi praecepti tum Dni, sive ecclesiastici peccator non tenetur instituere ante anni finem, sed sufficit, ut fiat intra annum, alii vero hoc certum non recte dicunt, quia poenitentia non tam in vindictam praeteritorum criminum, quam ad praeservandum a peccatis in futurum imponitur, et proinde melius dicunt ii, qui ad dictam dilationem mensurandam recurrendum esse ad judicium prudentum volunt, et proinde qui gravem sibi injunctam poenitentiam ultra mensem differret sine causa, censetur reum peccati gravis, sicuti jure censeretur is, qui rem furto ablatam, si ea gravis esset, potens restituere, ultra mensem differret restitutionem.

Si vero Confessarius una simul cum poenitentia tempus determinavit, hoc determinato tempore erit adimplenda, ita tamen ut pro judicando de culpa gravi, aut levi, etiam hic recurrendum sit tandem ad Poenitentiae gravitatem, et dilationis quantitatem, alioquin casum, contra sententiam communis sententiae, ex injuncta sibi poenitentia obligatum semel in mense confiteri, aut communicare graviter non peccaturi ubi etiam sine causa ad tres, vel quatuor dies in septimanam sequentem differret, dummodo tamen tali mense bis confiteretur, et communicaret, quod et dicunt de eo qui tenerentur rosarium certa feria, et die sequenti tandem recitaret, quia videlicet talis dilatio videtur non censetur gravis. Quinimo is qui ex voto teneretur confitendi et communicandi semel in mense

ratione magnæ solemnitatis aut causa lucrandæ indulgentiæ ad ostendendum differret, aut anticiparet confessionem et communionem, nullus culpæ communiter condemnatur, non pure præsumatur, Confessarium si tunc discretiæ aut anticipatione et in mente veniret, ad communionem. Sed hic insurgit difficultas, an qui sive ob impotentiam, sive ob malitiam omisit, sacro tempore præfixo pœnitentiam sibi impositam deinde ea eam jam satisfactionem teneatur?

17 Hac vero in difficultate quidquid aliter dicant nonnulli existimantes cum tali die expirare obligationem, sicut de facto expirat obligatio præcepti ecclesiæ mandantis, v. g. ut in vigiliæ Nativitatis Domini jejunetur, aut etiam obligatio voti facti in specialem talis diei cultum, et reverentiam, v. g. jejunandi in vigilia Purificationis, aut Annuntiationis B. Mariæ Virginis, hoc, inquam, in difficultate tenendum est, per se loquendo obligationem præstandi injunctam pœnitentiam non finire cum die præfixo à confessario, sive interim ex impotentia, sive ex malitia contingat, ut non exequatur, quia finis maxime confessorum in pœnitentia illam injungentium pro tali tempore determinato non est solus cultus, et honor talis diei; sed finis præcipuus, et ultimatus est vindicta peccatorum jam commissorum, et præservatio à futuris, qui finis cum subsistat, ubi etiam præfixum terminum transierit, hinc deinde manet obligatio. Ex quo jam patet discrimen inter casum nostrum, et exempla objecta. Quamvis Pœnitens oppositæ sententiæ non repugnem considerare, etiam Pœnitentem obligationem finire cum die determinato pro ea adimplenda, quando inde eveniret, ut pœnitentia omissa una cum ea, quæ superesset præstanda, fieret jugum intollerabile, ut est, ubi quis per aliquot annos ex pœnitentia sibi injuncta singulis hebdomadis feria sexta deberet jejunare, et per longum tempus non jejunasset ita ut ad integram totam ejus præstandam singulis diebus inde jejunare deberet, quia de mente Confessarii non fuit imponere tantum onus. Atque hæc circa tempus est quibus circa mutum.

18 Quæres 3tio, an à Pœnitente debeat necessario opus injunctum; verum etiam quidem modus à Confessario præscriptus præstari?

Respondeo, circa hoc tantum esse posse difficultatem de qualitate obligationis, et modo cui à Confessario impositum fuit, ut flexis genibus recitet Rosarium B. Mariæ Virginis, aut ut oret coram tali imagine, aut ut jejunet in pane, et aqua, &c., planè non satisfaceret suæ obligationi, ubi sedendo Rosarium recitaret aut alio in loco oraret, aut more ecclesiastico jejunaret &c. Ad dignoscendum vero, an talis modi, seu circumstantiæ omissio sit gravis, an levis, oportebit præsertim considerare gravitatem incommodi in eo præstando occurrentis, nec non cultum et honorem Dei, et sanctorum, qui ex eo resultat. Atque sic si cui injunctum est, ut per horam recitaret quosdam Psalmos flexis genibus, aut ut septem Psalmos Pœnitentiales ex corpore brachiis recitaret, aut ut in pane, et aqua jejunaret in honorem B. Mariæ Virginis &c., et sedendo, aut manibus junctis hos Psalmos oraret, aut ecclesiastico more jejunaret tantum, sub gravi teneretur etiam talia opera præstare, ut communiter notant Doctores; è contra vero qui ex pœnitentia tenetur Rosarium B. Mariæ Virginis recitare coram tali imagine,

sibi recitando venialiter tantū peccaret, et sub gravi repetere non teneretur. Quod tn̄ ita intelligendū est, ut posita intentione ad exequendū modū, et circumstantias, seclusa sic obligatione praestandi operis substantiā, ubi hæc tantū praestari ne, [illegible] non [illegible] colligitur ex propōe ordine 51 inter damnatas ab Innocentio XI [illegible] est hujus tenoris = Qui non pt recitare Matutinū, et Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem = Raō autem est, quia ubi totum praestandum est divisibile, sicuti supponimus esse in casu nostro, posita impotentia ad unā ejusdem partem praestandam, manet praeceptum obligans [illegible], ut reliquā praestet partem, quæ praestari pt [illegible]

309 Quaeres 2º, ān Penitentia sacramentalis [illegible] debeat persolvi cū aliqua intentione satisfaciendi pro illa?

Respondeo, plures [illegible] principio, quod et nos diximus in Tract. de Legib. Cap. 6. §. 3 ā num. 399, nimirum quod ad satisfaciendum tōo praecepto affirmativo requiratur quidē intentio et voluntas exequendi ipsū opus praeceptum v.g. audiendi Missam die festo, minimē verò requiratur intentio satisfaciendi praecepto per tale opus reddendo nostrum, v.g. per Missam attentē, et devotē auditam, plures, inquā, tali principio inhaerentes docent, Penitentem suæ satisfacere obligationi, ubi [illegible] modo ponat opus in penitentiā impositū, etsi ad tunc nulla haberetur intentio illud ponendi, ut suæ penitentiæ satisfaciat. [illegible] tum oppositū tanquam probabilius tenendum est, quia cum penitentia sacramentalis suū effectum ex opere operato producat ita hæc debet, ut sit aliquid pertinens ad Sacramentū, et [illegible] [illegible] [illegible] suum [illegible] effectū: Atque talis non est, seu aliquid ad Sacramentū pertinens, nisi expleatur cū aliqua intentione saltem virtuali reflectente ad sacramentū, vel ad impositionem Confessarii. Ex quo et disparitas patet ad principium, cui oppositi [illegible] innituntur, quia nimirum [illegible] Legislator aliquid praecipiens nihil aliud intendit, et imponit, quam operis injuncti executionē; minimē verò praecipit, ut illud [illegible] cū intentione satisfaciendi [illegible] Atque ex his

310 Quaeres 3º, an opus injunctū in penitentiam in statu gratiæ persolvi debeat à Penitente?

Respondeo pro recta hujus dubii solutione [illegible] [illegible] inter [illegible] quod opus penitentiæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] quidem malo, [illegible] [illegible] ab homine peccatore: et hinc etiam distinguendum est inter [illegible] [illegible] penitentiā illā exequens esset tandē in peccato habituali [illegible] [illegible] eorum, quo in ipso actu exequendi haberet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Jam vero si illud non excipiat, et penitentiam [illegible] haret [illegible] gravitar peccaminoso, tunc [illegible] [illegible] [illegible] minimē satisfieri injunctæ penitentiæ, utpote cū opus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] divinæ indignationis, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nullo modo satisfactorium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] penitentia injuncta ex [illegible] [illegible] malo fieret, etsi hic non [illegible] haberet [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible] non efficeret, quoniam opus non [illegible] satisfacere [illegible] [illegible] [illegible] diximus de Eucharistia Cap. 7. [illegible] num. 28?, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] solutionem.

311

Si autem secundum fiat, et sermo tantum habeatur de existente in peccato habituali, satis recepta sententia contra nonnullos tenet, per opus a confessario injunctum, atque fideliter a poenitente in peccatum mortale relapso praestitum satisfieri, et ideo non esse obligationem illud iterum exequendi, seu repetendi, quia nempe confessarii imponentes poenitentiam vel positive non intendunt obligare poenitentes quoad eam praestandam in statu gratiae, vel si id intendunt, talis finis non est mensura substantialis, sed accidentalis tantum, ut vel patet ex usu praxi confessariorum, qui quidem a poenitentibus suis exquirere solent, an persolverint opera sibi in poenitentiam imposita, non autem, an ea in statu gratiae praestiterint: sicuti etiam poenitentes accusare solent quidem se accusare, ubi dicta opera non praestiterint, minime vero, ubi ea fecerint in statu peccati tamen habitualis. Et propterea sicuti sacrum audiens die festo, die vigiliae jejunans, aut etiam pauperi indigenti tribuens eleemosynam, et parentibus reverentiam, et honorem debitum impendens, licet talia opera praestet dum est in peccato mortali manens habituali, praeceptis talia opera imponentibus utique satisfacit, ut patet ex propositione ordine 16. in Michaele Baio ab Urbano VIII. damnata, quae est hujus tenoris: Non est vera legis obedientia, quae fit sine charitate: ita et qui in statu peccati mortalis recitabit Rosarium B. Mariae Virginis sibi in poenitentiam in-
122 junctum suae satisfaciat obligationi saltem quoad substantiam.

Hinc vero oppositae sententiae assertoribus non valet objicere, quod adimplens poenitentiam sibi injunctam in statu peccati mortalis effectum non habet sacramenti, qui est remissio poenae temporalis pro peccatis debitae, et per consequens tale opus sic positum non sit satisfactorium, ut docet Angelicus Praeceptor in Supplementi q. 14. a. 2. in c. sic concludens: Ideo oportet, quod opera satisfactoria sint Deo accepta, quod dat eis Charitas, et ideo sine Charitate opera facta non sunt satisfactoria. Hoc enim argumentum, quo plures contra alios utuntur, probat saltem venialiter peccaturum, qui in statu peccati mortalis velit sibi injunctam poenitentiam exequi, cum sibi statum gratiae moneat, unde evincere sit, poenitentiam a peccatore habituali tali executione mandatam non esse satisfactoriam quoad meritum theologicum: quod in loco objecto tantum intendit
123 Angelicus Praeceptor; non evincit autem, peccatorem quoad substantiam non satisfacere suae obligationi.

Quod ut clarius fiat, adnotandum est, ut notandum est, Doctores hic communiter convenire, mortaliter non peccare, qui in statu peccati mortalis poenitentiam implet, quia cum satisfactio sit pars integrans tantum sacramenti Poenitentiae, ejusque effectus sit tantum remissio poenae temporalis, qui est effectus secundarius sacramenti, non autem sit una gratiae sanctificantis, quae est effectus primarius ipsius sacramenti, quamvis non consequatur a poenitente, qua pars integralis privabitur suo effectu, qui est secundarius ipsius sacramenti; et per consequens peccabit venialiter in statu peccati mortalis talem poenitentiam adimplens, ut quamplures volunt. Quod tamen negant non pauci magni nominis Doctores quia nempe tunc

quamvis poenitens privetur fructu poenitentiae, qui est ex opere operantis, non privatur tamen effectu, qui est ex opere operato, quemadmodum dicitur Missa celebrata a malo sacerdote non habeat fructum, qui est ex opere operantis; adhuc tamen habet eum, qui est ex opere operato; quidquid porro sit, an effectus, qui est ex opere operato, habeatur pro eo tempore, quo poenitentia adimpletur, an vero tantum, sublato [illegible] peccati [illegible] in quo [illegible] Doctores licet secundum communius, et probabilius sit [illegible] tamen intelligendum dicta de eo opere in poenitentiam injuncto, quod quoad sui substantiam statum gratiae non requirit in illud ponente; non autem de eo opere, quod sine statu gratiae substantialiter praestari non potest, sicuti esset sacra communio, actus charitatis erga Deum et proximum, et hujusmodi. Huic enim non satisfieri, si in statu gratiae non habeatur, certum est, ut per se patet.

24 Major vero est difficultas pro eo casu, quo in ipso actu poenitentiam adimplendi actualem affectum, aut [illegible] peccandi habuerit. Quod cum satis solutum maneat ex iis, quae de Horis Canonicis Cap. 4. A. 2. num. 189, ubi examinabam difficultatem de recitante divinum officium in peccato habituali, et actuali, hic ab ulteriori examine supersedeo remittendo lectorem ad ibidem dicta, interim duo monendo, primum est, quod si poenitentiam injunctum, si est personale, cujusmodi est oratio, et jejunium, debere et oportet poenitente persolvi, et si est reale, cujusmodi est eleemosyna, ex rebus propriis poenitentis exsolvi debere, ut constat tum ex superius dictis num. 285, tum ex propositione ordine 15. ab Alexandro VII. proscripta, quae est hujus tenoris =: Poenitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat =. Alterum vero est, poenitentiam posse adimpleri etiam eo tempore, quo aliud opus praeceptum fit, modo poenitentia, et opus praeceptum se invicem non excludant, ut ostendebam de [illegible] Cap. 6 [illegible] num. 389. Quae, valeant, dum interim sit

Articulus Tertius.

De Poenitentiae commutatione, et causis ab ea excusantibus [illegible]

25 Circa Poenitentiae commutationem communissime Doctores conveniunt, ipsum poenitentem per semetipsum eam non posse commutare in aliam sive aequalem, sive etiam meliorem, et constat tum ex eo, quod sicuti impositio Poenitentiae, ita et eam commutatio in aliam est actio sacramentalis, et actus jurisdictionis, qui ab ipso poenitente in semetipsum exerceri non potest; tum ex eo quod opus, quod ex sua electione in suorum peccatorum remissionem peccator facit, non est actio, seu pars integralis sacramenti poenitentiae, sicuti est debita satisfactio [illegible] in confessione injuncta; tum denique ex eo, quod sicuti quis loco jejunii Quadragesimalis non potest substituere alia opera [illegible] V. G. Missam, [illegible] [illegible] Ecclesiae est, ut jejunetur: ita [illegible] [illegible] [illegible] Rosarium, loco hujus [illegible] non potest subrogare opus aliud melius [illegible] audiendam. [illegible] non valet [illegible] [illegible] votum, quod [illegible] [illegible] [illegible] in melius commutari sit, quia [illegible] voti obligatio [illegible]

à voluntate ipsius voventis, qui vel ab initio intendebat executi-
onem vel n[illegible], nisi elegisset præstare meliorem [illegible]
dere velit, Deum, in cujus honorem votum factum est, semper accepta-
re non meliorem loco sui minus boni: Quod tamen dici non potest de Con-
fessario, qui licet eum imponeret pœnitentiam, acceptasset pœniten-
tis oblationem ad opus melius præstandum, atque sine [illegible]
vim sacramentalem; [illegible] nunc tamen [illegible] post impositionem
[illegible] nullo [illegible] Atque hinc difficultas tantum oritur, an,
et quomodo a Confessario talis commutatio fieri possit?

526. Circa hanc vero difficultatem prænotare opor-
tet convenire Doctores, à nullo confessario posse injunctam pœniten-
tiam in aliam sine justa, et rationabili causa commutari, quia si
vel ad dispensandum [illegible] hæc, ut dictum est de Legibus cap. ultimo
§. 2. §§. 3. à num. 603., necessario requiritur justa causa, sicuti et
requiritur ad votum commutandum, ut de Virtute Religionis cap.
5. A ultimo §§. 1. à num. 283. ostendebam, multo magis ea re-
quiritur ad commutationem Pœnitentiæ, utpote quæ non solum ex
justo confessarii præcepto est exequenda, verum etiam est pars
integralis Sacramenti à Christo Domino instituti. Quapropter solum
esse fit dubium in dignoscendo, quænam ea sit causa, quæ tanquam
justa, et rationabilis in præsenti haberi debeat. Et præsertim pro
eo casu, quo injuncta pœnitentia in opus minus bonum, et minus
grave [illegible] commutandum, quia, sicuti loco mox citato de
virtute Religionis num. 284. dicebam, ad commutandum votum
in opus æquale sufficit vel major devotio voventis in opus sub-
stituendum; ita et in hoc loco dicendum videtur. Talem vero ju-
stam, et rationabilem causam communiter Doctores notant
esse necessitatem, vel notabilem utilitatem, seu magnam
difficultatem pœnitentis in exequenda ipsa pœnitentia, vel
etiam [illegible] periculum vel non exequendi, vel male adim-
plendi ex fragilitate provenienti. Quibus nonnulli adjungunt
etiam justam causam, minuendi ipsam pœnitentiam esse, ubi pœni-
tens à tempore, quo obligatus erat eam præstare, lucratus est
aliquas indulgentias, aut multa bona opera [illegible], aut aliud
majori cum fervore, et [illegible] minorationem pœnitentiæ [illegible]
[illegible]. Hac autem posita causa, modo

527. Quæres primo, an justa, et rationabili cau-
sa existente nedum idem Confessarius, qui pœnitentiam injunxit,
verum etiam alius, eam in aliam commutare possit?

Respondeo affirmative. Quemadmodum [illegible]
casus, quo pœnitens ob casus reservatos [illegible] esset a Confessa-
rio habente facultatem absolvendi et illis, et pœnitens [illegible]
[illegible] rediret ad confessarium non habentem potestatem
in peccata reservata. Hæcque responsio præsupponitur [illegible]
[illegible] communi sensu Doctorum, verum etiam usu, et [illegible]
[illegible] maximum est argumentum, [illegible] ab eo, quod ex
[illegible] Sacramento Pœnitentiæ sacramentum ita institutum
est, ut [illegible] peccatis, à quibus quis judicatus, et absolutus fuit, pos-
sit iterum et alio legitimo ministro judicari, et absolvi [illegible]
[illegible] illius pœnitentiæ, quæ salutaris, et conveniens [illegible]
[illegible], ideo ut ex novo judicio, et absolutione pœnitens
non teneatur stare [illegible] judicio [illegible]
[illegible] satisfactionem, [illegible] novam [illegible] dabere; [illegible]

cum prioris poenitentiae in aliam commutatio ex justa causa excepto poenitentis, ac quod judicium sacramentale est ordinatum

318. Neque his obest, si dicas primo, sacerdotes in tribunali Poenitentiae sedentes ex potestate a Christo accepta, et nomine illius tanquam judices supremos sententiam proferre, ut eadem semel valide prolata nullatenus possit revocari, et nec comprehendi cum sententia data fuerit sub obligatione designatam poenitentiam exequendi, ab ea adimplenda nemo alius sacerdos potuerit [illegible] vel aliam substituendo..... 2do ex una parte poenitentem nullo modo deobligari posse a ponenda parte vel integra [illegible] sacramentum; et ex alia parte poenitentiam loco antea injunctae subrogatam sive intra, sive extra Poenitentiae Tribunal non posse esse partem integralem sacramenti antea suscepti... 3tio si de novo Poenitentiae ~~[illegible]~~ [illegible] esse, ut causa ob quam imposita fuit, iterum ita subjiciatur judicando, ac si numquam judicata fuisset: quod nullo modo praestari potest, utpote cum peccata jam directe absoluta non possint amplius clavibus subjici tanquam materia necessaria, sed solum tanquam materia libera... Tandem nullum judicem posse quidquam decernere circa sententiam ab alio prolatam nisi sit superior, qui per viam appellationis et recursus adeatur, ~~juxta~~ tritum illud principium: Par in parem imperium non habet; et proinde cum nullus confessarius nisi sibi superiorem agnoscat quoad Poenitentiae Tribunal, unus confessarius non poterit quidquam decernere circa sententiam ab alio pronuntiatam, et ideo non poterit commutare poenitentiam ab alio juste impositam.

19 Respondeo, quod ad primum attinet, concedendo sententiam semel valide prolatam esse habendam tanquam datam a summo judice, nec revocari posse, sed ea in suo robore persistente alia similis sive ab eodem, sive a distincto sacerdote ferri potest in eadem causa, quae posita ex benignitate Christi institutoris sacramenti optio conceditur poenitenti eligendi, quam voluerit ex sententiis. Ac sane modo si a supremo Imperatore demandetur causa sui subditi judicanda sententia duobus jurisconsultis cum optione ipsi facta standi, cui voluerit sententiae; tunc namque [illegible] licet utraque sententia valida sit, subdito liberum est uni sententiae stare; ita et evenit in casu nostro. 124

320 Ad secundum pariter, fatendum est, poenitentiam loco alterius prioris subrogatam in [illegible] non posse dici partem integrantem sacramenti prius suscepti; falsum vero est, [illegible] poenitentem non posse deobligari a praestanda satisfactione quae sit pars integrans talis sacramenti, cum [illegible] concessa, et concessa a Christo sacramenti Auctore, et ita quidem ut poenitentia loco alterius commutata [illegible] sacramento [illegible] habeat vim [illegible] effectum [illegible].

21 Ad tertium autem dicendum est, ad poenitentiae commutationem satis esse ut eadem materia [illegible] judicium [illegible], declaratur simul poenitentis [illegible] et commutationis intentione.

22 Ad ultimum vero quod unice probat alium confessarium non posse commutare poenitentiam ab alio impositam, negandum est [illegible] consentiente poenitente [illegible] quidquam decernere circa sententiam ab eo impositam [illegible] in [illegible] poenitentibus

qui illi subditi remanent suo toties que suo statu, et conservantiam et quidem sine ulla injuria prioris Confessarii, cum Christus in bonum ipsius poenitentis ita instituerit sacramentum, ut poenitens eodem numero peccata possit pluribus sacerdotibus confiteri, cum optione obtinendi commutationem prioris poenitentiae, ubi justa causa ... tam habetur.

Enim hic adnotatus, me supra in ratione ... dicta: quomodo excipiatur casus, quo poenitentia ob casus reservatos imposita est ... Maximum enim dissidium est inter Doctores an simplex confessarius non habens facultatem in reservata commutare possit poenitentiam impositam ab habente potestatem ab iis absolvendi? Quamplures enim, quorum sententiam communiorem vocat P. Ferraris Verbo Sacramentum Poenitentiae A. 3. num. 43. et ... Gregorio ... Cap. 2. Lib. 4. A. 1. num. 529, dicto simplici confessario tam denegant facultatem ea praecipua ratione, quod sicut judicium in causa principali, nempe in absolutione a culpa est reservatum superiori habenti facultatem in reservata, ita quoque necessario debet dici reservatum in accessorio, quod est injunctio poenitentiae, quia accessorium sequatur naturam principalis, et ita quidem, ut non obstet, quod illa peccata etsi reservata, ubi semel confessa fuerint superiori, non sint amplius reservata, sed absolvi possint etiam a quolibet inferiore Confessario, qui et mutandi ... causa cognita etiam injunctam pro iis poenitentiam commutare. Nam licet reservatio quoad culpam per obtentam absolutionem a superiore ablata fuerit, poenitentia tamen injuncta adhuc reservata manet, cum ad illam exequendam poenitens adstrictus maneat praecepto superioris, quod nec tollere, nec dispensare ... inferior, nisi urgeat necessitas, vel utilitas poenitentis maxime, et
324 simul aditus ad superiorem non sit facilis.

Ast his non obstantibus contraria sententia sua non caret probabilitate, et adhuc eam plures quorum Theologi tum ex ratione jam insinuata, videlicet ex eo, quod semel data a superiore absolutione a reservatis, ea possunt ita subjici tribunali judicis inferioris, ut ipse ex integro possit judicare ... causam poenitentis, et poenitentia competenti injungere poenitentiam proportionatam debitam, et quidem talem, qualem imponere debebat superior, cum non talia crimina confessa ... ne dicatur poenitentem ad duplicem ... a confessione obligari, ipse posset stare judicio prolato ab inferiori Confessario; tum ex eo, quod ex multo fonte probari ... peccata ex eo fine reservari, ut poenitens cogatur necessario ... ut injunctam satisfactionem, sed ut ... superiori ... [illegible] ... abstrahat, quo ... absolutione ... nec non ut a superiore magis salubria monita, et ... tantum ... Denique ex eo quod ex communiorem ... jurisdictionem in reservatis superioris ... causam ... in ... amplius non sunt reservata ... quia ... reservandi ... Confessarius inferior ... habet potestatem in ... Summus Pontifex votum sub reservatione commutavit in nobis ... communionem sententiam, ut dicebat de voto, A.

ultimo §. 1. num. 286, in hoc secundo discrimine distinguere notum ita et in casu nostro dicendum est. Verum hic non obstantibus ea [illegible] a [illegible] in praxi, nisi forte gravis causa accederet, et saepius non est recursus ad superiorem, quia tunc praesumitur [illegible] conniventia, et concessio merito supponitur, ut nempe fiat tunc commutatio. Sed jam

325. Quaeres 2do, an dicta Poenitentiae commutatio necessario fieri debeat intra confessionem, seu in Poenitentiae Tribunali.

Respondeo, hoc in re passim conveniunt Doctores, Poenitentiae injunctae commutationem non posse fieri nisi intra confessionem, seu Tribunal Poenitentiae, ubi commutatio [illegible] est ab alio Confessario ab eo, qui eam imposuit; et propterea dubium tantum est, ubi Poenitens petit, sibi eam commutari ab eodem sacerdote, qui eam sibi injunxit. Atque hoc etiam in casu communiori, ac certe probabiliori sententia tenendum est, nonnisi intra confessionem valide, et licite poenitentiam posse commutari; et hoc, tum quia nonnisi intra sacramentum subrogari potest satisfactio quae sit sacramentalis, et ex opere operato remittat poenas pro peccatis debitas, qualis certe esse debet ea etiam poenitentia loco [illegible] imposita; tum quia talis commutatio fieri non potest nisi per actum judicialem, qui a confessario nonnisi intra confessionem exerceri potest. Atque ita intelligendum est, ut quamvis admitti debeat, Confessarium dictam posse facere commutationem [illegible] Poenitens post obtentam absolutionem a tribunali discessit [illegible] tunc adhuc judicium moraliter perseveravit; non debet tamen [illegible] admittens, ab eodem Confessario posse extra confessionem poenitentiam a se injunctam in aliam mutari, dummodo intra breve tempus, v.g. intra eandem diem, aut intra biduum aut etiam intra hebdomadam dicta fiat commutatio, quia cum [illegible] non possit dici judicium jam tunc moraliter perseverasse, [illegible] intra quod extra sacramentum fiat subrogatio. Verum hic non deest difficultas an nempe pro commutatione illa facienda requiratur nova confessio peccatorum, pro quibus poenitentia commutanda fuit injuncta? Pro quo sit

Quaeres 3tio, an Poenitens a Confessario petens ut sibi Poenitentia commutetur, debeat iterum confiteri peccata, ob quae fuit injuncta?

Respondeo, in hoc duo tanquam certa admittuntur a Doctoribus. 1mum est, ubi commutatio petitur ab eodem confessario, qui eam imposuit, necesse non esse [illegible] confessionem, ubi Confessarius adhuc non [illegible] recordatur [illegible] poenitentis, quia tunc haec cognitio sufficit [illegible] commutandi [illegible], ita et satis est [illegible] jam compositam commutandi. [illegible] certum vero est, opus non esse, ut omnia et singula peccata antea confessa, [illegible] semper poenitentia fuit imposita [illegible] sed tamen necesse, quantum [illegible] sufficit ad cognoscendum statum, et conscientiam, quam [illegible] confessionis habebat poenitens [illegible] commutationis, ut patet ex paulo ante dictis. Propterea tamen dubium fit pro eo casu, quo commutatio petitur a confessario qui Poenitentiam illam non imposuit vel si imposuit, status et conscientiae poenitentis neque confuse amplius recordatur. In hoc [illegible] opposita est Doctorum sententia, quamvis [illegible] necessitatem iterandi confessionem, [illegible]

vinatur lucido, quod in hac confessione, in qua commutatio poenitentiae in priori confessione impositae petitur, non agitur de judicio ferendo super culpis jam antea absolutis, et remissis neque agitur de dignoscenda vel justitia, vel injustitia poenitentiae injunctae, sed tantum agitur de impotentia, infirmitate, aut imbecillitate, aut minori opportunitate poenitentis ad exequendam illam poenitentiam; quae omnia jam perfecte dignoscere sit confessarius, quin peccata declarentur praeterita; sicuti etiam confessione praesentium peccatorum cognoscere sit quaenam poena poenitenti expediat; et proinde aequam poenitentiam loco antea injunctae valebit subrogare.

327 Altera vero sententia communior, et probabilior stat pro obligatione repetendi peccata antea confessa, quantum sufficit ad praeteritum statum, et conscientiam poenitentis dignoscendam. Haecque sententia suadetur ex eo, quod confessarius eatenus sit poenitentiam antea injunctam poenitenti commutare, in quantum sit eandem ipsius causam iterum judicare: quod confessarius ignorans statum poenitentis praestare non potest, nisi saltem in genere peccata antea confessa eidem manifestentur. Deinde poenitentia subrogata loco alterius debet esse talis, ut ea ratione sit sacramentalis, sed etiam sit proportionata ipsis delictis, et ita quidem, ut ratione sit punitiva praeteritorum delictorum, tum etiam praeservativa a futuris; quod nullo modo praestari sit, nisi eorum peccata antea confessa exponantur confessario statum poenitentis ignoranti. Ex quo jam patet ad rationem oppositae sententiae. Atque ex iis, ex quibus habes, quando, et quomodo liceat commutare poenitentiam sacramentalem, retro ad causas excusantes examinandas, prius tamen monendo cum communi sententia, licere esse poenitenti aliquam exequi primam, aut secundam poenitentiam, sicuti in simili loco supra citato num. 285 diximus de voto post ejusdem factam commutationem.

328 Quaeres ergo, an dentur, et quaenam sint eae causae, quae valeant poenitentem excusare ab injuncta poenitentia exequenda?

Respondeo, quod quemadmodum certum est dari quasdam causas excusantes ab observantia legis tum humanae, tum divinae positivae; ita et dantur loquendo de adimplemento poenitentiae injunctae, et acceptatae, cum ab hujus executione tota obligatio a praecepto proveniat, quo voluit satisfactionem suam imponi confessariis, ac partem integralem sacramenti poenitentiae. Plures vero hujusmodi causas doctores assignant; quarum prima est, ubi tota injuncta poenitentia attento judicio prudentum esset certo excessiva, immoderata, et indiscreta, tum spectata peccatorum gravitate, tum poenitentis dispositione, ut esset, si pro peccatis tantum venialibus minimum periculum proximum lapsus in mortale inducentibus, jejunium ad plures dies imponeretur infirmo aut febricitanti, aut seni paene decrepito; vel pro peccatis etiam mortalibus longa peregrinatio pedibus facienda fuisset injuncta, quia namque confessarii potestas non est tantum ad poenitentias salutares, et simul commensuratas tum gravitati peccatorum, tum dispositioni poenitentis, non sit extendi ad poenitentias certo immoderatas. Quod diligenter notandum, quia si poenitentia sit divisibilis, et solum quoad aliquam ejus partem, sed non quoad aliam sit immoderata, et excessiva, solum cessat obligatio

quoad ad partem ingruat excusatio inveniatur; minime vero quoad
aliud; et hoc ita etiam, ut in dubio de excusatione standum sit pro con-
fessarii jurisdictione, et praestandi obligatione. Altera est moralis impossibilitas, quando
329. nempe successu temporis, et ob circumstantias occurrentes pœnitens
non sit sine vitæ periculo, aut alio valde gravi, et notabili incom-
modo temporali pœnitentiam impositam adimplere, ut est, ubi quis
per totum mensem jejunare tenebatur, et eo tempore jejunandi
debebat abstinere ab opere servili sibi, et familiæ necessario, quod
in eam incidit satis urgentem [illegible] neque est obligatio alio opere
bono subrogandi, cum opera subrogata non fiant pars integralis sa-
cramenti, nisi subrogatio fiat in confessione, et tunc adhuc non
sit obligatio iterum confitendi peccata, ob quæ fuit imposita.
330. Tertia est justum superioris præceptum, cum
videlicet legitimus superior juste prohibet, ne opus illud pœnitentiale
injunctum pœnitens exequatur, ut est, si uxori injuncta est longa
peregrinatio, quam maritus vetaret, aut si servo ad opera servilia
conducto impositum fuisset jejunium, ob quod ineptus fieret ad sua
debita opera præstanda, et dominus prohiberet, ne jejunaret.
Quod tamen ita intelligendum est, ut quamvis talis pœnitens præ-
satis [illegible] non teneatur, adire confessarium ab ipso
petendo commutationem, cum hæc non possit fieri nisi in tribuna-
li pœnitentiæ, et quis tunc non teneatur iterum peccata [illegible]
[illegible]; nihilominus tamen sit rursum tentum pro eo tempore, quo
[illegible] praeceptum durat, quia hoc cessante [illegible] obligatio,
nisi forte a confessario tempus, quo durat præceptum, fuerit
assignatum ad finiendam obligationem. Quod tamen [illegible] [illegible] su-
pra num. 307. annotavi. Atque hæ sunt præcipuæ causæ ab imple-
nda pœnitentia excusantes, quibus nonnulli addunt lucrationem ju-
bilæi, et indulgentiæ plenariæ, et exercitium plurium bo-
norum operum spiritualium. Quod tamen, ut vel patet meditanti supra
dicta num. 273, et sequenti, admittere nullo modo possum, cum
res constat ex eo, quod nemo vel ratione jubilæi, et indulgentiæ
bonorum operum sit excusari a ponenda parte integrante sacra-
menti, qualis est adimpletio pœnitentiæ a confessario impositæ.
Hinc pro hujus materiæ complemento addam, quid dicendum sit pro
casu oblivionis. Unde
331. Quæres ultimo, quid agendum sit pœnitenti
pro eo casu, quo sive culpabiliter, sive inculpabiliter oblitus est pœ-
nitentiæ a se præstandæ?
Respondeo, circa hoc nostrum communis [illegible]
torum [illegible] pœnitentem teneri, ubi commode sit, adire eundem
confessarium, et ab eo quærere quid sibi in pœnitentiam fuerit
injunctum, quatenus præsumatur sit, confessarium adhuc esse memo-
rem impositæ pœnitentiæ, maxime si ea gravis est, quia [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] teneatur, quando commode
[illegible] removere impedimentum executioni illius, et proinde
in casu nostro [illegible] [illegible] [illegible] a confessario, et pœni-
tentiam interrogando [illegible], [illegible] [illegible] ignorantiam in
[illegible] executionem ubi commode sit, illum adire debet
et interrogare. Quod et plurimi dicunt pro eo casu, quo
[illegible] non est memor pœnitentiæ injunctæ, adhuc [illegible]
[illegible] [illegible] pœnitentiæ, aliter namque commutatio pœni-
tentiæ [illegible], utpote [illegible] pœnitentis commodo [illegible]
[illegible] integritatem sacramenti procurare, atque [illegible]

grave incommodum à Poenitente non est subeundum, utpote cum non est ejus praesenti peccata confiteri, sed tantum post ultimam confessionem commissa. Atque hinc difficultas tantum est pro eo casu, quo confessarius injunctae poenitentiae non recordatur, neque est memor status Poenitentis vel [illegible] incommodum adire non potest, sed ad aliud ire debet [illegible] complendam integritatem sacramenti nonnulli volunt repetendam esse confessionem saltem peccatorum debitorum, ob quae poenitentia fuit imposita, quantum necesse est ad statum, et conscientiam suam confessario declarandum; quia incommodum subeundum in tali iterata confessione existimant non esse tantum, ut sit sufficiens ad excusandum poenitentem a ponenda parte integrante sacramenti. Quod tamen communius negant alij Doctores praesertim pro eo casu, quo talis oblivio est inculpabilis, et hoc [illegible] talis iterata confessio neque est necessaria ad peccatorum remissionem quoad culpam, cum jam semel deleta fuerint, neque ad condonationem poenae temporalis, cum haec alijs bonis operibus expiari possit, neque ad integritatem sacramenti, quia per eam oblivionem Poenitens factus est impotens, et poenitentia, quae de novo imponeretur, non est in stricta parte sacramenti jam antea suscepti; et proinde ad summum Poenitens, cum de novo confitebitur uno cum peccatis iterum commissis tenebitur declarare illam suam oblivionem; et hoc certe sufficiat, sicuti etiam quamplures volunt sufficere, ubi oblivio etiam est culpabilis. Quod tamen non ita facile ausim asserere, quamvis pro casu inculpatae oblivionis non desinerem Paloo hic Pun. ultimo num. 20 cum alijs plurimis docenti, poenitentem loco poenitentiae oblitae non teneri substituere ea opera, quae plerumque sibi imponi solent à confessario, quia cum talia opera facile non sint ea, quae confessarius imposuit, esse nequeunt pars sacramenti. Sed ;[illegible]

32. Articulus Quartus.

De Effectibus sacramentalis satisfactionis.

Satisfactionem sacramentalem debito modo a Poenitente adimpletam habere vim delendi poenam temporalem pro peccatis commissis debitam, et quidem nedum ex opere operantis, sicut inspectant caetera opera bona, verum etiam ex opere operato, communiter docent Theologi ex Trid. Sess. 14. Can. 8., et Can. 12, 13, 14, et 15; ubi dicitur, esse ex divina institutione, ut poenae à confessarijs impositae Poenitentibus habeant virtutem condonandi poenam temporalem, quae sublata poena aeterna per absolutionem sacramentalem remanebat exsolvenda. Et ostenditur vel ex eo quod talis satisfactio est vera pars, licet integralis, sacramenti Poenitentiae, et de ea habet significare remissionem poenae temporalis; et per consequens cum sacramenta ea se habent producere quae significant, manifestum est, satisfactionem sacramentalem [illegible] habere vim ex opere operato efficiendi remissionem poenae temporalis pro peccatis vitae contractis, et [illegible] bona opera, utpote cum haec [illegible] modo facta ex opere [illegible] habent remittere [illegible] temporales [illegible] difficultas nascitur, an dicta sacramentalis satisfactio habeat vim [illegible] totam poenam temporalem pro peccatis debitam? et an habeat [illegible] gratiae, ut talem habeat effectum? item an

etiam habeat prorsus, et careat aliqua gratia habituali, aut saltem aliquas gratias, seu auxilia supernaturalia actualia, recipiat ex opere operato.? Pro quibus observandis Difficultates

333. Quæres primò, an satisfactio sacramentalis nec[illegible] nostram, verum etiam totam pœnam temporalem ut[illegible] confessi ac absolutis debitam habeat remittere ex opere operato.?

Respondeo, plures in ea esse sententia, quod ubi confessarius eam imposuit Pœnitentiam, quam pro peccatis sibi declaratis confessis sufficientem judicavit, ea habeat omnem pœnam temporalem ipsis debitam condonare, et delere quia Christus Dominus ita instituit Pœnitentiæ sacramentum, ut per illud voluerit deleri peccatum nedum quoad culpam et pœnam æternam, verum etiam quoad pœnam temporalem, ubi pœnitentia à Confessario imposita est delictis proportionata, et sufficiens, hancque debito modo pœnitens adimpleverit; et ita quidem, ut etiam de pœnitentia proportionata, et sufficienti imponenda, judicium reliquerit confessario. Verum his non obstantibus non est recedendum ab omnino sancta jam communiori, et probabiliori, quæ suadetur tum ex eo, quod data laudata sententia, vanitas sequeretur, quod quicumque ex hac vita decederet post confessionem, et peractam Pœnitentiam, quam delictis proportionatam Confessarius existimabat, nullas omnino pœnas in Purgatorio luere deberet. Quod ipsum etiam à sacro Judicio, et praxi ecclesiæ, offerentis preces, et sacrificia offerentis pro quolibet defuncto, minimè est alienum: tum ex eo, quod nullus sacerdos quantumvis prudens, et doctus, scire possit, quæ mensura peccata in Purgatorio puniantur, et quæ pœna cuicumque peccato sit debita, et qualis satisfactio sacramentalis tanta pœnæ Purgatorii correspondeat; et proinde per pœnitentiam a Confessario taxatam etiam prudenti judicio juxta [illegible] gravitatem non sit dici tolli totam pœnam temporalem [illegible] debitam, et vox contrariæ argumentum adversariorum non urget. Sicut non urget paritas petita à plenaria Indulgentia, quia per hanc certum est Ecclesiam supplere ex propriis thesauris innumeris, et infinitis. Et ex his

334. Quæres 2do, an ad hoc ut satisfactio sacramentalis habeat dictam vim remittendi pœnam temporalem ipsi [illegible] debitam, debeat fieri in statu gratiæ.?

Respondeo, ut jam supra num. 313 insinuatum est circa hoc tres circumferri sententias, quarum prima ita exigit statum gratiæ pro tempore, quo pœnitentia adimpletur, ut pœnitens eam adimplens in statu peccati mortalis nunquam [illegible] pœnæ temporalis ex opere operato consequatur, nisi forte [illegible] eam in statu gratiæ iteraverit. Altera verò è diametro opposita [illegible], Pœnitentiam sacramentalem etiam pro eo tempore, quo in statu peccati [illegible], suum consequi effectum, qui est ex opere operato, licet ex opere operantis nullum fructum producat. Tertia verò [illegible] medium tenens docet, pœnitentiam in statu peccati [illegible] [illegible] pro tunc nullum sortiri effectum, sortiri tamen statim ac [illegible] peccati [illegible]. Sententia hæc jam communior, et probabilior [illegible] [illegible] ejusdem partem suadetur tum ex eo, quod existens in peccato mortali, utpote dignus pœna æterna, non videtur, quomodo possit mereri condonationem pœnæ temporalis; tum ex eo, quod [illegible] opera bona [illegible] sunt mortificata; tum [illegible] ex eo, quod remissio pœnæ temporalis est effectus [illegible] [illegible] Pœnitentiæ, ideoque [illegible] videtur à permanere

effectus primarij, qui est remissio culpæ mortalis per divinæ gratiæ infusionem.

35. Quoad alteram verò partem traditur à S. Augustino relato in Capit. Quæret aliquis, de Pœnit. Dist 3. ubi legitur =. Satisfactionis fructum non percipit impediens peccato, quod non deseritur, percipitur autem, cum ejus pœnitentia fuerit subsecuta, sicut ad lavacrum fictè accedens regenerationis sacramentum accipit, non tamen in Christo renascitur; renascitur autem virtute sacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde recesserit veraci pœnitentia =. Hæc S. Doctor, ex quibus et ipsa ratio eruitur, quia sicuti satisfactio est vera pars sacramenti Pœnitentiæ, et proinde sicuti sacramenta, quæ sunt, producunt effectum ex opere operato, si non obtinent illum stante obice, hoc ablato deinde illum consequuntur; ita et sacramentalis satisfactio; et proinde ea in statu peccati adimpleta non fit dici opus mortuum, sed mortificatum, et per consequens sicuti opera meritoria ante peccatum alicita mortificata evadunt, per peccati mortali inde tactu; ac tamen deleto reviviscunt; ita et reviviscit satisfactio sacramentalis, cum et tunc reviviscat gratia sacramentalis, quæ est primarius effectus sacramenti Pœnitentiæ. Et hinc pro tertij solutione.

36. Quæres 3tiò, an sacramentalis satisfactio habeat conferre ex opere operato gratiam habitualem, seu sanctificantem, vel saltem aliquas gratias, seu auxilia actualia?

Respondeo, hoc in difficultate, quæ non procedit de voto, ac proposito satisfaciendi pro peccatis commissis, cum huic, utpote parti essentiali sacramenti utraque virtus illa sit ultrò concedenda; sed procedit tantum de ipsa actuali satisfactione, utpote parte tantum integrante sacramenti Pœnitentiæ; hoc, inquam, in difficultate circa primam partem cum communi sententia talem vim, et efficaciam denegandam esse satisfactioni sacramentali. Quod videtur esse ad mentem Angelici Præceptoris in 4to Dist. 16. Q. 1. A. 1. ad 3tium sic respondentis =. Dicendum, quod ex proposito satisfaciendi gratia confertur, quamvis satisfactio actualis gratiam præsupponat; vel dicendum, quod per satisfactionem consequitur pœnitens perfectum effectum gratiæ peccatum abolentis, quia liberatur totaliter à reatu peccati =. Ratio autem primò est, quia per contritionem, confessionem, et absolutionem sacramentalem remittitur culpa, et pœna æterna, quæ remissio non fit sine infusione gratiæ sanctificantis, et per consequens satisfactio actualis, quæ inde fit, non habet significare remissionem culpæ, et pœnæ æternæ, sed debitæ pœnæ temporalis, et proinde cum sacramenta habeant efficere, quod tantum significant, satisfactio non habebit conferre gratiam sanctificantem, sed, ut dixi, remissionem pœnæ temporalis. Quod etiam evinci potest ex eo, quod actualis satisfactio neque est sacramentum, neque pars essentialis ejusdem, sed tantum integralis particeps ipsius sacramenti, neque est instituta ad reconciliandum peccatorem cum ipso Deo, quia sæpius etiam existente in peccato mortali justificaret. Quod non est dicendum. Sed de se est instituta ad remissionem pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, et ad peccata in crastinum cautius præcavenda; ad quod non est necessaria gratia habitualis, seu sanctificans, ut per se cuique est manifestum.

337. [illegible] Neque his obstat, si dicas primo, satisfactionem sacramentalem non solum esse remissionem peccatorum quoad poenam temporalem, verum etiam esse medicinam futurorum praeservativam quoad culpam, ut docuit Trid. Sess. 14. Cap. 8., et proinde ad eius obtinendum multum conducit novae gratiae sanctificantis productio, hanc causabit satisfactio sacramentalis.... Dico nihil obstare, quia ipsa actualis satisfactio sit tantum pars integralis sacramenti Poenitentiae, sine qua tamen totum substantiale ratione sacramenti, uti patet exemplo tum secundae et tertiae infusionis aquae in Baptismo, tum doloris versantis nedum circa mortalia, verum etiam venialia peccata, quia nimirum licet secunda, et tertia infusio aquae in Baptismo non sit Baptismo essentialis, attamen gratiam sanctificantem producere, sicuti et producit dolor venialium, quamvis hic ad substantiam sacramenti minime pertineat, ita et producit sacramentalis satisfactio, ut patet etiam ex verbis illis, quae Confessarius recitat post datam absolutionem, scilicet ex his: Quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sit tibi in augmentum gratiae. Quapropter minime vera est si ipsa praefatim satisfactio non haberet causare habitum gratiae sanctificantis; et nonnisi concludendum est cum Angelico Praeceptore 3. Part. Q. 9. A. 2. ad 2dum sic respondentis =: Dicendum, quod satisfactio confert gratiam, prout est in proposito et auget eam, prout est in executione, sicut etiam Baptismus in Adultis =.

338 Respondeo concedendo assumptum, ex quo nihil recte concluditur, satisfactionem sacramentalem causare augmentum gratiae sanctificantis ex opere operato, cum recte salvari possit medicinam futurorum praeservativam, vel ex eo, quod ex opere operato produceret quasdam gratias actuales perpromovendo et incitando ad fugam peccatorum, et ad bona opera instituendo quod cum plurimis Theologis non repugno concedere.

339. Ad 2dum vero disparitas est inter utrumque et illorum casum, et primo quod Concilia, et Patres dicant, causari gratiam per ablutionem factam cum aqua naturali in Baptismo et etiam contritionem, et dolorem, quae vel sunt, vel oriuntur cum necessitate gratiam causantis; contra vero per satisfactionem, quae nec sunt partes essentiales sacramenti gratiam causantes, nonnisi tantum dicunt, causari remissionem poenae temporalis pro ea remittendis debitae et haberi medicinam futurorum praeservativam, secunda, et tertia ablutio in Baptismo, et confessio et dolor etiam venialium ita sunt partes integrantes, et perficientes sacramentum, ut tamen in eo sint etiam essentiales; secus vero est in sacramentali actuali satisfactione; et proinde inter unum et alterum casum maxima est disparitas, seu discrimen.

3?0. Ad id autem, quod ex Auctoribus praecitatis [illegible], dicendum est, sacerdotem nomine Ecclesiae [illegible] [illegible] orare, ut poenitenti elargiatur gratiam actualem faciendi opera bona, et ut ipse Deus tamen opera recipiat in satisfactione poenarum temporalium pro peccatis debitarum. Non orat autem tamen [illegible] bona opera [illegible] [illegible] vel gratiam habitualem [illegible] [illegible] [illegible] ex opere operato, cum alias hoc semper contraria [illegible] in gratia vel ex [illegible], ne illorum [illegible] impedire [illegible] non est [illegible].

3?1 [illegible] autem quod attinet ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] concordatur, dicentium et [illegible] ea, satisfactionem gratiam augere, quatenus remitti [illegible] [illegible] [illegible] oratum [illegible], perficit ipsam gratiam habitualem

et tribuendo gratias actuales praeparantes eum, ut ipsa gratia sanctificans per novum peccatum non amittatur. Et ex his, ex quibus facile patet ad secundum quaesiti nostrum, satis namque probabiliter dici posse, effectum sacramentalis satisfactionis actualis esse conferre gratias actuales, et quidem ex opere operato, finem pono praesenti materiae de Poenitentis actibus, qui sunt quasi materia Sacramenti Poenitentiae, et ad ejusdem formam pergo, interim exorando lectorem, ut apud Auctores, si ei placeat, Canones Poenitentiales legat, ut habeat unde posse cognoscere uniformitatem Poenitentiae injungendae in Poenitentiae Sacramento cum ea, quae olim injungebatur pro criminum qualitate. Sit ergo

Caput nonum

De forma Sacramenti Poenitentiae

342 Formam Sacramenti Poenitentiae necessario, seu essentialiter consistere in solis verbis viva voce a Sacerdote prolatis, adeo ut ne in casu quidem extremae necessitatis valide, et licite possit Sacerdos tentare absolvere poenitentem nutibus, scriptura, aut aliis signis, aperte colligitur tum ex Florentino in Decreto Eugenii IV de forma Poenitentiae ajente: Forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, quae Sacerdos profert, cum dicit: Ego te absolvo etc: tum ex Trid. Sess. 14. Cap. 3. ubi docemur = Docet sancta Synodus, Sacramenti Poenitentiae formam, in qua praecipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: Ego te absolvo etc. =: tum ex Rituali Romano, ubi forma absolutionis sacramentalis ponitur: tum denique ex continuata, et nunquam interrupta Ecclesiae praxi, et ex aliorum Sacramentorum paritate, cum horum omnium forma, excepto Matrimonio, in solis verbis consistit. Et propterea hic non valet opponere, quod sicut in foro civili, ita etiam ecclesiastico ferri posset sententia absolutoria a delictis, ac poenis et voce, et scripto, et aliis signis, prout judici placuerit, ut vel constat ex supra dictis a num. 244, ex quibus et habetur ad valorem Sacramenti requiri, ut ipsa vocalis forma Poenitentiae proferatur super Poenitentem praesentem ipsi Confessario. Hinc hoc in loco solum restat, ut videamus, quaenam sint ea verba, quae essentialiter ipsam formam constituunt? et quinam sit ejusdem sensus? et an sacramentalis absolutio sub conditione impertiri possit? Atque pro his scholiastes

343 Quaeres primo, quaenam sint ea verba, in quibus forma Sacramenti Poenitentiae consistit?

Respondeo, prior quamque esse ex lege, institutione, ut patet ex Rituali Romano jussu Pauli V edito de forma Absolutionis sacramentalis. Considerabiliter nonnullae preces praeponuntur, et nonnullae postponuntur verbis formae sacramentalis; praeponuntur namque illae: Misereatur tui etc. Indulgentiam, absolutionem etc. et illae: Dominus noster Jesus Christus; postponuntur vero illae: Passio Domini nostri etc. et ita quidem, ut si urgente necessitate, aut in confessionibus frequentioribus, ac in concursu plurium Poenitentium omitti possit: Misereatur tui etc., et Indulgentiam, absolutionem etc.; omitti tamen non debeat: Dominus

noster Dei; aut alia similis forma, qua absolutio à censuris excommunicationis, et interdicti, et si pœnitens est Clericus, etiam suspensionis permittatur absolutioni sacramentali, ut facilè consideranti patet ex dictis num. 262; et colligitur ex Rituali Romano loco citato denotante, quod urgente aliqua gravi necessitate in periculo mortis, sacerdos breviter dicere poterit: Ego te absolvo ab omnibus censuris, et peccatis in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen: item et in Confessionibus peccatorum gravium præsertim ubi ob occurrentes circumstantias pœnitentia debita non satis proportionata imponitur, non debeat omitti illa oratio: Passio Domini nostri Jesu; ut patebit meditanti dicta num. 29 quamvis igitur illæ preces ex Ecclesiæ institutione addantur; substantialis tamen forma sacramentalis tantùm consistit in illis verbis: Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen. ut patet ex Florentino, et Trid. num. ante relato. Quod tamen ita intelligendum est, ut quamvis à sacerdote omnia verba illa in ecclesia latina proferri debeant, dum Pœnitentem absolvit; non tamen ea omnia sint essentialia formæ, ut diximus Cap. 3. A. 3. à num. 64 De sacramentis in genere. Pro dignoscendo ergo, quænam ex illis verbis sint essentialia, et quænam tantùm accidentalia:

344 Quæres 2do. quænam ex his verbis: Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen: sint essentialia formæ sacramenti Pœnitentiæ?

Respondeo, in hoc passim convenire Doctores primò, quod pronomen Ego non sit essentiale formæ sacramenti Pœnitentiæ, sicuti in simili dicebam de Baptismo Cap. 3 num. 44: 2do neque necessaria esse illa verba: In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, et eò minus dictionem: Amen: quod maximè probatur ex eo, quod Christus Joan. 20. hoc instituens sacramentum non meminit invocationis sanctissimæ Trinitatis, sicuti expressè meminit Matth. 28; ubi ipse præcepit Apostolis, ut docerent, et baptizarent gentes; et ratio à priori non est eadem ratio pro forma Pœnitentiæ, et Baptismi, aut etiam Confirmationis, ut deducitur colligi potest ex eo, quod Baptismus specialiter est sacramentum Fidei, et Confirmatio est sacramentum ad roborandam ipsam fidem in Baptismo susceptam: 3tiò neque necessarium esse pronomen tuis: quia illud implicitè imbibitur in illis verbis te absolvo à peccatis. Unde tota præsens difficultas reducitur ad illa alia verba: Te absolvo à peccatis. In quo licet omnes fateantur, tam pronomen Te, quam verbum Absolvo, aut æquivalens esse ita necessaria formæ, ut sine illis nullum conficiatur sacramentum; dissidium tamen maximum est circa nomen: à peccatis. Verùm cum verè probabilis sit sententia affirmans necessitatem exprimendi etiam cum verbis illis: Te absolvo: etiam illud à peccatis: utpote maximè consona verbis Christi Joan. 20. ex mentionem facientis de peccatis, Confessariusque utens hac sola forma: Te absolvo: certè graviter peccaret, ut constat ex [illegible] [illegible] ab Innocentio XI damnata: imò etiam [illegible] [illegible] exponeret periculo, in quo versaretur pœnitens; et [illegible] inde valde fructus dictam difficultatem examinare, nonnisi inutilem [illegible] speculatoriam; atque ideò eam omitto, [illegible]

345 Neque his obstat, si dicas, Poenitentiae sacramentum nedum ministrari posse illi, qui vel unius tantum venialis peccati post Baptismum commissi reus est, verum etiam illi, qui iam justus est, et omnino solutus à peccatis post Baptismum commissis, tum quoad culpam, tum quoad poenam aeternam, et etiam temporalem, si nempe hi cum debitis conditionibus eligant peccata sua confiteri. His verò in casibus forma illa: *Te absolvo à peccatis tuis*: sensum verum non habebit: sicuti veritatem non diceret, qui super ligatum unica tantum catena, vel nullis vinculis obstrictum diceret: *Solvo te à catenis*: ut meditanti patet.

346 Respondeo, quod ad primum attinet, in forma absolutionis sacramentalis poni *à peccatis tuis*, quia regulariter contingit, poenitentem absolvendum pluribus obnoxium esse peccatis sed tam venialibus; ità tamen ut etiamsi unicum peccatum absolvendum esset in poenitente, adhuc verum diceretur, quia est modo loquendi plurale ponitur pro singulari, uti non verò usurpamus pronomina: *Nos, vos*: pro *ego, tu*: sicuti quotidiana docet experientia.

anni tempore habitat, vel ubi majori ex parte domicilium habens, in alio [illegible] eo, ei, monenda [illegible] talis Parochus tali tempore, quo aliquis ipsius, seu in suo territorio moratur, ejusdem confessiones excipere valeat intra Parochiam, non sit in illo tempore, et a [illegible] extra propriam Parochiam.

[illegible] obest doctrinæ hactenus expositæ, quod, ut monet Benedictus XIV. in Notificat. 33. num. 6. et sequent. Parochus habentis duo domicilia in duabus Parochiis sita, ubi in ijs habitatio, et mora est æqualis, possit quidem ejusdem matrimonio assistere si illud contrahat eo tempore, quo in sua Parochia habitat, dummodo intra ejusdem Parochiæ [illegible] celebretur non [illegible] autem vel ubi minori anni tempore in ejus Parochia commoratur, vel eo tempore, quo in alterâ habitat Parochia, vel ubi in alieno territorio matrimonium celebrari attestaretur non obest inquam, ex [illegible] nostræ doctrinæ, quia non est eadem ratio Matrimonii, et Pœnitentiæ, tum quia actus absolvendi a peccatis non est actus jurisdictionis contentiosæ, sed voluntariæ, actus autem assistendi matrimonio est actus jurisdictionis contentiosæ; tum quia Trid.^{um} pro valore Matrimonii exigit præsentiam proprii Parochi; ita ut Matrimonium celebratum coram alio, quam proprio Parocho, aut alio sacerdote de ejusdem [illegible] licentia sit nullum, et irritum; non autem ita evenit in Pœnitentia, sacramento ut ex dictis patet. Atque ex his quæ dicta sunt circa habentem jurisdictionem ordinariam audiendi confessiones, sic

Articulus secundus.

De habente jurisdictionem delegatam audiendi confessiones.

386 Jurisdictionem delegatam non habere nisi ab eo sacerdote, qui [illegible] Ordinario fuerit verè approbatus ad confessiones audiendas, constat ex Decreto Trid.^{ni} supra num. 362. relato, et hoc ita quidem, ut approbatio debeat esse facta ab Ordinario illius loci, in quo confessiones [illegible] et sit ipsa talis, constat ex plurium Summorum Pontificum constitutionibus, et præsertim ex constitutione Superna Clementis X. ubi decernitur, Religiosos ab episcopo ad confessiones [illegible] in sua diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia diœcesi eas absque episcopi diœcesani approbatione audire, [illegible] Capitaneos quibus sine ejus episcopi, â quo ipsi relegati sunt fuerant approbati. et ex constitutione Apostolica [illegible] Benedicti XIV. in renovatur Prædecessorum decreta, et statuitur, [illegible] ad audiendas confessiones illorum, qui habentes privilegium Bullæ cruciatæ eligendi confessarium, seu quemcunque Ordinariorum ad confessiones audiendas approbatorum, [illegible] et paucis in ea Bulla non exceptis [illegible], ubi [illegible] electus non esset approbatus ab Ordinario loci [illegible] confessionis, et, aliis omissis, ex propositione ordine 13. ab Alexandro VII. damnata, quam loco paulo ante citato referebam. Atque hinc hoc in loco restat ut dicamus de ijs qui sub veniunt nomine Ordinarij.

387. Circa hoc autem illud in primis tanquam [illegible] est, Parochis non competere jus approbandi [illegible] sacerdotem à loci Ordinario non approbatum, vel pro audiendis suorum Parochianorum Confessionibus, ut constat ex Trid.^{no} loco ante citato requirente episcopi, seu alterius habentis jurisdictionem [illegible] approbationem a quocumque [illegible] a Summo Pontifice. Quia Parochus non habet in suos Pa-

rochianos; verum etiam constat ex eo quod Parochus non sit se obligare in confessarium simplicem sacerdotem ab episcopo loci non approbato ad audiendas confessiones, ut patet ex hac damnata ab Alexandro VII proscripta propositione =: Qui beneficium curatum habent possunt sibi eligere in confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab Ordinario =: Secundo quamvis verum sit Summum Rmum

388 Pontificem, utpote habentem principalem jurisdictionem ordinariam in universum Orbem Catholicum, posse pro quibuscumque [illegible] ad audiendas confessiones approbare simplicem sacerdotem, qui nullo modo ab Ordinariorum approbatione dependeat, nihilominus tamen nunc temporis tanquam omnino certum tenendum est, morem Summorum Pontificum talem esse, ut nulli sacerdoti simplici, sive saeculari sive Regulari talem tribuat facultatem scilicet audiendi confessiones saecularium, etiam sacerdotum absque Ordinarii loci, ubi confessiones audiendae sunt, approbatione, ut constat tum ex Decreto Sess. 23. cap. 15. Trid. supra recitato; tum ex Pontificiis constitutionibus passim adductis, et aliis pluribus, in quibus Rmi Pontifices nedum revocarunt privilegia, facta Regularibus absolvendi a casibus reservatis episcopis, sed etiam a peccatis, et censuris Sedi reservatis, (exceptis iis, quae in Bulla coenae continentur) sed etiam declararunt, [illegible] et omnes Regulares non posse absolvere nisi de licentia episcopi, et [illegible]; tum ex propositione ab Alexandro VII damnata, quam paulo ante indicabam, ac ex hac alia ordine 13. ab eodem Pontifice proscripta, quae est hujus tenoris =: Mendicantes possunt absolvere a casibus episcopis reservatis, non obtenta ad id episcoporum facultate =: Atque hinc cum per Trid.[um] simpliciter dicatur, approbatum ab episcopis requirendum esse, restat videre primo, an ita competat episcopis, ut nullus alius praeter ipsos possit, quemquam sacerdotem simplicem ad confessiones audiendas approbare; secundo an quilibet episcopus talem possit facere approbationem =: .... Circa primum autem dicendum est, quod

389 quamvis jus approbandi simplicem sacerdotem, sive saecularem sive Regularem ad audiendas confessiones saecularium, etiam sacerdotum, vel etiam pro locis exemptis [illegible] ad solum episcopum; nihilominus tamen illud etiam competit Vicario Generali episcopi in spiritualibus, item Vicario capituli, sede vacante, Cardinalibus etsi non episcopis tum pro [illegible] commensalibus; insuper et Abbatibus Commendatariis, Prioribus, ac aliis habentibus proprium territorium, in quo [illegible] Summi Pontificis [illegible] jurisdictionem quasi episcopalem [illegible]; et ideo eorum territorium est nullius Dioecesis; et tandem etiam Generalibus, ac Provincialibus quoad suos subditos [illegible] saeculares, qui ipsis inserviunt, et sunt vere [illegible] in ipsis Monasteriis et continui commensales. Atque de Vicario Generali Episcopi in spiritualibus patet vel ex eo quod, ut supra diximus, hic vere habet jurisdictionem ordinariam, et unum tribunal cum episcopo constituit. De Vicario autem capituli, sede vacante, constat esse id, quia talis Vicarius, ut habetur in capit. cum olim, de majoritate et obedientia, mortuo episcopo, succedit in jurisdictionem.

De [illegible] autem etsi non episcopis pro ecclesia sua tituli, nec non pro se, ac familia sua inseparatim in Urbe, seu Roma degentib., patet tum ex Capit. [illegible] pro dilatione, de Pœnit. et Remissionib., ubi remittitur [illegible], et aliis superioribus nec non minoribus Prælatis [illegible], ut etiam [illegible] sui superioris licentiam providum et [illegible] sibi possint eligere confessorem; tum ex eo, quod Cardinales pro ecclesia sui tituli habent jurisdictionem quasi episcopalem, et dignitate sunt superiores episcopis, et sic etiam pro sua familia quasi Ordinariam habent jurisdictionem; tum denique ex praxi curiæ, qua fit, ut Cardinalium familiares dicta [illegible] commensalem [illegible] in [illegible] Cardinalium Oratoris.

390. Summi Abbates vero, commendatarii dummodo vere gaudeant episcopali jurisdictione, privative quoad episcopum intra cujus territorium sita est Abbatia, commendata, quæ si Abbas, commendatarius [illegible] non habeat jurisdictionem [illegible] quoad Episcopum, tunc non ad ipsum, sed ad episcopum confessariorum approbatio spectabit, ut [illegible] Gregorius XV. in Constit. [illegible], quoad dictos, inquam, Abbates, commendatarios [illegible] manifestum est ex eo, quia plena potestas jurisdictionis pro suis respectivis territoriis penes ipsos residet cum exclusione Episcopi, [illegible] et pro suis Abbatiis, et earum confessarios poterunt [illegible], ut [illegible], teste P. Lucio Ferraris Verb. Approbatio A. [illegible] num. 16. sacra congregatione concilii die 24. januarii 1595. declaravi[illegible]

391. Tandem de Generalibus, et Provincialibus loquendo, quod nempe pro audiendis confessionibus tum Religiosorum sui Ordinis, tum etiam illorum sæcularium, qui ipsis inserviunt, et sunt vere de familia in suis Monasteriis, et continui commensales, possint suos sacerdotes Religiosos approbare, patet vel ex ipso [illegible], ad cujus mentem aliæ Pontificiæ constitutiones sunt concordes, ubi in laudato decreto Sess. 23. [illegible] approbatio episcopi [illegible] quoad Regulares requiritur quantum ad confessiones sæcularium etiam [illegible], minime vero quoad confessiones Regularium [illegible] sui Ordinis. Clarius vero constat ex Constitut. Clementis X. in qua §. 4. hæc leguntur = Ceterum in Monasteriis, seu etiam Collegiis, ubi juxta Regularem institutum vivitur, possint Regulares, quorum confessarios Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire confessiones illorum sæcularium, qui [illegible] sunt vere de familia, et continui commensales; non autem illorum qui tantum [illegible] = Atque [illegible] sub die [illegible] Augusti 1568. statuerat sacra Congregatio Concilii [illegible] loco citato num. 65., et [illegible]

392. Verum hæc [illegible] sunt, [illegible] Religiosos Regulares a suis superioribus Regularibus [illegible] ad audiendas confessiones non possunt audire [illegible] illorum sæcularium, qui licet ipsis inserviant, non sunt [illegible] familia, nec continui commensales, ut constat ex [illegible] constitut. [illegible], in qua insuper statuitur, quod Regulares [illegible] approbationem [illegible] pro [illegible] Monialium [illegible] Religiosos [illegible] episcopo [illegible] sæcularium confessiones audiendas nequaquam

semel approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum; sed neque quoad hoc speciali Episcopi approbatione atq: approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterij minime posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij. Itidemque confessarios extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones, pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione ex vi approbationis hujusmodi iterum confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit[1]. Hactenus institutionis verba, quibus demum addendum est, Regulares sine Episcopi approbatione non posse audire confessiones Tertiariorum, qui extra Monasterium in proprijs domibus vivunt, etsi omnia Tertiariorum requisita haberent, ut pluribus sacrae congregationis decretis probat laudatus Ferraris loco citato num. 63., sicuti et ex alijs ejusdem sacrae congregationis declarationibus sub num. 70. ostendit, Regulares sine episcopi approbatione non posse audire confessiones Adventantium, qui in Regularium conventibus infirmantur. Atq; hec circa personas habentes jus approbandi simplices sacerdotes ad confessiones audiendas, quibus addenda est solutio alterius difficultatis de qua in utramque partem sentiunt vel scribunt [illegible] theologi et canonistae, an videlicet Nuntio Apostolico pro Provincia sibi commendata jus competat approbandi simplices sacerdotes ad audiendas confessiones[2]. Sed id hec, ut arbitror sit quaestio dependens a facultatibus, quas dicto Nuntio Summus Pontifex communicat, et hec non semper aequè communicantur, ab ejusdem examine [illegible] [illegible], et pergo ad examen alterius dubii, quod est majoris momenti, an nempe supradictae Personae quibus competit jus approbandi ad audiendas confessiones, id praestare valeant, nedum quando sunt intra proprium territorium, sed etiam quando alibi morantur[3].

393. Hoc autem in casu illud facile admittitur, nimirum habentes facultatem approbandi simplices sacerdotes ad confessiones audiendas v.g. episcopum, etiam pro tempore morae in alieno territorio posse approbare simplicem sacerdotem sive saecularem sive Regularem, ut audiat confessiones in proprio territorio, et ideo si Archiepiscopus v.g. Goritiensis in Utinensi hac Diocesi existens approbaret sacerdotem pro audiendis confessionibus Goritiae, talis approbatio esset omnino valida, et firma, sive existens talis sacerdos, approbatus sit Diocesanus Goritiensis, sive alterius Diocesis, puta Utinensis, [illegible] autem senserint nonnulli restringentes valorem talis approbationis ad casum, quo approbans esset subditus approbantis. Ratio autem est, quia actus approbandi ad audiendas confessiones non est actus jurisdictionis contentiosae, sed voluntariae, sicuti est ipse actus audiendi confessiones; qui propterea sine ulla laesione juris alterius etiam extra territorium [illegible], et ideo [illegible], ut loquens de sacerdote non subdito non valeat opponere quod episcopus extra suum territorium existens in eum nullam habeat jurisdictionem nec etiam voluntariam, quia [illegible] sit, talem dicere. Deinde incipere ad approbandum pro eo tempore, quo ex territorio approbantis absens, virtute approbationis [illegible] [illegible] reservaverat.

394. ... Hinc difficultas tantum est, an ab Ordinario extra suum territorium existente approbari possit sacerdos, ut ibidem suas et suorum subditorum audiat confessiones. Hoc vero in casu quod subditorum confessiones audiendas talem facultatem dari non posse, nisi sacerdos designatus vel sit Parochus, vel sit approbatus ab Ordinario loci ubi audiendae sunt confessiones, constat ex supra relatis Pontificiis Constitutionibus, in quibus ad confessionis valorem exigitur, quod habeatur approbatio Ordinarii loci ubi fit confessio, vel absolvens sit Parochus ipsius absolvendi. Loquendo vero de casu quo audienda esset confessio ipsius approbantis, vi Capit. Ad nostram [illegible] de Poenit. et Remiss. communiter conceditur, Ordinarium existentem extra proprium territorium, V.G. Archiepiscopum Goritiensem Utini existentem posse dare facultatem suam audiendi confessionem simplici sacerdoti suo proprio subdito; negatur tamen, ubi approbaretur sacerdos non subditus, nisi hic vel esset Parochus talis loci, vel pro eo loco approbatus a suo proprio Ordinario; et hoc non solum, quia dictus Archiepiscopus tentans approbare talem sacerdotem sibi non subditum, nullam in eum habet jurisdictionem; sed maxime propter declarationes, quas passim referunt Doctores, et inter alios D. de Ligorio hic Cap. [illegible] Lib. 3 num. 563, in quibus dicitur, Episcopum vigore Privilegii, de quo in Capit. fin. de Poenit. et Remissionis, non posse sibi eligere sacerdotem non subditum, qui a proprio suo Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus Decreti admissus, seu approbatus ad audiendas confessiones. Atque haec circa primum superius propositum dubium modo.

395. Quoad ad secundum dubium supra propositum, nimirum an quilibet Episcopus possit ad audiendas confessiones quemcumque sacerdotem approbare, quoniam ex jam dictis constat, nullum Ordinarium summo Pontifice inferiorem posse talem tenere approbationem nisi pro suo territorio, nunc restat solum videre, an pro suis [illegible] quilibet Episcopus, et in ea proportione quilibet alius [illegible] jurisdictione quasi episcopali id praestare valeat. Et de hoc merito dubitatur pro casu, quo Episcopus nondum esset consecratus, aut esset suspensus, excommunicatus, vel degradatus, aut depositus. Atque pro primo [illegible] quantum ad primum communis sententia est, Episcopum nuperrime electum nullam adhuc acquisivisse jurisdictionem in subditos Ecclesiae, ad quam electus fuit, et per consequens nullos sacerdotes ad audiendas confessiones posse approbare; posse autem, si nedum electus, verum etiam confirmatus esset, licet nondum consecratus, quia Episcopus in ipsa confirmatione ante consecrationem accepit jurisdictionem, ut habetur ex Capit. Transmissam, de electione, et ex aliis juris textibus; Etsi verum sit, quod Episcopus non consecratus licet jam et electus, et confirmatus, nondum possit ordines conferre, quia potestatem ordines conferendi in consecratione accepit Episcopus, ut pariter in ipso [illegible] notatur [illegible] in Capit. Quod sicut. [illegible] de electione.

396. Quoad secundum vero quamvis Episcopus excommunicatus, qui non sit vitandus, aut tantum sit [illegible] ab Ordine non autem a jurisdictione valide possit [illegible]

probationem simplicis sacerdotis, quia per talem excommunicationem, aut suspensionem non impeditur ab exercitio jurisdictionis; nihilominus tamen contra nonnullos existimantes, actum approbandi ad audiendas confessiones non esse actum jurisdictionis consequentis, sed notitiae testimonium probativum sufficientiae sacerdotis, tenendum est, omnino quem suspensum ab actibus jurisdictionalibus, aut depositum aut degradatum, aut excommunicatum vitandum dicendum non posse facere approbationem, quia ex una parte talis Episcopus vere est privatus potestate exercendi jurisdictionales actus: et ex alia parte actus approbandi ad confessiones ut notavimus, qui sit tanquam à judice, et per modum sententiae est verus actus jurisdictionis. Sed jam sit

Articulus Sextus

De qualitate Approbationis necessariae ad audiendas Confessiones

997. Quamvis dubium non sit, injuste agere eum Ordinarium qui simplici sacerdoti sive saeculari, sive Regulari idoneo reperto absque ulla rationabili causa renueret approbationem ad audiendas confessiones concedere: si tamen adhuc denegaret, talem sacerdotem nec valide, neque licite confessiones excipere posse, nunc certum est post damnationem propositionis 13, quae est inter proscriptas ab Alexandro VII., et à nobis supra num. 362. relata est. Hinc hoc in loco nobis dicendum est de qualitate talis Approbationis, seu quae, et qualis ea necessario esse debeat, ut sacerdos licite, et valide possit absolvere. Atque circa hoc plura dubia excitata fuerunt, et maxime sequentia: et primo an ea ab Ordinariis gratis, et in scriptis debeat concedi? 2do an debeat esse solis, et expressa; an vero sufficiat praesumpta, seu interpretativa, et sub ratihabitione futura? 3tio an sufficiat mere interna, aut tantum externa? 4to an valeat vi, metu, dolo, aut mendacio obtenta? 5to an sufficiat sine praevio examine concessa? 6to an data cum consensu Parochi exercenda saltem quoad valorem sufficiat, tali non accedente consensu vel tantum habito consensu Oeconomi, aut Cooperatoris ejus Parochi? 7mo an sive juste, sive injuste revocata ab eo, qui eam concessit, adhuc subsistat, et sufficiat? 8tavo an concessa ad audiendas confessiones vel tantum virorum, vel tantum saecularium sit aliquando sufficiens pro audiendis confessionibus foeminarum, aut Monialium? Et tandem an valeat post mortem concedentis; ita ut ejusdem morte non expiret? Et pro his singulis dicendis

998. Quaeres primo, an debeat scriptis, et gratis ab Ordinario fieri approbatio simplicis sacerdotis ad audiendas confessiones?

Respondeo, quoad primum convenientius quidem esse scriptis talem concedi approbationem, ut certius de illa constet, si opus fuerit: At ita dari necessarium non esse; et proinde vel sola voce, vel etiam nutu fieri poterit, cum Concilium Tridentinum non scriptam, sed approbationem simpliciter exigat. Major vero difficultas est circa secundum scilicet circa approbationem gratis dandam, cum id de facto exigat Concilium sess. 23 cap. 15 necessitatem approbationis praescribens. Est nihilominus dicendum

est, eam quidem illicitam non tamen irritam, et nullam reddi ob præceptum datum, cum verba Trid.ni solum contineant præceptum, et non irritationem, aut conditionem necessariam, sine qua non valeat approbatio, ut communiter tenent Doctores; et adeo hic non contingit id, quod evenit in collatione Beneficij cui annexa est obligatio [illegible] propter necessariam, cum ex ipso jure lata irritatur Simoniaca Beneficij collatio. Et ex his

99. Quæres 2do, an ad valorem absolutionis sacramentalis requiratur approbatio explicita, et formalis; an vero sufficiat rationabiliter præsumpta, seu interpretativa, aut sub ratihabitione?

Respondeo, hoc in re illud tanquam certum tenendum, scilicet non sufficere approbationem mere præsumptam, seu interpretativam, hoc est talem, quæ de facto neque petita, neque data fuit ab Ordinario, certo tamen concessa fuisset, si approbandus eam petiisset; et per consequens neque sufficere approbationem sub ratihabitione de futuro, quam nempe ratam habebit Ordinarius, ubi sciet Sacerdotem jam confessionem audivisse. Cujus ea præcipua est ratio, quia ad valorem absolutionis sacramentalis requiritur actualis jurisdictio, quæ si delegata sit, jam non habetur sine actuali consensu Ordinarij loci, ubi confessio est audienda, utpote cum talis consensus est necessarius ad ipsius delegationis substantiam. Unde hic non habet locum Regula 10 juris in 6. Ratihabitionem retrotrahi, et mandato non est dubium comparari. Sicut neque obstat, quod alia sacramenta, et præsertim Baptismus, rite ministrentur sub sola ratihabitione futuri consensus habentis jurisdictionem ordinariam. Nam quod spectat ad illam juris regulam, ea locum tantum habet in actibus, quorum valor in futurum suspendi potest, ut accidit in contractibus, et alijs causis civilibus, quibus etsi desit aliqua solemnitas, postmodum suppleri ita potest, ac si ab initio posita fuisset: locum autem non habet loquendo de ijs actibus, quorum valor in futurum nequit suspendi, cujusmodi sunt sacramenta a Xto Dno instituta. Quod vero spectat ad [illegible] [illegible], quæ instantiam [illegible] in matrimonio, cui simplex sacerdos assistere nullo modo sit sine expressa licentia Ordinarij aut Parochi ipsorum contrahentium, respondeo est, quia loquendo de alijs sacramentis, et præsertim de Baptismo, jurisdictio non est necessaria ad valorem, sed tantum ad liceitatem ipsius sacramenti; et sic si vere est, ea possunt ministrari cum præsumpta licentia Ordinarij, et Parochi, ideo est, quia talis licentia a malitia excusat; e contra vero ad hujus sacramenti valorem necessaria est vera jurisdictio, et quidem actualis quæ sine consensu actuali Ordinarij haberi non potest.

400. Hinc dubium tantum esse potest, an pro absolutionis valore sufficiat ratihabitio de præterito, aut de præsenti, quæ tamen sit aliquo signo externo manifestata ab ipso Ordinario? Hanc vero sufficere dicendum est, quia tunc licet forte non [illegible] consensus expressus, habetur tamen consensus tacitus, et quidem actualis ipsius superioris qui jam sufficit ad tribuendam jurisdictionem necessariam tum ad licitam tum ad validam administrationem sacramenti Pœnitentiæ, juxta illud [illegible], et [illegible] [illegible] jus est. Dummodo tamen ut dixi, talis tacitus consensus [illegible] [illegible] signo externo manifestatus, quia nimirum jurisdictio [illegible] concedi [illegible] [illegible] modo; quod non fit nisi per verum [illegible] [illegible] [illegible] signa, quæ diximus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

401. ... Circa hoc autem unanimiter adstruunt Doctores, attendendum esse ad circumstantias, prudentum judicium, nec non ad ipsam consuetudinem, interim adnotantes, sufficiens vero consensus signum in duobus sequentibus casibus haberi, et primo ubi superior rogatus de licentia concedenda capitis, aut oculorum nutu, aut alio signo ab eo usitato, suam mentem prodat: 2do ubi simplicem sacerdotem deputaverat, et instituerat in Vicarium Parochi, vel Oeconomum vacantis ecclesiae, aut ei tribuerat munus, cui annexum audiendarum confessionum est onus. Maximum vero dissidium est pro eo casu, quo Ordinarius videns sacerdotem non approbatum saecularium confessiones audientem tacuerit, et non prohibuerit. Plures enim contra alios tunc contendunt, tali sua taciturnitate Ordinarium sufficienter consentire juxta regulam 43 juris in 6: *Qui tacet, consentire videtur*. Ast haec sententia ita illimitate prolata certe non est admittenda, praesertim ubi aut talis superior ignoraverat defectum legitimae approbationis, aut tacet, eo quia ex contradictione gravia incommoda secutura praevidentur, aut a natura est ita comparatus, ut animi constantia sit destitutus ad se opponendum abusibus, aut similia contingunt, cum tunc, ut constat ex dictis de *Actibus Humanis* cap. 2. A. 4. § 2. a num. 54, teneat alia regula 44 juris pariter in 6: *Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur*: et propterea fatendum est tantum, taciturnitatem esse signum sufficiens approbationis in relato casu, quando simul cum ea conjungitur scientia defectus approbationis, et nulla timentur incommoda ex contradictione, et animi constantia est in superiore ad se opponendum abusibus.

402 Quaeres 3tio, an cum ex modo dictis non sufficiat approbatio Ordinarii mere interna, sufficiat saltem ea, quae mere externa est? Respondeo, plurium esse sententiam, talem non sufficere approbationem; et propterea volunt, nullam esse eam approbationem, quam Episcopus voce, aut scripto concederet ei, quem in mente indignum, et inhabilem reputat, idque praesertim ex Trid., quod sess. 23. cap. 15: ad delegandam facultatem audiendi confessiones simplici sacerdoti duo tanquam necessaria requirit, nimirum quod ab Episcopo idoneus judicetur, et ab eodem obtineat approbationem. Verum hoc commentum ab aliis quamplurimis rejicitur, qui propterea censent, validam fore approbationem sacerdotis etsi vel absolute incapacis ab Ordinario existimati et hoc, tum quia alioquin innumeris scrupulis, et periculis exposita maneret validitas sacramenti cum interdum fieri possit ut Ordinarius vel ob importunas preces, vel aliis de causis approbet aliquem sacerdotem contra propriam conscientiam, et persuasionem; tum quia actus approbandi ad confessiones audiendas est quaedam sententia, et declaratio facta pro foro externo, quae valida est, etsi judicio interno non conformetur. Unde ad Trid. dicendum est, de validitate loquendo, judicium non internum sed externum requiri, quod idem est cum actu approbationis; quamvis si sermo sit de liceitate, fatendum sit vere simul cum actu externo approbativo etiam requiri [illegible]

403. Quaeres 4to, an simplex sacerdos vi, metu, fraude, dolo, aut mendacio ad audiendas confessiones approbatus valide, et licite absolvere valeat a peccatis?

Respondeo, circa hanc difficultatem, quae tantum locum habet pro eo casu, quo superior facultatem ita datam non revocavit, et vis illata non esset simpliciter talis, non unam esse Doctorum sententiam, sicuti non una est eorum mens circa principium: An metus injuste incussus ad extorquendum consensum ipso facto habeat irritare contractus ex eo initos? ut dicebam de Actibus Hum. [illegible] 3. A. 2. §. 2. a num. 91. quamvis communissime admittatur talem [illegible], nempe gravem non irritare ubi esset juste incussus, aut si etiam injuste, incussus tamen esset ad alios fines obtinendos. Atque hinc loquendo de vi solum secundum quid tali, et de metu etiam gravi, sed juste incusso, aut etiam injuste, sed non ad extorquendam ipsam approbationem; fatendum est, sacerdotem et valide, et licite ea uti posse, quousque revocatur, cum maneat valida sic talis approbatio, et alio modo distincto a revocatione [illegible] injuria si quae facta est approbanti, est resarcienda: Dubium vero maximum est ubi metus ad extorquendam approbationem injuste incussus esset, cum, ut patebit relegenti dicta de Actib. Hum. loco citato num. 97. et 98.; et per consequens [illegible] erit talis ut approbatione, usque ad ea quae spectat ad sacramenti valorem.

404. Si vero sermo sit de approbatione per fraudem, dolum, et mendacium concessa, tunc diligenter observandum est, an causa [illegible] approbationem falso exposita sit finalis, talis nempe, ut ea deficiente, nullo modo approbatio facta fuisset? An vero talis causa falso allegata sit tantum impulsiva? Si primum, [illegible] sit primi generis, approbatio data nulla, et invalida est; valida vero si est cum causa falso asserta esset secundi generis, seu mere impulsiva, ut apud omnes est in confesso. Atque hinc quamvis approbatio valida sit, [illegible] pro ea obtinenda sacerdos, aut alius aliquidem nomine pro [illegible] petenti falso [illegible] suam paupertatem, aut Principis commendationem, et alia hujusmodi, cum haec sint motiva mere impulsiva; nulla tamen forsan, ubi cum improbus, et indoctus esset, sibi comparasset testimonium probitatis morum, et scientiae necessariae ad [illegible] probitas, et scientia sint motiva ita [illegible] superiorum, ut sine illis approbationem nullo modo concessisset. Atque ex his

405. Quaeres 5to, an approbatio sine proprio examine concessa sit valida, et sufficiens pro confessionibus audiendis?

Respondeo certum omnino esse approbationi [illegible] examen annexum non esse; et proinde Ordinarius, si [illegible] perspectam habet probitatem, et idoneitatem approbandi et valide et licite eum approbare potest, ut [illegible] patet ex his [illegible] Regularem posse confessiones saecularium, etiam sacerdotum audire, nec [illegible] ab [illegible] opus per[illegible] necessarium, aut [illegible] judicaverit [illegible] in nostris Synodalibus [illegible] Cap. 9. [illegible] habentur quamvis

quidquid aliter nonnulli sentiant Ordinarius, si velit, potest examini subjicere quoscumque simplices sacerdotes sive saeculares sive Regulares, etsi sint in Sacra Theologia, aut jure Canonico Doctores, aut Magistri, aut etiam examinatores synodales, ut apud Benedictum XIV Notif. 86. num. 8 Sacra Congregatio 1 Maij an. 1640 declaravit, et statuit S. Pius V in Constitut. Romani Pontificis an. 1571, et Innocentius XII in Constitutione Cum sicut an. 1700, in quibus mandatur, vel ipsos Regulares praefatos examini subjicere debere, si velint ad audiendas saecularium confessiones approbari. Sit itaque res haec certa etc.

406. Quaeres 6to, an sine Parochi, aut Rectoris ecclesiae, in qua confessio est audienda, consensu sacerdotes ab Episcopo approbati valide, et licite audire valeant saecularium confessiones, saltem pro casu, quo Coadjutor, aut Oeconomus ipsius Parochi consentiat?

Respondeo, totam rem hanc jure nostro [illegible] definiri in nostris Synodalibus Constitutionibus loco citato, et propterea ipsum decretum referre juvat, his terminis expressum = Coadjutores, seu cooperatores a Parochis, seu ecclesiarum Rectoribus ad audiendas in suis Parochiis, seu ecclesiis Fidelium confessiones adhibiti, et a Nobis probati, ad alias Parochias, seu ecclesias non [illegible] sine nostra licentia sub poena suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto possunt tamen in solemnitatibus, aut ob aliam justa causa [illegible], in aliis quoque Parochiis, et ecclesiis de consensu Parochorum, seu Rectorum confessiones excipere; immo si quis eorum quempiam in aliena Parochia seu ecclesia sine ipso Parochorum, seu Rectorum consensu absolverit, etiam quidem graviter peccare, et a Nobis pro sui peccati ratione puniendum, edicimus, absolutionem tamen validam esse declaramus, modo Parochus ipse consensum non praebere debebat ipsius consensus Parochi, seu Rectoris. Sacerdotibus tamen, ut possint a quocumque approbato a Nobis confessario absolvi, et ubicumque etiam sine Parochorum, seu Rectorum consensu, facultatem damus =. Hactenus Constitutio, ex qua etiam patet, non suffragari licentiam Coadjutoris seu Oeconomi Parochi, nisi hic ab ipso Parocho subdelegandi facultatem accepisset aut ab Ordinario constitutus fuisset cum pleno jure Parochiam regendi, et adeo esset delegatus ad universitatem causarum, juxta Principium, delegatus non potest subdelegare, nisi [illegible] concessio [illegible] in duobus exceptis casibus [illegible]. Ita [illegible]

407. Quaeres 7mo, an ubi approbatio vel expiravit vel a Superiore revocata fuit, sacerdos approbatus adhuc licite et valide absolvat Poenitentes [illegible]?

Respondeo, quod ad primum spectat, ubi nempe approbatio ad tempus data, v.g. ad annum, expiravit, certum omnino est, talem sacerdotem extra mortis articulum absolventem gravis culpae reum fieri, ut vel constat ex [illegible]. Unde in nostris Synodalibus Constitutionibus jure ac merito ita statuitur = Et si vero facultas audiendarum confessionum ad annum, vel [illegible] a Nobis concedi solet Confessariis, transacto illo tempore aut a confessionibus audiendis omnino abstineant, aut curent, eamdem facultatem sibi confirmari, seu prorogari intra illud tempus ad summum, quibus non sit, nec confirmata sit, aut prorogata facultas, [illegible] sub poena excommunicationis non possint, neve audeant hoc sacramentum ministrare =. Quapropter solum dubitari potest circa [illegible]

absolutionis, in quo quamvis omnes teneantur nullam esse, et invalidam fore absolutionem pro eo casu, quo tum Confessarius, tum Poenitens sciverit approbationis revocationem, defectum; nonnulli tamen conveniunt, absolutionem esse invalidam pro eo casu, quo et ab ipso Poenitente et communiter tanquam approbatus talis Sacerdos existimaretur; et eo magis, quando etiam ipse Confessarius existimaret approbationem suam non expirasse; et adeo audiendo confessiones bona fide procederet; sed plures arbitrantur, errorem communem esse in causa, ut Ecclesia tunc suppleat defectum jurisdictionis, ideoque, absolutionem datam fore validam, ut videre est in Notificat. 84. Benedicti XIV. num. 25. Idem num. 27. refert declarationem Sacrae Congregationis Concilii sub die 11. Decembris 1683., in qua decisum fuit, et illicitas, et invalidas fuisse confessiones occasione jubilei Universalis in Dioecesi Patavina exceptas a tribus Sacerdotibus Capuccinis, quorum duo non fuerant ab Episcopo Patavino approbati, alter vero fuerat quidem approbatus ad annum, sed jam annus expiraverat; et proinde hac attenta Sacrae Congregationis declaratione dicendum est nullam, et invalidam esse absolutionem impertitam a Sacerdote ad tempus approbato, ubi tale tempus elapsum est, quamvis talis Sacerdos tanquam approbatus communiter, et ab ipso Poenitente existimaretur, si praesertim accipiatur casus, quo Sacramentalis Confessio coepta fuit tempore, quo nondum expiraverit approbatio, et absolutio data est tempore, quo ipsa approbatio expiravit, ut contingere potest in generali confessione in plures dies protrahenda. Hoc enim in casu dici potest, legitimam fore absolutionem, uti de facto delegatus ad dispensandum valide dispensat etiam interveniente morte Superioris delegantis, ubi ante mortem judicium fuit etiam tantum inchoatum, ut diximus in Tract. de Legibus num. 618. Atque haec circa approbationem, quae limitata ad tempus data fuit, et tempus jam elapsum est.

408 Major vero difficultas est circa approbationem revocatam. Omnes siquidem conveniunt, quemlibet Sacerdotem, sive Saecularem, sive Regularem ad audiendas confessiones approbatum neque licite, neque valide confessiones amplius excipere posse, ubi quidem approbatio juste revocata fuit, puta ob vitam scandalosam et inhonestam, quam degit. Res non ita convenitur, ubi approbatio injuste revocaretur, hoc est sine justa, aeque gravi causa, sed praesertim de Regularibus loquendo plures contendunt talem revocationem esse nedum illicitam, sed etiam invalidam. Idque probant ex variis decretis Sacrae Congregationis, quorum plura in sua Notificat. 84. num. 9. se vidisse testatur laudatus Benedictus XIV. in quibus decernitur, Episcopos debere vel absolute negare, aut limitate concedere Regularibus facultatem audiendi confessiones, et dictam facultatem revocare non posse sine nova causa ad confessiones ipsas spectante; et praesertim ex Constitut. Superna, Clementis X., in qua §. 4. decernitur, Religiosos, qui ad audiendas confessiones idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, et indistincte absque ulla limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Dioecesi propria admittendos; quoad ceteros vero qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum remitti, ipsos cum limitata facultate pro loco, et tempore admittere [illegible] Ordinariis [illegible]. Quod et ipsa ratio confirmare [illegible] quia nemo [illegible] ex una parte cum Regulares habent a jure, et a Summo Pontifice facultatem, et jurisdictionem

ad audiendas confessiones; ita ut ex alia parte tantum indigeant Episcopi approbatione tanquam juridica declaratione suae idoneitatis, quae proinde non est mera gratia, quae revocari possit ad beneplacitum, sed est justa sententia, quae semel data transit in rem judicatam, nec amplius revocari fit, rebus in eodem statu permanentibus, et non apparente nova causa in contrarium.

409. Verum his non obstantibus, respondendum est hodiernae praxi attendenda jure ac merito ab Episcopis non concedi etiam ipsis Regularibus approbationem illimitatam, sed limitatam v.g. ad annum, vel etiam brevius tempus, prout ipsis expedire videtur. Quae praxis, teste profundato Benedicto XIV loco citato, ex ipsa Clementis X. Constitutione emanata, ex eo sensu quod ex una parte ex ipsius Constitutionis tenore habetur Ordinariorum arbitrio relinqui dare Regularibus facultatem limitatam, ubi Regulares approbandi generaliter idonei non inveniuntur; et ex alia parte ad cognoscendam generalem idoneitatem opus est examine omnium, et singularum materiarum Moralis Theologiae: quod facile praestari non it. Alia vero, praeter ex ipsa Clementina Constitutione amanata, firmatur ex litteris in forma Brevis ab Urbano VIII. an. 1639 datis in quibus, ut refert idem Benedictus XIV loco citato, approbatur methodus Cardinalis Sandoval Episcopi limitatam facultatem audiendi confessiones Regularibus concedentis; et ex Decreto Alexandri VII. die 30. januarij an. 1659. tanquam falsam, temerariam, et scandalosam damnantis hanc propositionem =: Non possunt Episcopi limitare seu restringere approbationes, quas Regularibus concedunt ad confessiones audiendas neque ulla ex parte revocare =: Et hinc jure in nostris Synodalibus Constitutionibus de Poenitentiae Sacramento cap. 9. de statutum est = quod ad examen pertinet, declaramus, a Nobis universos, et singulos Confessarios, etiam Regulares, quotiescumque, et quandocumque Nobis videbitur ad illud revocatum iri =: Ex quo jam sequitur, Regulares ad tempus tantum approbatos eo elapso non posse amplius confessiones excipere, nisi facultas prorogetur, seu continuetur, ut ex paulo ante dictis constat, et declaravit Innocentius XIII. in Bulla directiva disciplinae ecclesiasticae Regnorum Hispaniae, et inde confirmata a Benedicto XIII. et ab eodem suo Concilio Romano edita pro Regula Episcoporum: imo dicendum est, vel sine causa saltem valide revocari posse facultatem limitate concessam etiam Regularibus, antequam tempus approbationis finiatur, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii in una Caesaraugustana 8. Novembris 1596, ut refertur in Antoniano, et supplementum P. Lucii Ferraris verbo Approbatio num. 10: et patet etiam a pari; nempe sicuti Episcopus etiam nulla causa interveniente si vellet negare approbationem suam Regularibus, sive saecularibus concedendam, ita et jam concessam poterit revocare. Sed jam

410. Quaeres 8tavo. an simplex sacerdos, vel etiam Regularis approbatus vel ad audiendas confessiones uxoratorum tantum v.g. virorum, aliquo saltem valeat audire mulierum confessiones?

Respondeo loquendo etiam extra mortis articulum nonnullos in ea parte sentire, ut simplex sacerdos limitate approbatus v.g. ad audiendas confessiones virorum possit quoque etiam vel absque omnino tempore jubilaei, ut in Bulla, aut infra tempus quo ipsis mulieribus patet facultas, eligendi in propria

num quemcumque sacerdotem ex approbatis ab Ordinario, et hoc, tum quia eiusmodi favor sibi scilicet eligendi quemlibet confessarium ex approbatis ab episcopo nullus est, ubi etiam non extenderetur ad sacerdotes limitate approbatos, utpote cum etiam extra casum Bullae et privilegii quaevis persona eligere possit sibi in confessarium sacerdotem approbatum ad [illegible] confessiones [illegible]; tum quia favores sunt amplie interpretandi. Verum oppositum absolute tenendum est, et hoc patet vel ex eo, quod vi Bullae, jubilaei, aut Privilegii nequit eligi sacerdos non approbatus ab Ordinario loci, in quo confessio facienda est, ut supra num. 380. ostensum est, imo neque eligi potest sacerdos pro tali loco approbatus, cuius approbationis tempus expiravit: hocque certe non alia ratione, quam quia pro tali loco, et tempore ab Episcopo loci non fuit approbatus; si ergo cum ab eo pro casu praesenti non habeatur approbatio Ordinarii quoad mulieres, a mulieribus eligi non poterit. Neque hinc sequitur, nullum esse favorem a Pontifice tributum vi talis Bullae, et Privilegii, cum adhuc verum sit, sacerdotem illimitate approbatum tum ad audiendas confessiones virorum, tum mulierum posse absolvere a peccatis, et censuris Papae reservatis, pro quo datur Bulla et Privilegium. Atque ex hoc etiam patet, neque Moniales vi jubilaei, aut privilegii, quo ipsis [illegible] facultas fuit eligendi quemcumque ex confessariis ab Ordinario loci approbatis, eligere posse confessarium, qui non fuerit approbatus pro Monialium confessionibus audiendis, cum confessarius pro confessionibus Monialium audiendis generali [illegible] approbatione, ut supra dictum est. [illegible] [illegible] [illegible] definitione.

411 Quaeres ultimo, an approbatio ad audiendas confessiones facta simplici sacerdoti, sive saeculari, sive Regulari etiam post mortem approbantis perseveret; et data ejusdem morte non expiret?

Respondeo, hoc in re distinguendum esse inter approbationem universim, et in generali ab Ordinario factam, et inter approbationem ad beneplacitum datam. Si enim approbatio primo modo concessa fuit, tunc dicendum est, eam non expirare sola morte concedentis sive ea facta fuerit a Summo Pontifice, ut omnes conveniunt, et expresse habetur in capit. Si super gratia, de officio Delegati in 6., et in capit. Si cui nulla, de Praebendis pariter in 6.; sive ea facta fuerit ab Ordinario ipso Summo Pontifice inferiore, ut vel ipsa praxi compertum est, quia fit, ut mortuo Episcopo Confessarii ita approbati pergant audire Confessiones, quousque vel [illegible] [illegible] approbationis, vel a Successore facultas concessa revocetur. Et ratio est, quia approbatio in generali facta simplici sacerdoti ad confessiones audiendas jure vocatur, et est gratia ipsi facta, cum non concedatur respectu particularis poenitentis, aut in gratiam eorum uno nempe tantum in favorem communitatis poenitentium, sed concedatur maxime in favorem ipsius Confessarii. Atqui gratia jam facta non expirat morte concedentis ut dictum est, et ex dictis [illegible] manifeste colligitur. Et neque hic non obstat, quod nonnulli opponunt forsan, aut quod potestas Vicarii Generalis in [illegible] cum Episcopi morte expirat, quia Vicarius Generalis [illegible] [illegible] unum Tribunal cum ipso [illegible] [illegible] cum eo persona censetur, contra vero generaliter delegatus ad audiendas confessiones non facit unum tribunal cum Ordinario approbante quoad [illegible] [illegible] [illegible], nec in tali munere, una cum Ordinario personam [illegible] [illegible]

412 Hinc dubium fieri solet, ubi facultas ad Beneplacitum durature concessa fuisset; aut etiam solum data fuisset ad audiendum confessionem alicujus Poenitentis in ejusdem tantum Poenitentis favorem. Quo in primo casu quamvis communiter concedatur, dictam facultatem morte concedentis non expirare ubi talis facultas data fuit duratura ad Beneplacitum Sedis vel alio aequivalenti modo, quia Sedes ipsa non moritur vel ubi data fuit sub illis clausulis: donec revocavero: donec aliter disposuero aut similibus, quia per mortem adveniente, nequit non advenire actus contrarius revocationis, aut novae dispositionis, nihilominus maximum dissidium est pro eo casu, quo dictum esset ad Beneplacitum nostrum: vel donec voluero vel usque dum durat nostra voluntas: vel ad arbitrium nostrum: vel donec nobis placuerit &c. Cum plures sint qui velint, tales clausulas idem importare, ac si diceretur ad Beneplacitum Sedis, tum quia Episcopus non alia ratione sit concessurus facultatem audiendi confessiones, nisi quatenus est Episcopus in tali Sede constitutus; et propterea sicuti approbatio ad Beneplacitum Sedis data non expirat morte concedentis, ita nec simpliciter ad Beneplacitum concessa, ut etiam confirmari sit ex eo, quod in favorabilibus ea, quae certum finem non habent, perpetua esse creduntur; atque non constat, facultatem ad Beneplacitum concessam certum terminum, et finem habere. Ast oppositum pure tenendum videtur, quia in rigore Beneplacitum, et voluntas personae cum ipsa persona vere moritur, et expirat.

413 Quantum vero ad secundum casum quamvis admittendum sit, talem facultatem non expirare, ubi judicium sacramentale jam inceptum esset ut in simili supra num. 407 dictum. Si tamen judicium sacramentale nondum coeptum est, saltem tanquam probabilior tenenda est sententia docens, eiusdem facultatem morte concedentis expirare, quia nempe talis gratia non est gratia facta, sed facienda, quae re adhuc integra morte concedentis expirat, ut dictum de Legibus num. 618, et ostendi sit exemplo delegati ad dispensandum in lege cum aliqua particulari persona in ipsius favorem. Et proinde hic non prodest alterum exemplum, quo alicui poenitenti data fuisset facultas sibi eligendi confessarium, quia nempe facultas eo tunc concessa est gratia facta. Atque haec circa qualitatem Approbationis necessariae, ad audiendas sacramentales confessiones, quibus pro complemento praesentis materiae superest addere distributionem de errore communi, et de jurisdictione probabili in [illegible] quibus [illegible] sit

Articulus Quintus.

De errore jurisdictionem tribuente.

414 Error circa defectum jurisdictionis illius, qui Poenitentium audit confessiones, non uno modo contingere potest. Aliquando enim contingere fit, ut iste error sit tantum particularis ut nempe una vel altera, aut tantum paucae personae alicujus communitatis credant et existiment, Sacerdotem confessiones excipientem esse Parochum, aut ab Ordinario approbatum, dum reipsa talis non est, exceptis, aut saltem pluribus ex illa communitate dissentientibus. Aliquando vero evenire fit, ut communiter, idem ab omnibus, aut quasi omnibus in aliqua communitate [illegible]

validam, et sacrilegam simul, docet, per eam nullo modo tolli reserva- 470
tionem, sive ea fiat apud Ordinarium, sive apud Confessarium
delegatum tantum potestate absolvendi a reservatis habentem. Et sua-
detur ex eo, quod ex Ordinario loquendo ille non solet reservationem
tollere nisi vel sacramentaliter absolvendo, vel remittendo ad sacer-
dotem inferiorem, cui jurisdictionem delegat; loquendo vero de sacer-
dote inferiore non extra sacramentum, et adeo solum sacramenta-
liter absolvendo reservationem tollere potest. In casu vero nostro
Confessarius sacramentaliter non absolvit, cum [illegible] validum det
sacramentum; et proinde non tollitur reservatio, sicuti dato
eo tempore jubilaei invalide absolutus non fit immunis a re-
servatione, sive ea fiat in sacramento Poenitentiae, sive [illegible] fu-
erit simpliciter invalidum, sive ejusdem [illegible] fuerit etiam
sacrilega, prout recentiores nunc communiter docent ex Consti-
tutione: Inter praeteritos Benedicti XIV, in qua dicitur, facul-
tas occasione jubilaei concessas impertiri tamquam praeparationem
directam ad ipsum jubilaeum lucrandum; et per consequens, cum qui in-
valide confitetur, et suscipit Poenitentiae sacramentum, jubilaeum
non lucratur, cum ad illud lucrandum requiratur, ut sit vere poe-
nitens, neque absolutus a reservatione censeri potest, et debet.
Altera vero sententia e diametro opposita
408 utraque in casu, nempe tum confessionis simpliciter invalidae, tum
confessionis nullae et sacrilegae simul contendit, reservationem
auferri, dummodo non habuerit animum non vitandi impositam
reservationem, aut peccata reservata. Hujusque sententiae illud praecipuum
est fundamentum, nimirum quod reservatio principaliter ordi-
natur ad hoc, ut ipse peccator deferat peccata sua ad superio-
rem, vel ad alium ab eo delegatum, ut sic ab iis determinatis, et Su-
perior super ea ferat judicium monita salutaria praeferendo, et
salutarem poenitentiam imponendo; et proinde cum hic finis
[illegible] obtineatur, licet confessio etiam quomodocumque fuerit invali-
da, jam omnino cessat reservatio, utpote cessante fine legis
[illegible] cessat obligatio.
Tertia tandem sententia inter praedictas media
41[illegible] tenens, primae sententiae concedit pro casu, quo confessio facta fuerit
nulla, et simul sacrilega; adhaeret autem secundae pro casu quo
sine ulla poenitentis culpa confessio fuerit invalida. Atque prima 471
ejusdem pars vel ex eo probatur, quod nullo modo verisimile
est, Superiorem velle, quod talis fictus poenitens ex sua iniquita-
te commodum reportet, sicuti tunc contingeret, atque cum
[illegible] non habet intentionem ut reservatio tollatur, ea minus
[illegible] auferatur, ut per se notum est. Altera vero pars praeter rati-
ones secundae sententiae adductam patet ex eo, quod ex una parte poe-
nitens in casu fuit, quantum moraliter fieri potuit, pro obtinen-
da absolutione a reservatione; et ex altera parte de benignitate
superioris reservantis recte praesumitur, voluisse cessare reserva-
tionem [illegible] non tantum per sacramentalem absolutionem,
sed etiam alio modo Superiorem reservantem tollere [illegible]
[illegible] et per hoc patet ad argumenta primae sententiae,
quae ex [illegible] jubilaei non firmatur [illegible] plurie [illegible]
[illegible] confessione simpliciter invalida occasione [illegible]
[illegible] autem reservationem [illegible] atque verum esset, [illegible]
[illegible] non exigat, sive talis causa est [illegible]

470 Quaeres 5to, an aliquando cesset reservatio per absolutionem indirectam à reservatis?

Respondeo, hac in re duo certum esse, primum: reservationem non tolli, ubi confessio facta fuerit apud [illegible] non habentem potestatem in reservata, etiamsi [illegible], vel eo quod poenitens inculpabiliter omisit confiteri peccatum reservatum, vel eo quia, etsi poenitens tale peccatum manifestaverit, confessarius ad reservationem non advertent, vel si advertit, absolvit poenitentem constitutum in necessitate, v.g. Parochum necessitate compulsum celebrare die festo, et non habentem copiam confessarii habentis jurisdictionem in reservata, [illegible] praxim sanctè asserentem tanquam licitum usum absolutionis indirectae in casu necessitatis juxta superius indicata num. 456, et nihilominus poenitens ita absolutus à reservatis, tenetur confiteri habenti facultatem in talia reservata, ut per se patet [illegible] reservatio tolli nequeat à carente potestate eam auferendi. Atque hinc totum versatur dubium an fit, ubi quis indirectè tantum absolutus fuit à reservatis per ipsum superiorem reservantem vel per confessarium habentem potestatem delegatam in reservata. Hoc autem in casu communissimè conveniunt Doctores, reservationem peccati indirectè absoluti, v.g. inculpabiliter obliti in confessione valide instituta auferri in sequentibus casibus, et primo ubi superior reservans, vel ab eo delegatus aliquo positivo signo ostendit animum suum, et voluntatem tollendi reservationem vel [illegible] poenitens ab ipso confessario petiit, ut absolveretur tam à peccatis confessis, quam etiam ab oblitis, si quae forte commisit, etiamsi essent reservata, et confessarius absolvendo annuit. 2do ubi privilegium fuerit concessum in favorem poenitentis, prout est privilegium jubilaei, et Bullae Cruciatae, tunc enim si poenitens [illegible] confitendo ad lucrandum jubilaeum inculpabiliter oblitus fuerit alicujus peccati reservati [illegible] dummodo impleverit opera ad lucrandum jubilaeum à Summo Pontifice praescripta, ut communissimè advertunt Doctores. Quod hic diligenter notandum est, quia si confessus animo lucrandi jubilaeum, [illegible] mutata voluntate, recusat implere opera pro eo lucrando praescripta, tunc non convenit inter Doctores, an ablata fuerit reservatio [illegible] in confessione jam peracta, ut ex [illegible]

471 Extra hos autem casus, teste P. Lacroix hic lib. 6 p. 2 n. 8 num. 15, Doctores communiter sustinent tolli reservationem peccati inculpabiliter obliti in confessione valide instituta apud confessarium habentem facultatem in talia reservata. Atque [illegible] ex eo, quod ex una parte talis [illegible] de facto [illegible] reservationem, et ex [illegible] talem confessarium [illegible] poenitentem [illegible] in quantum [illegible] quibus confessarius absolvens utitur. Et quamvis haec non immerito [illegible] sententiam [illegible] ut [illegible] ad sacramenti [illegible] spectantes, et res [illegible] gravis pro [illegible] militat, ut [illegible] reservationem [illegible] requiritur [illegible] peccatum [illegible]

[illegible] sint: ut nempe poenitentes a peccato absterreantur, sed etiam ut convenientem medicinam, atque poenitentiam congruam recipiant, quod non fit circa peccatum invincibiliter oblitum. Atque haec circa potestatem absolvendi a casibus episcopo reservatis, pro quorum complemento.

472 Quaeres 8.o an confessarius, qui a superiore petiit facultatem absolvendi a reservatis, ubi denegata fuit, adhuc possit poenitentem sibi subditum confessum absolvere?

Respondeo, hic difficultatem tantum esse posse pro eo casu, quo injuste denegata fuit, ut per se patet; non autem pro eo casu, quo licite, et juste, fuit denegata, utpote quia superior eam denegavit, vel eo quia prudenter timebat animarum damnum ex facultate petita [illegible] in spe similis facultatis obtinendae, vel aliud [illegible] aliorum [illegible] in simili peccato, vel non recto usu a petente praevidit, et hujusmodi. Ceterum pro praxi expediat superiorem habere prae oculis doctrinam, quam tradit Angelicus Praeceptor in [illegible] q. 3. a. 8. quaestiunc. 2 ad 6um inquiens: In hoc, quod oportet proprio sacerdoti confiteri, non arctatur via salutis, sed sufficiens via salutis statuitur. Peccaret autem sacerdos, si non esset facilis ad praebendam licentiam confitendi alteri, quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiterentur: Unde illi, qui sunt nimis solliciti, ut conscientias subditorum per confessionem sciant, multis laqueum damnationis injiciunt, et per consequens sibi ipsis. Haec S. Doctor: at praesentanea remanet quaestio pro eo casu, quo superior injuste denegat confessario [illegible] licentiam, an nempe adhuc poenitentes suum licite, et valide possit absolvere?

473. Hac autem in difficultate plures censuerunt, superiorem sacerdotem certo cognoscentem injustam denegationem facultatis adhuc et licite, et valide absolvere posse poenitentes suum rite dispositos, quia communi jure existimant, habentem potestatem super superiorem facultatem illam denegantem, scilicet Romanum Pontificem [illegible] facultatem absolvendi. Quod videtur [illegible] quadam declaratione Clementis VIII. pro Regularibus factam, in qua declaravit, ut si confessariis Ordinariis Regularium casuum aliquorum reservatorum facultatem petentibus superior dare noluerit, possint nihilominus confessarii illa vice absolvere poenitentes Regulares, ab iis non obtenta a superiore facultate. Sed hoc non obstante opposita sententia omnino tenenda est, et non obscure colligitur ex duabus propositionibus damnatis ab Alexandro VII [illegible] [illegible] et [illegible] possunt [illegible] a casibus Episcopo reservatis [illegible] facultatem [illegible] [illegible] confessionis [illegible] [illegible] ad injuste [illegible] [illegible] injusta [illegible] adhuc valida est [illegible] injuste denegatur [illegible] quamvis illicita, et injusta, adhuc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia illam superior [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Clementis VIII. Regularibus [illegible]

tum quia privilegia exempta à jure com[muni] exorbitantia, ac in prejudicium tertii cedentia, sicuti contingit in casu, non sunt extendenda de casu ad casum, tum quia eæ rationes, quæ militant pro attribuenda facultate Confessario ordinario Regularium, non militant pro Confessario deputatitio, ut per se manifestum est. Atque hinc

474 Quæres ultimò, an habens facultatem absolvendi à reservatis ab his sibi in sacramentali confessione patefactis possit absolvere, remittendo pœnitentem ad alium Confessarium talem facultatem non habentem pro absolutione à non reservatis?

Respondeo, hoc in dubio distinguendum esse inter habentem potestatem ordinariam absolvendi à peccatis reservatis, et inter habentem potestatem delegatam et de hoc loquendo iterum distinguendum est inter eum, qui facultatem, quam habet, sit alteri subdelegare, et inter eum, qui illam subdelegare non sit. Si enim loquamur de habente potestatem ordinariam, aut etiam delegatam absolvendi à reservatis, quam tamen alteri poterit subdelegare, dicendum est, non posse [illegible] suam dimidiatam absolvere à reservatis, illum ad inferiorem remittendo pro absolutione à non reservatis. Nam certum est, jure divino [illegible] esse confessionem [illegible] integram quoad omnia peccata mortalia, à qua non excusat nisi vel ignorantia invincibilis, vel impotentia physica, aut moralis, quæ in casu non intervenit, cum superior sine legitima causa detrectatur, quominus [illegible] possit audire confessiones, remittere possit ad inferiorem ipsi impertiendo facultatem absolvendi à reservatis; [illegible] ita ut si hæc reservata sint ob censuram, ab hac ipse [illegible] absolvere inde remittendo pœnitentem ad Confessarium inferiorem. Atque hinc dubium est sit tantum pro casu, quo habens facultatem delegatam, eam subdelegare non potest, et per consequens reservationem tollere non potest nisi sacramentaliter absolvendo. Tunc autem habita necessitate [illegible] confessionis, et extante impotentia aut physica, aut morali sive ex parte Confessarii, sive ex parte pœnitentis fieri posse dimidiatam confessionem reservatorum, et non reservatorum, quæ commodè possunt patefieri, constat ex superius dictis de causis excusantibus ab integritate confessionis num. 201 et pluribus sequentibus.

475 Neque obest, si dicas, pro casu, quo Ordinarius dimidiatam absolverat à reservatis, [illegible] reservationem [illegible] validam, [illegible] absolutione [illegible] per consequens [illegible]. Nam [illegible] verum sit reservationem [illegible] pro casu, quo [illegible] fiat apud Ordinarium, item et absolutionem fore validam [illegible], [illegible] pœnitens [illegible] dispositus erat, et [illegible] confiteretur aut [illegible] confiteri non posset. [illegible] et materiæ, et formæ sacramenti, et [illegible] integritatis, [illegible] alius Confessarius licitè non absolvit [illegible] ratione, et [illegible] motivo sit in causa [illegible], et propterea ex quo talis absolutio sit [illegible] licitam, cum plures sint quæ [illegible] hanc [illegible] vel in [illegible] casu, quo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et tamen [illegible] jam sit

§. 3. De intelligentia facultatis delegatae pro absolutione a reservatis.

470. Ut hoc ut simplex confessarius absolvere possit a casibus suo superiori reservatis, non sufficere facultatem generalem ad audiendas confessiones, vel ad sibi eligendum confessarium, sed requiri licentiam specialem, et expressam ad ipsa reservata, declaratum est in Capite Si Episcopus, de Poenit., et Remissionibus in 6. et propterea quamvis ubi superior dicat confessario, se ei concedere omnem, et totam suam auctoritatem, et potestatem, dici possit, tunc etiam concedere facultatem absolvendi a casibus sibi reservatis, quia saltem verum non esset, dari totam auctoritatem, et potestatem; nihilominus asseri non [illegible], a superiore concedi etiam facultatem pro reservatis, ubi simpliciter dicat confessario, se ei concedere suam auctoritatem, et potestatem. [illegible] hoc verificatur, etsi ex tunc non fiat ad reservata, sed solum fiat ad non reservata. Atque hinc difficultas solum est pro eo casu, quo superior reservans exprimit, se dare facultatem tum ad non reservata, tum ad sibi reservata, an talis facultas se extendat tum ad reservata sine censura, quam ad reservata cum censura, quae absolutionem a peccatis per se impediat?

477. Circa hoc autem loquendo de casibus summo Romano Pontifici reservatis, jam supra dictum est, facultatem ab eo concessam absolvendi ab omnibus casibus sibi reservatis non extendi ad haeresim, (atque ad casus Bullae Coenae) nisi in ipsa facultate expressa mentio fiat de ipsa haeresi, et dictis casibus, sicuti neque facultatem absolvendi a casibus Bullae Coenae, extendi ad ipsam haeresim, nisi de hoc in concessione particularis fiat mentio. Quapropter hic superest examinare, an ubi episcopus alicui tribuat facultatem absolvendi a casibus sibi reservatis, censeatur etiam concedere facultatem absolvendi ab iis, qui annexam habent censuram, v. g. excommunicationem? Pro [illegible] stant pro facultatis extensione, quia sub ipso nomine casuum reservatorum generatim sumpto satis comprehendi possunt, et solent etiam ipsae censurae episcopales: [illegible] plures [illegible], quia in censuris aliqua particularis difficultas invenitur, quae non est in casibus simpliciter reservatis: et propterea [illegible] ex toto [illegible] specialis licentia petenda erit. Et haec circa casuum reservationem, [illegible] sit.

Caput Duodecimum.

De Officio, et Obligationibus Confessarii.

[illegible] in [illegible] generatim ministri [illegible] judicis, medici, et doctoris [illegible] Trid. Sess. 14. Cap. 5. et [illegible] in Tract. De Sacramentis in genere toto Cap. 5 a num. 37 usque ad num. 227 [illegible] de requisitis in ministro sacramentorum, hinc ibidem dicta relegas, dum interim hoc in loco [illegible] obligationibus Confessarii, prout est judex, medicus, et doctor [illegible] officia circa [illegible] confessarius [illegible] sacramentum pertinent, et sine summa [illegible]

et instructione tum in examinando, tum in monendo poenitentem [illegible], quibus insistere tenetur, hinc hoc in loco dicemus primo de scientia in confessario requisita: 2do de obligatione, et modo quo poenitentem debet examinare 3tio de monitionibus erga poenitentem [illegible] declarando casus, in quibus absolutio vel negari, vel differri debet, et [illegible] in confessione commissi sunt supplendi. Atque pro hanc solutione sit. 6

Articulus primus.

De scientia in Confessario requisita.

428 Quamvis, ut supra num. 254 probatum est, valida foret confessio apud indoctum, et ignorantem confessarium bona fide instituta a poenitente, dummodo ipse Confessarius habeat necessariam jurisdictionem et debitam absolvendi intentionem, ac sub generali [illegible] logica malitia apprehenderit peccata sibi [illegible] poenitente per ordinem ad absolutionem [illegible], et rectam proferat absolutionis formam; certum tamen est, graviter peccaturum sacerdotem sine requisita scientia audientem excipere sacramentales confessiones, nisi ex necessitate excusaretur, ut si deberet audire confessionem morientis in defectu alterius idonei sacerdotis. Confessarius enim in Poenitentiae Tribunali sedens est judex, qui de gravissimo [illegible] causa judicare debet, est doctor, qui in rebus maximi momenti instruere debet poenitentem, et est Medicus qui opportuna remedia ad spirituales morbos tollendos necessarios et salubres [illegible] tenetur. Quae certe sine sufficienti [illegible] [illegible] earum, quae sunt necessaria ad recte judicandum, ad bene instruendum, et ad salubriter medendum praestari minime possunt. Unde in capit. Qui vult, de Poenit. Dist. 6. dicitur: [illegible] spiritualis judex, ut sicut non committit crimen nequitiae, ita non careat munere scientiae. Oportet, ut sciat cognoscere, quidquid debet judicare: judiciaria enim potestas hoc [illegible] ut quod debet judicare, [illegible] ad [illegible] ad rem facit, quod Pius II. [illegible] hic [illegible] num. 6; [illegible] debet, nempe quod [illegible] medici corporis [illegible], [illegible] animae interfectores sunt. et S. Pius V. [illegible] Confessori [illegible], et animarum [illegible], et [illegible] fidelium plena reformatio. Quapropter hic superest, ut qualitatem [illegible] [illegible] explicamus.

429 [illegible] autem hic scientia moralis genus distinguere oportet, quorum unum est scientia perfecta, et eminentes; alterum vero scientia ordinaria, seu mediocris. Scientia perfecta, et eminens ea est, qua pollet is, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnes, aut [illegible] omnes casus morales [illegible], et [illegible] sine [illegible] [illegible] rationem sciat, et fundatam reddere rationem. Hanc vero [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] necessariam, patet vel ex eo, quod vel a maxima [illegible] comparari non sit, et [illegible] [illegible], atque [illegible] non satis consuluntur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

480 Scientia verò Ordinaria, seu mediocris rerum moralium est, qua quis ita callet principia moralia ut licèt non valeat resolvere casus extraordinarios, et abstrusos, atque implexos, sciat tamen solvere casus communiter contingentes ita ut discernat, et sciat praesertim [illegible], et in omnibus ea quae pertinent ad valorem substantialem, [illegible] et effectus Sacramenti Poenitentiae, ejusque licitam administrationem [illegible]: item praecepta Dei, et Ecclesiae, quae cum obligent sub gravi, sive levi obligatione, et causas ab eorum observantia excusantes. Item obligationes proprias, et generales cujusque status, et conditionis personarum. Item quaenam sint peccata ex genere suo gravia, aut venialia, quamvis opus non sit, ut de singulis à poenitente auditis determinatè judicetur esse mortale, aut veniale, cum hoc valdè doctissimi, et peritissimi saepè ignorent: item principia, unde dignoscitur specifica, et numerica peccatorum distinctio, et circumstantiae notabiliter mutantes speciem peccati, tum notabiliter eandem augentes, aut minuentes malitiam peccati intra eamdem speciem: item quousque sua extendatur jurisdictio, deinde quinam sint casus, et censurae reservatae, item impedimenta matrimonii, conditiones contractuum, causas, et rationes restitutionis, et peccatorum occasiones, ac remedia peccatis idonea et vitiis emendandis apta, et satisfactiones salutares, ac convenientes, et alia hujusmodi. Haeque est moralis scientia, qua pollere debet Confessarius, ut licitè ministerium suum exerceat; itaut ut circa eam plura veniant notanda.

481 Notandum itaque est primò cum communi sententia, non semper oportere, ut confessarius ita calleat dicta moralitatis principia, ut vel casus omnes communiter contingentes [illegible] non valeat promptè resolvere; sed satis esse, ut intelligat ea, quae frequentius accidunt, et de aliis dubitare sciat, quia hoc satis est, ut justè, et dignè suo munere fungatur, ac cum tunc tota negotii [illegible]. Dum enim dubitat, supersedere potest à judicio, interim vel legendo, vel alios doctos consulendo, ut de rei veritate certior fiat, ut fiat quod oportuerit. Et sanè major obligatio imponi non potest [illegible] qui confessiones licitè possent excipere.

482 Notandum est 2do, non aequalem scientiam in omnibus requiri Confessariis, sed majorem, aut minorem pro diversitate locorum, et circumstantiarum. Experientia enim constat, non ubique locorum, et respectu omnium personarum easdem contingere difficultates, et casus. Atque sic ut communiter advertunt Doctores, major scientia requiritur in confessario exposito ad audiendas confessiones quorumcumque, ac in confessario deputato ad audiendas confessiones quorundam personarum; sicuti et major cognitio necessaria est in confessariis urbanis, ad quos accedere solent Curiales, Senatores, Milites, et aliae personae, quae casus difficiles afferre solent in tribunal, quam in confessariis existentibus in pagis, et villis, aut [illegible], ad quos nonnisi simplices rustici, aut mulieres, aut rudes homines accedere solent.

483 Notandum est 3tio, tum confessarium [illegible] non [illegible], deputantur sacerdotes parum docti, ac modica scientia ornati ad audiendas confessiones [illegible], ubi alios [illegible] confessionem [illegible], quod haud [illegible] majorem [illegible], quam quod [illegible] remedio destituantur. Quamvis [illegible]

non ostendant imò omnibus Confessariis ante oculis sui oculis ponen- dum est monitum, quod [illegible] sponte hic Can. 2 Lib. 5. num 628 propo- nit his verbis = Plerumque qui ad hoc munus suscipiendi Confessiones vehuntur, non facile sibi suadeant, quod satis idoneos se tanto muneri reddere possint sine diuturno studio scientiæ moralis; pro qua certè non sufficit aliquod percurrere Summulam earum, quæ circum- feruntur, nec satis est, generalia principia hujus facultatis scire, ut quo- dam, qui [illegible] [illegible] literatorum arrogant sibi nomen audiunt. Moralis enim scientia non solùm valdè necessaria est etiam Reipublicæ cum ex ea dependeat bonum regimen Animarum, sed etiam est summopere difficilis, tum quia ipsa generalem notitiam requirit omnium aliarum scientiarum, Officiorum, et Artium; tum quia tot di- versas complectitur materias inter se [illegible]; tum quia in magna parte constat tot legibus positivis quæ nonnisi apud [illegible] allata, in- veniuntur, et maximè omnes Rationes, cum hujusmodi leges in re [illegible] moveant. Tandem difficilior evadit propter innumeros casuum circum- stantias, ex quibus [illegible] [illegible] variatio. Nam ex circumstan- tiarum diversitate diversa applicanda sunt principia: et in hoc difficultas consistit, cum nequeat id fieri sine magna discussione, vel plurium accurata lectione librorum, qui res examinant, et dilu- cidant =. Hactenus prælaudatus Auctor, quibus et adversa perat, si quan- vis Confessarius timens, et dubitans, an sufficientem scientiam habe- at, dubium suum deponere possit, ubi deputatus fuit a suo Superio- re, qui eum probè novit, et aptum judicavit, ac ideò talem eum esse in- venit; atque sic tuta conscientia Confessiones audire possit; id tamen licitè præstare non fit, ubi se positivè ineptum cognoscit, quemadmodum modo à superioribus aptus reputatur, quia in dubiis qui- dem standum est pro superiore; minimè verò, [illegible] [illegible] [illegible] rionem [illegible]. Atque hæc circa scientiam in Confessario requisitam dicta sit.

Articulus secundus.

De obligatione, et modo examinandi Pœnitentes.

224 Interrogationibus Confessarii locum non esse, ubi ex una parte Pœnitens clarè, et distinctè explicat peccata sua tum quoad numerum, tum quoad speciem, et circumstantias speciem mutantes, graves mutantes, sive notabiliter aggravantes, aut minuentes malitiam peccati intra eamdem speciem, tum quoad habitum, et consuetu- dinem, et occasionem proximam peccandi, siqua adhæretur; et ex alia parte Confessarius neque [illegible] dubitat neque prudenter suspicatur de omissione sufficientis examinis, aut omissionis [illegible] culpabilis, sive inculpabilis alicujus [illegible] peccati, aut alterius rei necessariò [illegible], in [illegible] [illegible] Confessione commune est omnibus Doctoribus, [illegible] [illegible] non alia ratione à Confessario interrogationes faciendæ sunt Pœnitenti, quam ut consulatur integritati Confessionis et [illegible] juris [illegible]. Atque sic communiter [illegible] [illegible], ut [illegible], et [illegible] Confessarius non interrogat Pœnitentem [illegible] [illegible], et [illegible], quos videt distinctè peccata sua explicare. [illegible] difficultas est pro iis casibus, ubi Pœnitentes vel confusè peccata sua exponunt, vel prudens dubium insurgit vel de omissione [illegible] [illegible] examinis, vel de [illegible] alicujus gravis culpæ aut

circumstantias aut alterius rei necessariæ in sacramentali confessione manifestandæ. Hoc vero in casu confessarium, et quidem sub gravi oneri interrogandi, quantum commode fit, providere hujusmodi defectus, colligitur tum ex Canit. Omnis utriusque sexus, de Pœnitentiis et Remissionibus, ubi hæc leguntur =: Sacerdos sit discretus, et cautus, ut more periti Medici superinfundat vinum, et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias, et peccati; quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, et cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum ægrotum =: tum ex Rituali Romano de ordine ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ §6. his verbis =: Confessarius inquirat de illius (Pœnitentis) statu (nisi aliter notus fuerit), et quamquidem sit confessus, et an impositam pœnitentiam adimpleverit, num vitam, atque integram [illegible], num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discusserit =: et §.10, et seqq. =: Si pœnitens numerum et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget. Sed caveat, ne curiosis, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant =: Hactenus Rituale Romanum, cujus verba præ oculis semper habenda sunt a Confessario ...... Hinc vero admittenda non est nonnullorum

485. sententia ab interrogando deobligans confessarium, ubi pœnitentem præmisisse diligens examen juxta conditionem, et possibilitatem suam deprehendit, excepto eo solo casu, quo peccatum inculpabiliter oblitum cederet in damnum tertii innocentis; idque ex eo præcipue ratione, quod ex una parte talis peccati manifestatio non est necessaria ad confessionis integritatem; et ex alia parte adhuc ejusdem venia obtinetur, cum absolutio sacramentalis indirecte cadat super tale peccatum, illudque remittat: ea, inquam, sententia admittenda non est, ut patet tum ex auctoritate paulo ante relata, tum ex eo quod confessarius tanquam judex, quantum commode fit, tenetur ejus integritatem agnoscere, ac tanquam Medicus curare debet, ut omnes Pœnitentis morbos curet. Quod in casu nostro minime præstari potest, nisi fierent interrogationes opportunæ et necessariæ, ut ad pœnitentis mentem oblita peccata revocarentur, et proptereà ea sunt [illegible] [illegible] [illegible] circa qualitatem diligentiæ, quam confessarius [illegible] in examinando, et circa modum, quem [illegible] tenere debet.

486. Circa primum autem jam constat ex dictis [illegible] diligentia [illegible] in conscientia, [illegible] pœnitens non tenetur adhibere [illegible] diligentiam, quæ tamen sit ordinaria et mediocris, ita et confessarius in interrogando non tenetur nisi ad diligentiam, quæ, judicio [illegible], [illegible] neque deficiens, neque superflua et [illegible] Confessarius [illegible] tenere. [illegible] nimis accelerata, neque nimis anxius, et [illegible] integritas confessionis, et [illegible] in Pœnitente [illegible], ex [illegible] interrogationibus [illegible]

Quod vero ad secundum attinet, in primis notandum est, non quascumque interrogationes indiscriminatim cuilibet faciendas esse, sed tantum eas, quae cuique statui, gradui, sexui, et conditioni personarum conveniunt; cum aliis omnino incongruae, et inconvenientes forent interrogationes, ut vel [illegible] homo quotidianum victum ex eleemosynis quaerens, [illegible] interrogaretur de injustitiis commissis in contractibus; sicuti et si rusticus interrogaretur [illegible] homo, an [illegible], et [illegible] sustinuerit, aut maledixerit; quemadmodum licet opportuna sit interrogatio, facta homini [illegible], an sciat sibi [illegible], [illegible] ea esset, ubi fieret homini [illegible], et in rebus fidei maxime rudi. Quod et dic de aliis hujusmodi.

Notandum est secundo, quod quamvis Confessarius hic omni postposito respectu cujuscumque generis personas debeat interrogare, ubi eas vel in examine vel in expositione suorum peccatorum defecisse, scit, vel dubitat, magnam tamen cautelam, et circumspectionem adhibere debeat, maxime in peccatis, quae sunt contra sextum, et nonum Decalogi praeceptum, ut vel constat ex verbis Ritualis Romani supra relatis, ne videlicet infirmet poenitentem ad peccandum, ut docet S. Thomas [illegible] 65 [illegible] cautela in Confessario, et ne Confessarius ipse, maxime si adhuc juvenis sit, scandalum patiatur, vel de [illegible] suspicionem faciat, ut inquit Doctissimus Theologus. Atque hinc si Confessarius prudenter dubitat, poenitentem suum se hoc vitio coinquinasse, in primis modestus, et cautis verbis utatur in interrogando, deinde [illegible] non statim a peccatis operis suas inchoare interrogationes, sed incipiat a cogitationibus, quas si negat se habuisse, ulterius poenitens non erit interrogandus, nisi forte Confessarius dubitet, illum praemeditate negare, quia nomine illo variat, aut illas esse peccatum. Quod si poenitens cogitationes fateatur, ad desideria, et complacentias erit procedendum, petendo, an si opportunitatem, et occasionem habuisset, aut si a pudore, aut alia mundana causa retardatus non fuisset, de facto peccasset, seu peccatum mente conceptum consummasset? Quae si affirmet, procedendum erit, et interrogandum de aspectibus, et colloquiis turpibus, et his etiam confessis, petendum erit, num forte secum ipso, aut cum aliis tactus impudicos exercuerit? Quos si fateatur etiam poenitens, tunc quaerendum erit de eorum qualitate, et effectu ex ipsis secuto procedendo in examine juxta varias species talis peccati, et circumstantias speciem ejusdem peccati mutantes juxta dicta in tract. de [illegible] a num. 377 usque ad num. 432 inclusive, cavendo tamen semper ab iis interrogationibus, quae minime sunt necessariae ad dignoscendum vel numerum, vel speciem, vel circumstantias mutantes speciem malitiae, aut notabiliter aggravantes ultra intra eamdem speciem, ut esset, ubi mulier dicens se proprio [illegible] sine [illegible] pollutisse, interrogaretur de modo, quem in se [illegible] adhibuerit, cum tali modo non indicato [illegible] tota mali [illegible] peccati intelligatur. Quemadmodum et [illegible] de conjugatis non statim interrogandum est de debito conjugali, aut de peccatis quae inter eos fieri possunt, nisi de hoc [illegible] suspicetur, sed prius remotae quaedam fiant interrogationes, ut utrum unanimes vivant, an [illegible] angantur circa suum matrimonium?

et hujusmodi, utpote cum non raro accidat ut moneat Pius et Doctores, minus perfecte cognoscere peccatum, quod sibi vere accusandum est [illegible]. Atque haec sunt, quae circa interrogationes praecipue a Confessario sunt observanda, pro quorum complemento

487. Quaeres, quid agendum sit Confessario, ubi scit, aut suspicatur, poenitentem suum commisisse aliquod peccatum, quod neque per se, neque interrogatus vult confiteri?

Respondeo, illud facile ab omnibus hic concedi, nimirum sistendo intra terminos meri dubii, quantumvis fundati, ac suspicionis quantumvis vehementis, absolvendum esse poenitentem vere cautum, et prudenter interrogatum negantem peccatum, quod ipsum commisisse, dubium est, et suspicio, quia cum in Poenitentiae Tribunali Poenitens stet tam pro se, quam contra se, ipsi credendum est, quousque non constat de ejusdem peccato. Atque hinc difficultas est pro eo tantum casu, quo Confessario certo constat de delicto jam gravi ipsius Poenitentis, et quidem solum pro eo tunc, cum etiam constat, antea non fuisse confessum, quia si Confessarius dubitare aut credere aliquo modo sit, poenitentem fuisse jam de tali peccato confessum, adeo ut certus non esset de carentia confessionis, ex ratione paulo ante insinuata absolutionem negare non poterit, praesertim cum poenitens non teneatur confiteri peccatum jam confessum. Pro casu autem ad tales terminos redacto, scilicet et de scientia existentiae peccati, et de certitudine defectus confessionis, attendendum est, an talem cognitionem habeat Confessarius per suum proprium testimonium, puta quia talem poenitentem vidit, [illegible] aut audivit blasphemantem? An vero eam habeat, ex alicujus fide et testimonio? Si enim primum eveniat, communis sententia est absolutionem esse denegandam, utpote cum certo constat ipsi Confessario, Poenitentem tunc sacrilege confiteri, et esse indispositum. Si vero secundum accidat, iterum observandum est, an Confessarius tale peccatum sciat ex confessione alterius, utputa quia [illegible] confessus eidem est se peccasse cum suo [illegible], qui nunc eidem Confessario confitetur? an vero sciat extra confessionem ex alio[illegible] testimonio? Si illud primum fiat, tunc neque expedit, a poenitente negare [illegible] alloquendi cum complice, quamque monendi [illegible] [illegible] confitendi, ut patet ex superius dictis de [illegible] [illegible] omnibus, et ex eo, quod tunc aliquo modo complex [illegible] [illegible] quod poenitens sciatur illud vel solum, vel peractum esse confiteri, utpote cum pro ea ejusdem ratiocinatio possit suspicari: [illegible] etiam absolutionem negare potent; imo neque poterit [illegible] [illegible] nisi generatim [illegible], alumnos quos [illegible] etiam non habere [illegible] notitiam [illegible], cum notitia in confessione habita [illegible] de habeat, ac si non esset, absque ullo modo confessionis [illegible] sigilli violatione. Si autem alterum contingat, attendendum erit ad testium qualitatem, quia licet negare [illegible] non sit [illegible] ubi qui testantur, non [illegible] [illegible] negandum erit, ubi testes sunt [illegible] [illegible] testimonium gignat moralem certitudinem, et nihil grave obstet in oppositum, utpote cum judicium moraliter [illegible] [illegible] stare non [illegible]

-it eo judicio prudenti ac Pœnitentis dispositione: atque primum illud, quod pœnitenti credendum sit, veritatem tantum continent in causa dubia; minime verò in re certa, quæ stat contra ipsum pœnitentem. Et hæc circa examen a confessario peragendum dicta sint.

Articulus Sextus.

De monitionibus à Confessario faciendis Pœnitenti.

488. Pœnitentes errantes, aut negligentes suis gravibus obligationibus, iis sibi notis, et perfectis satisfacere, nedum monendos, sed etiam corripiendos esse, sibi expediat, et oporteat, constat ex Rituali Romano de Ordine ministrandi sacramentum Pœnitentiæ §. 12. his verbis. Demum, audita confessione, perpendens (confessarius) peccatorum, quæ ille (pœnitens) admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac pœnitentis conditione, opportunas correptiones, ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit. Quod et dic pro eo casu, quo pœnitens errore ac ignorantia, quæ vincibilis foret, detineretur, sive talis error esset in dijudicando actionem aliquam vel bonam, vel indifferentem tanquam malam, vel leviter malam tanquam graviter, et e converso, sive in existimando rem aliquam malam tanquam bonam. Quisquis enim ex tali ignorantia reipsa peccat; et adeo si nolit se corrigere, indispositus, et incapax est absolutionis. Quare difficultas hic tantum esse fit, an monitioni locus esse debeat, ubi error, et ignorantia Pœnitentis esset invincibilis.

489. Hac autem in difficultate illud apud omnes certum est, monendum scilicet, et instruendum esse à Confessario pœnitentem errantem circa medium absolutæ necessitatis, seu rem necessariam necessitate medii ad æternam salutem consequendam, ut esset, ubi quis ignoraret præcipua fidei mysteria, nesciret efformare actum contritionis, aut volens suscipere sacramentum nesciret ea, quæ sunt omnino necessaria ad illud validè, et fructuosè suscipiendum. Sine scientia enim homo neque æterna salus obtineri, neque sacramentum suscipi fit. Hinc dubium præsens instituri fit tantum circa res tantum necessarias necessitate præcepti, quod sub gravi suam urgeat obligationem, et quidem et tum pro eo casu, quo ex monitione non speratur fructus, aut si spes fructus valuerit, eo majora incommoda prævidentur secutura, quam sit bonum illud, quod ex monitione eveniat: quia si fructus speratur, et nullum malum inde futurum est, per se patet, monitionem à confessario esse faciendam, utpote cum confessarius ex officio suo pœnitentis sui bonum curare teneatur. In quo maximum est Doctorum dissidium.

490. Prima namque sententia, quam pro certa, ut tenacius tenetur P. Daniel Concina Tom. 2 Apparatus Dissert. 1. Cap. 9. nulla omnino facta distinctione sustinet, esse pœnitentem admonendum esse pœnitentem in re sub gravi præcepta ignorantem, sive ex vincibili ignorantia, sive invincibili, sive fructus speratur, sive non speratur. Hancque suam sententiam videtur efficaciter firmare ex illo Ezechiel. 33.: Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur;

sanguinem autem ejus de manu tua requiram: si autem, nunciante te ad impium, ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua, ipse in iniquitate sua morietur, porro tu animam tuam liberasti =. In hoc enim testimonio nulla ponitur distinctione ignorantiae vincibilis, ac invincibilis dicitur moneri debere à Pastore cujusmodi vices agit Confessarius, Poenitens qui monitione etiam abusurus praevidetur, quemadmodum et non obscure innuitur Actor 20. ubi legitur, Apostolum non subterfugisse, quominus non aliquid certum, sed omne consilium Dei annunciaret Ephesinis, etiam si praevideret aliquos illud abusuros ad sui perniciem, eorumque ignorantiam saltem circa aliqua fuisse invincibilem. Unde S. Ambrosius serm. 84. illimitate dicebat =. Ego interdum parvus vobis tacere volui, sed malo vos contumaciae causas reddere, quam me negligentiae sustinere judicium =. Et S. Gregorius relatus in tertia Regula juris dicebat =. Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur =.

491. Deinde eandem hanc sententiam ratio suadent, et primo ex eo, quod ex una parte Confessarius utpote sustinens non solum personam judicis, sed etiam Medici, et Doctoris tenetur, poenitentem suum docere, et instruere de ijs omnibus quae ipse facere tenetur ad aeternam salutem consequendam juxta illud Matth. ultimo: Docentes eos servare omnia, quaecumque praecepi vobis: et ex alia parte poenitens nedum tenetur facere, quae scit à Deo esse praecepta, verum etiam debet omnem diligentiam ponere, ut inquirat, et cognoscat ea, quae ipse Deus praecepit tanquam necessaria ad vitam aeternam, et per consequens debet habere propositum exequendi, quidquid Deus praecipit vel praecepturus est, et Deo esse praeceptum. Quod propositum non habet, ille à Confessario monitus non vult exequi illud praeceptum sibi manifestatum, adeoque praevisus monitionem non accepturus indispositus et incapax absolutionis est censendus, utroque non solum sit indispositus ille, qui non vult exequi praeceptum cognitum, verum etiam ille, qui si certa lex sibi intimetur, est comparatus eam transgredi. Quod eo magis verum est in casu nostro, eo quia si res intimius penetretur, ignorantia poenitentis in rigore non invincibilis, sed vincibilis est. Nam ignorantia tunc vincibilis est quando alicui vel occurrit dubitatio de praecepto, vel aperta est via praeceptum addiscendi. atque talis via jam patet poenitenti in casu nostro: et per consequens absolute monendus est poenitens etiam praevisus monitione abusurus, quaecumque ejusdem videatur ignorantia, sicuti [illegible], ut communiter docent Theologi, monendus est adolescens [illegible] qui in pollutiones saepenumero labitur, etsi quomodocumque [illegible] non esse peccatum, et lege divina minime vetitas.

492. Altera vero sententia, quam communiorem, et veriorem et P. P. Gregorio hic Cap. 2. Dub. 5. num. 610., sustinet, Confessarium per se loquendo posse, et teneri omittere monitionem, quando poenitens laborat ignorantia invincibili, sive ea sit juris positivi, sive naturalis, et non speratur fructus, imo prudenter judicatur, eam magis obfuturam, quam profuturam. Hanc autem sententiam plures ex sacris Canonibus eruere conantur ex Capit. Si quis, de Sepult. dist. 7. in quo ex Aug. dicitur =: Si sciram non tibi prodesse, non te admonerem non te terrerem =: et ex Canon. Quia circa, de Consanguinitate, et Affinitate ubi Innocentius III. consultus de quibusdam, qui ex ignorantia [illegible] matrimonium contraxerant [illegible] [illegible] qui res [illegible] =. Dissimulare poterit, ut remaneant in conjugio sic contracto, ubi ex separatione, sicut asseris, gravia videas scandalum imminere =. Verum quoniam adversarij non impro-

tabitur ab hujusmodi tantùm se continent, ab auctoritate quidem S. Augi, cum ubi ex ipso tractat casum Monii, qui differunt suã conversionem usque ad vitæ suæ extremum, et dicat, ipsis dandam esse in mortis articulo absolutionem, quia incertum est, an sit, vel non sit matura, ita ut admoneat, et terreat solum, quia est incertum; an vi... sit futura, non admonitum, et perterritum, ubi certum esset eam esse profuturam: item et ab auctoritate Innocentii III vero... te cum dici possit, summum Pontificem ità respondendo voluisse validare dispensationem aliàs invalidam ob causam falsò allegatam: quoniam, inquam, se ità expediunt adversarij, hinc plures ex hujus secundæ sententiæ Patronis eam firmant auctoritate S. Bernardi serm. 42. in Canticum sic ajentis: Mallem aliquando tacuisse, et dissimulasse, quod egi, quàm in deterius damnandi, quàm ad tantos reprehendisse, permiciam: item et ex ratione, quæ cuique nota est, in iis perplexis evenire melius esse permittere minus malum, ut majus evitetur; sicuti de facto fieret in casu hujus secundæ sententiæ, quæ cum P. Antoine præsertim admittenda videtur, ubi error, et ignorantia Pœnitentis non vergit in damnum publicum, et privatum innocentis, et pœnitens non dubitat de suo errore, et confessarium non interrogat, et non agatur de matrimonio contrahendo, et monitio neque nunc, neque postea sit profutura. Et hinc si hæc placet sententia.

743 Ad prioris sententiæ Patrum rationes respondere potest, ad scripturæ namque testimonia, et similia dicere potest ibi sermonem esse vel de ijs, qui vincibili ignorantia laborant, vel de ijs, qui ignorant ea, quæ sunt absolutè necessaria ad æternam salutem consequendam. Quamvis inter Doctorem, cujus officium est publicè alios docere, et inter confessarium illud sit discrimen, quod loquendo de primo ejus monitiones etsi fortè per accidens in quibusdam sint in ruinam, pluribus alijs tamen cedunt in ædificationem, adeòque bonum, quod evenit præponderat malo, quod per accidens sequi... Quod tamen de monitione confessarij in casu nostro dici non potest. Atque hoc in sensu intelligendi sunt etiam sancti Patres.

744 Quod autem spectat ad rationem, in primis fatendum est, munus confessarij esse munus Doctoris, qui quidem instruere debeat pœnitentem circa ea, quæ futura sunt profutura, et sunt talia, ut sine eorum cognitione, et executione pœnitens nequeat suam æternam salutem consequi; minimè verò circa ea, sine quorum [illegible] salvari potest, præsertim in casu, quo eorum cognitio, licet per accidens, [illegible] obfutura, seu fore impedimentum æternæ salutis pœnitentis, ut patet tum ex eo, quòd officium confessarij sit officium charitatis, quæ præcipuè quærit bonum spirituale proximi, tum ex eo, quod Confessarius est quidem Doctor, sed simul Medicus qui abstinere debet ab iis medicinis, quæ cedunt in ruinam pœnitentis.

745 Denique concedendo, Pœnitentem teneri esse solicitum in addiscendis ijs, quæ ad æternam suam salutem sunt necessaria, et ea... [illegible] præcepta, quæ cognoscit, et agnoscit, ... verum sit, quod stante tali animi comparatione ... quod sit legem Dei violaturus, et per consequens pœnitens, qui ità comparatus non est, indispositus foret, et incapax absolutionis. Negandum verò est, indispositum esse, et absolutionis incapacem, eo quod verum esset, quod, mutatis rerum circumstantijs, etiam

524 Pro hoc autem casu quamvis omnes conveniant, monitionem saltem ex charitate esse faciendam, ubi adhuc [illegible] impeditur; lis tamen magna est circa obligationem restituendi. Nonnulli enim pro casu, quo Confessarius culpabiliter monere omisit, distinguentes inter Parochum, aut alium Sacerdotem, qui ex officio suo confessiones excipere tenetur, et inter simplicem confessarium, qui tantum ex charitate confessiones audit, concedunt, hunc quidem ad restitutionem non teneri, etsi poenitens interim non restituat: Parochum autem, aut alium ex officio subditorum confessiones excipientem in defectum poenitentis teneri ad restituendum, quae poenitens monitus restituisset, contendunt. Atque hujus sententiae reddunt rationem: quod simplex confessarius teneatur quidem ex charitate procurare bonum tum spirituale, tum temporale sui poenitentis; nullo vero justitiae vinculo arctatur erga creditorem sui poenitentis ad ejusdem bonum temporale procurandum: e contra vero Parochus aut alius ex officio confessiones excipiens ex suo munere obligatur impedire, ne sui subditi aliis noceant.

525 Verum limitatio haec quamplurimis aliis non arridet, qui propterea docent, neque Parochum, neque alium ex officio confessiones audientem ex mera, et sola omissione debitae monitionis, ex qua evenit, ut poenitens non restituat, teneri ad restitutionem, quia ex una parte talis simplex, et nuda omissio monitionis positive non influit in damnum alterius; et ex alia parte vel ipsi Parocho ex munere suo incumbit quidem promovere bonum spirituale suorum subditorum; minime vero bonum temporale; sed ad hoc tantum ex charitate tenetur. Unde non valet paritas petita a judice, et Gubernatore temporali, cum huic rursus demandata sit custodia bonorum temporalium suorum subditorum. Atque haec circa [illegible] dubium, ex quo patet, ad minus admitti posse sententiam illimitatam obligantem quemlibet Confessarium omittentem monere suum poenitentem de obligatione, quam habet, restituendi. Sed pro hujus materiae complemento

526 Quaeres ultimo, an Confessarius possit loqui extra confessionem cum suo poenitente de defectu in confessione commisso, etsi poenitens licentiam non dederit?

Respondeo, non paucos in ea esse sententia, ut Confessarius nedum possit, sed etiam teneatur, nedum licentiam petere; verum etiam hac denegata, adhuc de tali [illegible] poenitentem monere; et hoc, tum quia tunc poenitens esset irrationabiliter invitus; tum quia talis monitio suppleret, et perficeret eamdem confessionem inchoatam, quae imperfecta [illegible]

renovaverat. Est omnino sententia, utpote communi doctorum sensui conformis, est amplectenda, praesertim pro casu, quo confessarius jam prius servaverit absolutionem impertiendo, quia licet talis monitio fieret ad reparandum defectum praeteritae confessionis; ubi tum non sit conjuncta cum illa, et judicium jam fuerit completum, evadit illicita, eo quod esset quaedam peccati exprobratio; et ergo odiosa redderetur confessio. Quod tum non contingeret, ubi absolutio valida non fuisset, quia confessarius formam vitiose non protulit, aut sine intentione absolvit, et confessarius simpliciter diceret, se non absolvisse, satis probabile est, confessarium non habita licentia a poenitente cum de tali defectu monere posse, ut sibi consuleret. Sed quidquid sit de hoc, pergo ad examinanda ea, quae ad Confessionis sacramentalis sigillum spectant. Itaque

Caput Decimumtertium.

De sacrosancto Confessionis Sigillo.

527 Sigilli nomen significat illud instrumentum, quo literas obsignari solent, ut eo durante nec aperiri, nec legi possint, et sic in iis contenta secreta, et abscondita maneant. Hinc sigilli nomen translatum ad confessionem sacramentalem significat eam strictissimam obligationem, qua proprie celanda, et occulta tenenda sunt ea, quae in sacramentali confessione cognita sunt. Atque de sigillo sacramentali hoc modo in tabula nunc agemus, in primis exponendo qualitatem obligationis, quam illud secum affert. 2do ex qua confessione illud nascatur, et proveniat. 3tio ad quae illud extendatur. 4to qualiter illud violari contingat. 5to quinam eo teneantur. et tandem quaenam sint poenae in ejusdem violatores latae. Atque pro primi solutione sit

Articulus primus.

De obligatione servandi sigillum sacramentale.

528 Dictis, aut factis, nutibus, aliisve signis manifestare ea, quae poenitens in sacramentali confessione exposuit, jure divino tum naturali, tum positivo, et insuper jure ecclesiastico vetitum esse, certum, et constans est doctorum omnium Catholicorum sensus, et sententia. Et primo quidem jure naturali, cum ipso lumine naturae duce cuique evidentum est, prorsus illicitum esse revelare secretum sibi commissum vel tacite etiam implicite promissum, ubi maxime secretum ejusdem revelatio est conjuncta cum damno, et infamia alterius; atque in sacramentali confessione semper intervenit tacita pactio inter poenitentem, et confessarium tenendi omnino occulta, et secreta peccata in tribunali poenitentiae, quae nota et insuper ex revelatione damnum, et infamia poenitentis sequeretur. Deinde etiam jure divino positivo, ut vel constat ex eo, quod Christus Dominus ita instituerit poenitentiae sacramentum, ut voluerit quidem, poenitentes teneri omnia sua graviora peccata vel occultissima manifestare confessario;

ita tamen, ut, sicuti supra ostensum est, non praeferrent confessionem
publicam, sed secretam, seu auricularem; quod jam dici non
posset, si et Confessarijs non praeposuisset, sub arcto secreto te-
nere poenitentium peccata, utpote cum ea possent prodere. Qui-
dem et jure ecclesiastico, ut inter caetera constat ex Canit. Sa-
cerdos Dist. 6. De Poenitentia, et ex Concil. Omnis utriusque sexus
De Poenit. et Remissionis, ubi violatoribus sigilli sacramentalis
construitur poena depositionis ab Officio Sacerdotali, et perpe-
tuae Poenitentiae in arcto Monasterio peragendae; quae poenae utpo-
te gravissimae indicant, nedum peccare frangentem dictum sigillum
sed etiam ejusdem culpam esse gravissimam; et ita quidem
ut secreti violator in nullo casu possit excusari a gravi
culpa nisi defectu advertentiae sufficientis; et consequenter hic
levitas materiae dari non sit, ut communissime advertunt Docto-
res, utpote cum vel revelare unicum peccatum veniale in parti-
culari, V.G. mendacium officiosum semper gravem irreverentiam
in sacramentum secum ferat. Quapropter hic solum superest
inquirendum, an dicta obligatio sit ita universalis, ut in nul-
lo prorsus casu licitum sit manifestare vel unum peccatum
tectum sub sacramentali sigillo: pro qua difficultate sol-
venda

529. Quaeres, an dari possit aliquis casus,
in quo liceat manifestare peccatum sub sacramentali sigillo
tectum?

Respondeo negative, si excipiatur casus
licentiae expressae, prorsus liberae et voluntariae, ab ipso Poeniten-
te concessae; et proinde neque ad declinanda vel atrociora
tormenta, neque ad evitandam ipsam mortem, neque ad im-
pediendum Patriae excidium, aliudve etiam gravius malum
unquam licebit sigillum sacramentale violare, etsi vel Pontifex
a viris desideraret, ut communissime, et certa tenet sententia,
quae satis suadetur vel ex eo, quod si casus aliquis admitten-
dus esset, quo sine expresso et libero Poenitentis consensu
liceret Confessario manifestare peccata sui Poenitentis, poe-
nitentes non raro timerent, ne talis casus occurreret, vel ne
Confessarij necessitatem revelandi apprehenderent, et sic fi-
eret, ut fideles alienarentur ab instituenda sacramentali
confessione cum evidenti animarum periculo, et consequen-
ter cum malum hoc sit malum omnium malorum temporalium ma-
ximum, omnia mala temporalia potius subeunda erunt, quam
sacramentale sigillum violare, ut ex laudatis juribus nascen-
te ... etiam eruitur.

530. Notanda tamen sunt illa verba: Si ex-
cipiatur casus licentiae expressae, prorsus liberae. Sic quia si ne vera
... adsit aliqua justa causa gravis causa utendi scientia ex
confessione acquisita; et ex alia parte poenitens omnino stren-
ue ... facultatem ea utendi suo Confessario, utputa si quis
sciens innocenti parari insidias, eumque nullo modo mo-
nere potens inter confitendum suae obligationi satisfactu-
rus rogaret Confessarium, ut dictum moneat innocentem, ...

Confessarius juxta terminos licentiae sibi factae uti poterit scientia in confessione habita. Ratio autem est, quia cum sigilli obligatio per se primo instituta sit in Poenitentis favorem, et tota reverentia Confessioni debita in eo praecipue sita sit, ut ea non reddatur odiosa, et onerosa poenitenti, et confessio talis non efficiatur, ubi in sui peccati revelationem sponte, et omnino voluntarie consentiat poenitens, manifestum est, habito tali consensu adessa circumstantia, sub ipso sigillo Confessionis non obligat Confessarium, ut a num. 218. et quatuor sequentibus dicebam in hoc Confessarius circumspectus esse debet, et proinde non debet obmovere onus aliquod proximo poenitentis, quod sine revelatione peccati rententis recte obiri non sit, nisi ubi poenitens per se, vel per alios, quod confessarius sua non sit satisfacere obligationi.

531 Deinde Confessario cavendum omnino est, ne utatur cognitione habita in confessione ad revelandum peccatum Poenitentis, ubi licentia a poenitente obtenta non est expressa, sed tantum tacita, et rationabiliter praesumpta, quam nempe poenitens dare teneretur, et prudenter praesumitur esse concessurus; quia non raro contingit, ut poenitentes etsi teneantur ad aliquid praestandum id tamen de facto praestare nolint, ubi vel esset sibi incommodum, et alias necessarium; et per consequens odiosa fieret confessio, si fieret revelatio; minimo etiam admittendum sit, Confessarium revelare posse sui Poenitentis confessionem, ubi ipsi extorqueri obligationem, quae vere datur etiam cum sui infamatione commodum alterius impedire, poenitens ultro offerret licentiam revelandi; id tamen admittendum non est, vel ubi vi, fraude, et injuria licentia extorqueretur, falso nempe poenitenti persuadendo, eum teneri eam concedere, ut per se est manifestum; vel etiam ubi non poenitens dictam licentiam offerret, sed ipse Confessarius illam petere, utpote cum etsi teneri poenitens eam concederet, merito timendum est, ne quodam modo invitus eam concedat, nempe ob indebitam reverentiam.

532 Neque hactenus expositis obest, si dicas, nemini, sicuti neque Confessario conceditur licitum esse facere actionem per se, et ab intrinseco natam malam, ut talem ab ipso cognitam: quod tamen admittendum foret, si in nullo poenitentis casu sive expresso, et omnino voluntario poenitentis consensu Confessario liceret uti scientia in confessione habita, etsi revelare peccatum in ea expositum a poenitente, ut contingeret in duobus sequentibus casibus, quorum primus est de eo Confessario, qui ex sola confessione sibi facta scit, eum, cum ipse continuo necessario sua [illegible], non esse verum, et legitimum sacerdotem; alter vero est de ipso sacerdote, qui ex sola Confessione propria uxoris cognovit, matrimonium esse nullum, et invalidum. In utroque enim casu certa veritate nostra doctrina Confessarius ne vibratus subitum confessionis deberet facere, [illegible] ab intrinseco malam [illegible] nempe cum hic cooperaretur invalidis sacramenti [illegible], deinde simulando sacramenti [illegible] [illegible] vero cum fornicationem committendo. Et non [illegible]

Respondeo, quod ad primum attinet, ex exemplis iis non posse quidquam concludi contra doctrinam superius statutam. Illi etenim casus non omnino de facto, inter mere ideales, et metaphysicos merito reponendi sunt, praesertim pro eo quod confessarius a dictis poenitentibus obtinere non possit licentiam omnino liberam, et voluntariam utendi scientia ex confessione acquisita. Nam nemo, qui praecipit et horrorem rei ab ... sui malum, et certam custodiam sigilli sacramentalis extra eorum licentiam expressam, et omnino liberam, a poenitente factam, nunquam permittet, casus illos contingere. Circa autem quod ad secundum caput attinet, plures Doctores, quos citat et sequitur S. de Ligorio hic Cap. 3. Dub. 1. num. 660, contendunt dictum confessarium teneri pergere confiteri apud eundem sacerdotem, nisi mutentur circumstantiae; et hoc non solum, quia scientia ex auditione confessionis comparata perinde se habet, ac si non esset; atque confessio tunc odiosa redderetur saltem per quamdam exprobrationem; verum etiam quia confiteri potest peccatum aliquod sine intentione absolutionis; et ita confiteri non est sacramentum simulare. Sed quidquid sit de hoc, primae responsioni est insistendum, dum interim

134 Quaeres 2do, quid sit agendum confessario in casu, quo poenitens obligatus aperire suum peccatum ad impediendum grave damnum publicum, aut privatum innocentis, neque vult revelare per seipsum, neque vult consentire in revelationem faciendam per alios, vel per confessarium?

Respondeo, etiam pro eo casu esse obligationem servandi sacramentale sigillum, dummodo confessio fuerit sacramentalis, ut infra dicemus; ceterum absolvendum non esse poenitentem, nisi velit suae satisfacere obligationi, utpote cum indispositus esset ad absolutionem. Quamvis confessarius, antequam eum dimittat, omnibus modis illum urgere debet, tum blandis modis, tum etiam minis, ut suum debitum adimpleat. Sed jam sit

Articulus secundus

135 De Confessione, ex qua sigillum nascitur.

Non ex quacumque proprii peccati manifestatione, sed tantum ex ea omni, et sola, quae sacramentalis sit, oriri obligationem sigilli sacramentalis, communissime tenent Doctores cum S. Thoma in 4. Dist. 21. Q. 3. A. 1. Ea porro omnis, et sola confessio sacramentalis habenda est, qua quis peccata sua manifestat ei, quem legitimum poenitentiae ministrum credit, animo se accusandi, et saltem sperando obtinere absolutionem. Quae omnia diligenter consideranda sunt ad solvenda plura dubia, quae hoc in loco proponuntur, et solvuntur a Doctoribus. In primis ergo dicitur, quod ea confessio tantum sit sacramentalis, qua quis peccata sua manifestat ei, quem legitimum poenitentiae ministrum credit, quia ... ubi quis sciens nullum praeter sacerdotem esse posse ministrum

ptui sacramenti Poenitentiae, peccata sua vel in necessitate patefaceret Clerico, aut Laico ut tali cognito, nullum inde sigillum sacramentale, sed tantum naturale oriretur, utpote cum talis confessio tunc non fiat judici a Christo designato; nihilominus tamen arcto sigillo sacramentali tenentur sive Clericus, sive Laicus, qui se sacerdotem fingit, et audit confessiones bona fide, et intentione absolutionis ibi confitentis utpote cum defectus obligationis sigilli in casu cederet in detrimentum confessionis validae, quae inde minus secura redderetur propter periculum, ne quis malitiose se fingat sacerdotem approbatum, aut se esse putet, cum non sit. Quod et dicendum cum quamplurimis est pro eo casu, quo quis existimaret, Clericum, aut Laicum saltem in mortis articulo esse posse ministrum sacramenti Poenitentiae, et eidem ex intentione percipiendi sacramentum Poenitentiae confiteretur, tunc namque Clericus, aut Laicus talem audiens confessionem utpote jam intentionaliter sacramentalem, sigillo sacramentali teneretur, atque sic a fortiori teneretur sacerdos, qui sine approbatione auderet confessiones excipere.

536. Dicitur 2do: manifestat peccata sua animo se accusandi: quod diligenter notandum est, quia si alio animo, et intentione, quam se accusandi vel legitimo sacerdoti ut tali cognito exponeret peccata sua, inde non sigillum sacramentale, sed ad summum naturale oriretur, utpote cum ea nullo modo ad sacramentum esset ordinata. Atque hinc nulla adest obligatio sigilli sacramentalis non solum in eo casu, quo quis accederet ad sacerdotem pro tribunali Poenitentiae, sed tantum animo eum decipiendi, aut irridendi, aut inducendi ad aliquod peccatum patrandum, v.g. ad turpia solicitandi, verum etiam pro eo casu, quo sive intra, sive extra Poenitentiae Tribunal quis ad confessarium accederet non animo confitendi, sed petendi consilium, etsi tunc diceret se ea intendere committere sub confessionis sigillo, quia neutro in illo casu talis peccatorum manifestatio dirigitur ad sacramentum conficiendum; quinimo in primo casu ea est injuriosa sacramento quamvis in secundo casu negari non possit, esse strictissimam sigilli naturalis obligationem.

537. Dicitur 3tio. manifestat peccata sua animo saltem aliquando obtinendi absolutionem: quia ad inducendam obligationem sigilli sacramentalis necesse non est, quod aut sacerdos de facto absolvat, aut poenitens sit proxime dispositus ad absolutionem sacramentalem obtinendam. Si enim hoc requireretur, non raro, sed frequenter eveniret, ut poenitentes advertentes, se non esse satis dispositos, a confessione instituenda retraherentur. atque sic confessio maxime odiosa fieret. Vero sacramentali sigillo locus est, etiamsi confessio facta animo se accusandi ad absolutionem non perveniat; seu poenitens vere non absolvatur, sive interim defectus proveniat ex parte confessarii, ut puta quia vel non habet jurisdictionem necessariam, sive ex parte poenitentis, ut puta quia non habet verum dolorem, aut non vult peccati occasionem eradicare, aliena restituere, aut ex malitia, aut verecundia aliquod peccatum occultet, cum etsi poenitens reipsa sit indispositus, nihilominus adhuc ordinet confessionem suam ad absolutionem sacramentalem: imo dicendum est, verum sacramentale sigil

obligare pro eo casu, quo pœnitens accedit ad confessarium pro Tribunali pœnitentiæ stantem, non ut ab eo absolvatur, sed ut dirigatur, et edoceatur modum, quo ad vitam conscientiarum, et pro merito dolendum disponatur, et evitet occasiones proximas peccandi, quibus detinetur, cum et hic modus confitendi sit quodammodo imperfecta, et inchoata confessio sacramentalis. Atque hæc circa qualitatem confessionis, unde obligatio sigilli sacramentalis oritur. Unde pro complemento præsentis materiæ

588 Quæres, an Confessarius teneatur ad sigillum servandum etiam pro eo casu, quo ex motivis non levibus dubitat, an aliquid à pœnitente sibi revelatum fuerit per ordinem ad confessionem sacramentalem?

Respondeo, confessarium nunquam posse uti scientia peccati sibi à suo pœnitente manifestati, nisi sit moraliter certus, illud sub sacramentali sigillo non cadere. Hoc enim exigit nedum reverentia debita sacramento verum etiam æquitas, quæ suadet, ne confessarius utatur cognitione peccati sui pœnitentis cum probabili ejusdem gravamine, ob quod confessio ei odiosa redderetur. Quapropter licet ex justa causa confessarius uti possit notitia peccati sui pœnitentis, ubi vel pœnitens extra [illegible] illud sibi manifestavit, aut ex alia persona illud novit extra occasionem confessionis, et de hoc certus est ipse confessarius, attamen uti non fit, ubi nempe vel certus est, vel dubitat, occasione confessionis talem cognitionem comparasse [illegible]

Articulus Tertius.

De iis, quæ sub sigillum Confessionis cadunt.

589 Sub sigillum sacramentale cadere omnia, et singula confessario ex sacramentali confessione cognita, ex quorum revelatione vel infamia, aut aliud gravamen pœnitentis sequitur, aut ipsa sacramentalis confessio odiosa redditur, certum est apud omnes, et per se constat ex fine ipsius sigilli, qui est et custodia famæ pœnitentis, et suavitas oneris, seu obligationis, [illegible] præceptum confitendi. Atque hinc tum ex manifestatione cujuscunque peccati mortalis tum in particulari, ut si dicatur, pœnitentem confessum esse gravem furtum, tum in genere tantum ut si dicatur, pœnitentem sibi confessum esse unum peccatum mortale, lædatur fama pœnitentis, et odiosa fiat confessio, omnia, et singula peccata gravia sunt materia sigilli Confessionis sacramentalis, et ita quidem, ut hoc sit verum necdum de peccatis mortalibus occultis, sed etiam publicis, quatenus ex sacramentali confessione cognitis ab ipso confessario; et proinde sigillum sacramentale violaret confessarius, qui detegeret, [illegible] publica, et notoria, nedum pro eo casu, quo non alia via, quam per sacramentalem confessionem [illegible] cognovit, ut [illegible] est manifestum, verum etiam in eo casu quo [illegible] sibi in confessione [illegible] aliunde novisset vel ex modo loquendi videtur confessus talium peccatum, vel [illegible] con[illegible] habitus superaddit aliquid amplius, aut certius, quam ex publica fama, aut alio modo habitum fuit, ut si V. G. de publica meretrice confessarius diceret, eam sibi confessam esse plures turpi-

tudines, quamvis id in aequum (?) tandem cadat; ut si dixerit, confessum esse cum maxima compunctione, et firma emendatione. Nam et hoc in casu vetitum esset Confessarium uti notitia habita ex confessione cum injuria Sacramenti. Quod hic diligenter notandum, quia ratione confessionis sibi factae, habita justa, et rationabili causa exquirit, confessarius non impeditur uti notitia peccati poenitentis aliunde habita, seu extra confessionem, dummodo ex eo non moveatur notitia ex confessione habita, aut suis dictis non addat majorem certitudinem, aut aliquam circumstantiam ex sola confessione cognitam; et propterea Parochus sciens extra confessionem, Titium sibi subditum esse, aut esse publicum usurarium, concubinarium &c, non obstante confessione sibi facta, poterit eum denuntiare, communionem denegare, quousque publicum tollat scandalum, et debitam praestet satisfactionem, utpote in sigillum sacramentale habeat quidem innoxium usum notitiae habitae in confessione, minime vero cognitae aliunde habitae. Atque haec circa peccata gravia.

540. Loquendo vero de peccatis venialibus Doctores communiter distinguentes inter casum, quo Confessarius in particulari detegeret aliquod veniale peccatum sibi sacramentaliter manifestatum, V. G. diceret, Petrum sibi confessum esse mendacium officiosum et inter casum, quo in genere tantum detegeret peccata venialia sui Poenitentis, ut si V. G. diceret, Paulum nonnisi peccatum, aut peccata venialia confessum esse, in primo illo casu sigillum sacramentale violari contendunt; secus vero in secundo casu. Ratio autem utriusque est, quia ex eo, quod quis accedit ad Poenitentiae Sacramentum, illudque velit suscipere, eo facto ostendit quidem, se reum esse alicujus saltem peccati venialis; non autem ostendit se potius reum esse levis mendacii, quam furti minuti, aut alterius venialis peccati; et per consequens Confessarius detegeret confessionem, ubi in particulari manifestaret leve peccatum sibi sacramentaliter confessum; secus vero, ubi solum in genere diceret, V. G. Petrum sibi nonnisi veniale, aut venialia esse confessum. Quod advertendum est, quia si Confessarius diceret, Titium suum poenitentem aliquod, aut aliqua peccata gravia in genere venialium patrasse, et sibi confessum esse, sigillum frangeret, tum quia ex simplici facto confitendi, et petendi absolutionem id non constat; tum quia talis manifestatio aliquam infamiam poenitentis respiceret. Atque ex his, ex quibus jam constat circa circumstantias tum mutantes speciem peccati, tum simpliciter aggravantes intra eamdem speciem, has quoque sub sigillum sacramentale cadere ubi in confessione sacramentali patefiant a Poenitente, consultus restat circa defectus, et imperfectiones tum morales, tum physicas, seu naturales, tum circa dona, et virtutes ipsius Poenitentis, nec non circa complicem, et objectum peccati: et modo [illegible]

541. Quantum spectat ad defectus, et imperfectiones tum physicas, tum morales, quamplures distinguentes inter defectus, et imperfectiones, quae a poenitente expositae, praeviis eo facto conducerent ad majorem peccati explicationem, aut personam infamarent, et dehonestarent, ut si dixisset, se esse spurium, et illegitimum, esse Eunuchum, aut impotentem ad copulam di-

tantū vestiendū mulieri, quae desponsavit, eā ignobilem, pauperē, scrupulosū, timidū, pusillanimem &c., et inter defectus, et imperfectiones, quae non ad peccati explicationem, sed tantū incidenter narrata fuerint, et personā nullo modo infamant et dehonestant, in p̄mo casu sigillū frangi concedunt, ubi ratio cognitionis habita in confessione aliis detegantur, quia talis revelatio verā odiosā reddit confessionem; negant vero sigillū violari in secundo casu, quia nulla est ratio, ob quam possit dici, ea sub sacramentali sigillo contineri, cum nequidem revelatio ullū incommodū afferat poenitenti, qui propterea non sit aā rationabiliter invitus in revelationem. Quod tn̄ non auzim asserere, sed solū concessero pro eo casu, quo talium defectuum, et imperfectionum manifestatio attento hominū puncto, juxta verā vulgo afferunt incommodū poenitenti, et ipse poenitens est talis, ut neque rumorem, neque confusionem aliquam ex revelatione patiatur. Quod raro contingit; et per consequens per se loquendo semper erit periculum fractionis sigilli.

§42. Quod vero attinet ad dona, et virtutes Poenitentis, distinguendū est inter casū, quo ea manifestantur confessario ratione alicujus commissi peccati, ut puta quia Poenitens pro iis fuit Deo ingratus, aut illis abusus est, et inter casū, quo confessario exponuntur non ratione peccati narrati, sed tantū, ut ipsi notus fiat status animae, et directio in via spirituali habeatur. Si enim p̄mum eveniat, tunc sub sigillū sacramentale cadere ut ex jā dictis patet: secus vero, si secundū fiat, quamvis vita poenitentis durante sub naturale sigillū cadant, utpote quae sub tali conditione patefieri solent. Ratio vero est, non solū quia talia dona, et virtutes neque sunt mā̄ confessionis, neque ullo modo conferunt ad peccatorū manifestationem, neque hac intentione exponuntur; sed etiam quia ad Ecclesiae bonum, et fidelium aedificationem, et exemplū talium donorum atque virtutum manifestatio multum conducit, sicut et confert ad gloriā ipsius poenitentis, ubi fiat post ejusdem mortē; et propterea ipsa praxi confessariorū apprimē doctorū, et virorum probatorū vidimus, ut sine ullo scrupulo talia post mortem poenitentis nedū propalentur, sed et testimonio firmentur.

§43. Tandem quod et complices peccati in confessione sive ex necessitate, sive absque necessitate patefacti, et insuper objectum ipsius peccati, ut puta si Poenitens dicat, se odisse fratrem ob adulteriū commissū, non corripuisse fratrem blasphemantem &c., cadant sub sigillum sacramentale, et non tantum naturale patet tum ex eo, quod non raro ex talium manifestatione detegantur etiā ipsius poenitentis peccata, tum ex eo, quod poenitens illa fatetur confessario ex intentione clarius exponendi peccatū suū. Hocque ita verum existimant nonnulli, ut etiam de licentia poenitentis vel sponte oblata confessario non liceat uti notitia complicis ad eum corrigendū, quia nimirū, ut modo dictū est, et peccatū complicis sub sigillū sacramentale cadit, et per usū scientiae illius odiosa fit confessio saltē aliis, quam Poenitenti. Sed circa hoc vide dicta ā num. 22, et seqq.

dum ex planiore praesentis mat. notitia adnotabis, etiam per manifesta-
tionem paenitentiae injunctae a confessario frangi sigillum sacramenta-
le, quoties ex ea deprehendi potest, ipsum confessum peccatum grave, vel
aliquod veniale in specie, aut aliqua venialia inter graviora, ut V.G.
si diceret, se imposuisse Coronam B. Mariae Virginis, septem Psalmos
Paenitentiales etc., secus vero, ubi paenitentia fuisset ita levis, ut so-
lum deprehendi possit confessio alicujus venialis in genere, ut
V.G. in recitatione trium, vel quinque Pater, et Ave imposita fuisset,
ut vel constat ex supra dictis. Sed jam sit

Articulus Quartus

De modo, quo violatur sigillum sacramentale.

544 et. Sigillum sacramentale violari non solum directe, seu expres-
se revelando aliquid ex ijs, quae sub illud cadunt, verum etiam indirec-
te, hoc est dicendo, aut faciendo, aut omittendo aliquid, ex quo
quis desumere possit notitiam, aut suspicionem saltem non le-
vem de ijs, quae sub secreto sacramentalis confessionis cadunt,
patet ex Capite Omnis utriusque sexus, De Paenit. et Remissionib.
ubi Innocentius III. se Confessarium monet de sua stricta obliga-
tione: Caveat autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quovis
modo aliquatenus prodat paenitentem. Atque hinc Confessarius praesen-
tim in sequentibus casibus reus erit violati sigilli. Et primo quando licet
non nominata persona peccatum cum omnibus circumstantiis ita aperi-
ret, ut ex aliqua, aut aliquibus circumstantiis deprehendi,
et cognosci possit delinquens, quia id tacere perinde est in re-
nostra, ac ipsam personam delinquentem nominare: 2do quando
unius aut trium confessiones excipiens sine speciali aliqua
ratione unum nimis laudet, et commendet, aut etiam sine
aliqua particulari causa post plurium auditas confessiones
de aliquibus dicat, venialia tantum peccata confessos esse,
quia in primo casu indicat alterum, aut alios duos non esse
ita probos, sed potius denotat, esse malos homines; in se-
cundo vero casu ostendit, reliquos ipsum reos gravium pec-
catorum: 3tio quando asserit, se paenitentem non absolvisse,
quia licet variae sint honestae causae, non absolvendi absque
ullo crimine Paenitentis, inde tamen oritur sinistra suspicio
de Paenitente, nisi insuper clare causa non impertitae abso-
lutionis detegatur, ut si dicat non absolvisse ob impedimentum
ab sibi superveniens, V.G. extremae necessitatis properandi ad
moribundum. 4to si sacristae interroganti, an sit apponenda fo-
rma consecranda pro communione Paenitentis, quem tunc
audivit, responderet, quod non apponat, cum sic ostendat paeni-
tentem vel dimissum ipsum inabsolutum, vel indignum esse com-
munione; et contrario hoc in casu Confessarius dicere de-
bet sacristae, ut ab ipso paenitente petat, an velit commu-
nionem accipere: 5to cum ipse Confessarius non aliunde habens
notitiam peccati paenitentis, quam ex sacramentali confessi-
one, loquatur cum tali peccato cum aliis quibus tale peccatum
est notum, cum tunc hoc utatur cognitione habita in con-
fessione, et ita quidem ut id ingratum sit Paenitenti: 6to [illegible]

dicit, aliquod grave peccatum commissum in tali Conventu, aut Capitulo, aut etiam in aliquo parvo oppido, ubi confessiones audivit esse plures fures, adulteros, usurarios &c., ubi magis tum talia peccata non sunt publica, aut etiam ubi non plurium audivit confessiones, etsi non nominata persona dicit, unum ex penitentibus tali die sibi confessum esse adulterium; hinc siquidem Communitas illa merito infamaretur; vario etiam praeparetur occasio suspicandi de aliqua persona in particulari quod et haeret in ultimo casu, et insuper odiosa redditur confessio sacramentalis: Imo ut omittam casum de duobus, aut pluribus Confessarijs, qui ejusdem penitentis confessionem exceperunt, et ita de peccatis in confessione illius auditis inter se colloquuntur ut unus communicat, alter sibi loqui ex eadem, et notitia habita ex confessione, ut omittam, inquam, talem casum, Confessarius insuper sigillum violat, ubi aut intra confessionem ita alta voce corrigerat penitentem, ut adstantes perciperent confessionem alicujus peccati gravis, aut alterius rei in confessione celandae; aut etiam extra Tribunal vel dictis, vel factis, vel alio modo penitenti exprobraverat ejusdem peccatum, puta eum severius tractando, non salutando, torvis oculis aspiciando, eum declinando &c. ut per se manifestum est. His vero notatis tanquam certis pro aliis huc spectantibus solvendis
45 Quaeres primo, an Confessarius penitenti sibi sacramentaliter confesso schedulam confessionis denegans sigilli violator censendus sit?
Respondeo, penitenti sibi sacramentaliter confesso, ac testimonium sacramentalis confessionis a se factae petenti confessarium teneri tum eo casu, quo legitime fuit absolutus; tum pro eodem, quo sive ob indispositionem suam, sive ob aliam causam sine absolutione dimissus fuit, et proinde si aliquis viderit competens talem testimonium denegari, inter sese suspicionem dabit schedulam autem confessionis factae denegando ac ita declaratur penitentis indispositio, et impenitentia, vel saltem ejusdem suspicio quantum ingeneratur, ac insuper etiam penitenti sine absolutione dimisso velut ex probatur ejusdem indignitas. Caeterum in hujusmodi schedulo inscribendo caveat Confessarius, ne aliquid de absolutione dicat, et adeo tantum suae solum circa confessionem factam interponat, quia si casu dato quo penitens in absolutus dimissus esset, et testimonium haberet solum de absolutione, mendacium manifestum committeretur, si in vero quibusdam in casibus diceretur, Penitentem et confessum, et absolutum fuisse; in alijs vero tantum diceretur, fuisse confessum, deinceps moram ita instanti, non immerito suspicaretur de dimissione sine absolutione, ubi de ea mentio non fieret, et sic sigillum frangeretur. Et ex his
40 Quaeres 2do, quomodo respondere, et se gerere debeat Confessarius, ubi interrogatur de aliquo, an sacramentalem confessionem peregerit?
Respondeo, circa hoc distinguendum esse inter casum, quo Confessarius interrogaretur de confessione ipsa, et de absolutione vel data, vel negata, et inter casum quo in-

interrogaretur de aliquo peccato, aut alia re in confessione audita, et sub sigillum cadente. Si enim id accidat, et confessarius Requisitus interrogaretur de confessione audita, per se loquendo licitum erit vel affirmare, vel negare, prout res est, quia si de facto confessio facta non est, nulla injuria fit negando, si vero facta est, affirmando, neque infamia, aut aliquod detrimentum poenitenti [illegible], neque notitia, aut suspicio peccati gravis, aut alicujus venialis determinati ingeneratur, nisi speciales aliquae circumstantiae adessent, ut est pro casu, quo quis nocte vidisset sacerdotem ingredientem domum suspectam, et mane quaerentem confessarium, ac inde ignorans, an quaesivisset animo confitendi, a confessario quaereret, an talis sacerdos sibi tali die confessus sit; tunc enim ex manifestatione factae confessionis suspicio peccati talis sacerdotis augeretur; et nihilominus in praxi melius erit eludere tales interrogationes vel circa simplicem confessionem. Si vero confessarius interrogetur circa absolutionem, illi licitum non esse respondere, se talem poenitentem non absolvisse, constat ex superius dictis; et nihilominus solum dubium esse, an, si ipse poenitentem absolvit, dicere possit, se eum absolvisse. Et certum per se loquendo etiam illicitum esse, constat vel ex eo, quod ita respondendo vel se conjicit in periculum mentiendi, vel violandi sigillum sacramentale, nimirum pro eo casu, quo interrogaretur de eo poenitente, quem non absolvit, utpote eum affirmando mentiretur, tacendo vero indicaret, se illum non absolvisse; et nihilominus confessarius tales interrogationes eludere debet ut [illegible]

547. Quod si secundus casus contingat, confessarius scilicet interrogetur de aliquo peccato, aut alia re sub sigillum cadente, quamvis omnes Doctores ultro concedant, confessarium non [illegible] in casu affirmare, seu fateri posse, tale peccatum V. S. [illegible] sibi [illegible] confessum, ut [illegible] se patet, item quamvis universim omnes contendant confessarium debere eludere interrogantem, tanquam [illegible] petentem, dicendo V. S. de talibus nec posse, nec debere interrogari, neque ipse respondere posse, et debere: poenitentem suo [illegible] in [illegible] [illegible], et hujusmodi; attamen cum non raro contingere possit, ut talis elusio non sufficiat ad eam tollendam [illegible], praesertim cum ipsa praxi nonnullorum confessariorum [illegible], sibi scrupulum non facere de poenitente innocente negando, hinc difficultas enascitur, an confessarius de peccato poenitentis interrogatus possit negare, se illud audivisse, aut saltem dicere, se nescire, an illud audiverit [illegible] dictum etiam juramento, si opus fuerit firmare? Quod nonnulli [illegible] omnino [illegible] ad propositionem ordine 26 ab Innocentio XI. damnatam negantes eo, quod confessarium ita negantem, aut se nescire respondentem mentiri existimant.

548. [illegible] posito casu, quod confessarius interrogationes [illegible] satis non possit sigillo consulere, ut absolute interrogans desistat, [illegible] confessarium interrogatum de poenitente [illegible] solere negare peccatum, de quo interrogatur, communiter [illegible] [illegible] dictum [illegible] licitum esse, [illegible] ac [illegible] confessarius respondere posse se nihil [illegible] [illegible] in tali peccato, vel quod nihil de eo audiverit, si [illegible] [illegible] [illegible], quo [illegible] de quo fit interrogatio, [illegible] [illegible]

Ratio autem, quia nihil est, unde tales responsiones culpari possint. Si enim aliquid malitiae ipsis inesset, maximè esset malitia mendacij: hoc autem in casu non habetur. Illae enim voces: Nescio: nihil audivi, attentis circumstantijs stricti sigilli, et quod scientia ex confessione habita sit incommunicabilis, et insuper quod nullus jus habeat ad interrogandum de auditis in confessione, dictae inquam, voces sensum habent: nihil scio, nihil audivi, quod possim tibi communicare: in quo nihil falsi continetur: et propterea urgente necessitate Confessarius talia sua dicta etiam juramento firmare poterit, prout docet Angelicus Praeceptor in 4to Dist. 21. q. 3. A. 1. ad 3tium inquiens: Homo non adducitur in testimonium nisi ut homo, et ideo absque laesione conscientiae potest jurare se nescire, quod scit tantum ut Deus, idest ut Dei vices specialiter gerens. Quam doctrinam sui Magistri sequens S. Antoninus 3. part. Tit. 17. Cap. 22. inquit —: Si non potest alio modo declinare iniquum judicium, potest respondere: nihil inde scio, quia subintelligitur ut homo; et nihil scio etiam per confessionem, quod intelligitur tibi revelandum —. Hactenus S. Antoninus, ex cujus ultimis verbis patet, Confessarium etiam respondere posse, et etiam, si oportet, jurare, se nihil scire, et audivisse, ubi etiam interrogaretur, et obligaretur, ut responderet non ut homo, sed praecipuè ut minister Dei et sine ulla aequivocatione. Ratio autem est, quia etiam tunc nihil falsitatis subest tali responsioni. Nam ex una parte certum est, quod sensus verborum rectè attendi debet ex communi sono, et usu, sed maximè ex circumstantiis; et ex alia parte cum nullo modo interrogans jus habeat ad ita interrogandum, et Confessarius nullo modo indicare possit poenitentis peccatum, et nemo respondere tenetur, ubi legitimè non interrogatur; immo quisque occultare tenetur, quae secreta omninò tenere debet, hinc relatae responsiones eum sensum habent, ut mihi liceat dicere:

Notanda tamen hic sunt verba de superius posita, nimirum haec: Si praesertim excipiatur casus quo peccatum, de quo fit interrogatio, esset publicum: quia cum ex verbis illis: Nescio: nihil audivi: facilimè sit, ut notitia peccati habens venire possit in suspicionem infectae confessionis ejusdem, unde Confessarius de confessione peccati publici interrogatus eludere debebit interrogationem dicendo, poenitentem ipsum, quae judicavit facienda, et se officio suo functum fuisse, aut aliud quid similiter respondendo. Atque ex his, ex quibus facile patet, quae agere debeat Confessarius vel ab ipso Poenitenti in ejus [illegible] casus ex reddendo rationem negatae absolutionis, nimirum et tunc eludere [illegible] verentem dicendo se nulli
66. rationem reddere teneri, et debere nisi soli Deo, jam

Quaeres 3tio an Confessario aliquo in casu liceat extra confessionem uti notitia ex confessione habita?

Respondeo, uti ex superius jam dictis constat, Confessarium uti posse notitia ex confessione acquisita [illegible], quo Poenitens [illegible] ex [illegible] in casu, quo [illegible] Confessarius [illegible] notitia [illegible], quod ipse poenitens, si [illegible] esset, impediret.

teneretur, difficultatem tantum esse posse pro casu, quo talis expressa Pœnitentis licentia non haberetur. Pro eo autem casu sequentia tanquam omnino certa tenenda sunt. Et primo Confessarius sine dicta expressa Pœnitentis licentia modo notitia in Confessione habita movere non potest ad aliquid faciendum, aut omittendum, aut dicendum, ex quo alius præter pœnitentem invenire posset in cognitionem, aut non temere suspicari de peccato pœnitentis, aut de alio, quod sub sigillum sacramentale cadentia. Id enim præstare esset directe revelare pœnitentis peccatum. Secundo Confessarius sine dicta pœnitentis licentia expressa uti non poterit notitia ex Confessione habita, etiam seclusa quacumque sive directa, sive indirecta revelatione peccati pœnitentis, quando ex usu talis notitiæ sequitur praejudicium aliquod gravamen etiam temporale Pœnitentis, etiamsi vel tale gravamen esset justum, aut multo majus gravamen ejusdem Pœnitentis ex non usu talis notitiæ sequeretur; et propterea Confessarius dicta notitia uteretur ad impediendum majus damnum, seu malum Pœnitentis, prout nuper certum est contra nonnullos ex Decreto a Sacra Congregatione Generalis Inquisitionis auctoritate Innocentii XI. edito, et Romæ affixo an. 1682. quo prohibetur hæc propositio, et ejusdem praxis = Scientia ex confessione acquisita uti licet, modo fiat sine directa aut indirecta revelatione, et gravamine pœnitentis, nisi aliud multo majus ex non usu sequatur, in cujus comparatione prius merito contemnatur. Addita deinde explicatione, sive limitatione, quod sit intelligenda de usu scientiæ ex confessione acquisitæ cum gravamine pœnitentis, seclusa quacumque revelatione, atque in casu, quo multo majus gravamen ejusdem pœnitentis ex non usu sequeretur: Statuerunt dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pœnitentis, omnino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione, sive limitatione, et præsenti Decreto prohibent, ne quis ultra audeat talem doctrinam publice, aut privatim docere, aut defendere, sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis; mandantes etiam universis Sacramenti Pœnitentiæ Ministris, ut ab ea in praxim deducenda prorsus abstineant =. Hactenus verba Decreti, ex quo

551 Sequitur primo, Prælatum, seu Superiorem, aut Confessarium, qui postea ad superioris gradum fuerit assumptus, nullo modo uti posse ad exteriorem gubernationem ea notitia, quam de aliorum peccatis ex confessione habuit, ex. gr. amovendo ab officio sibi commisso, in electione ad Beneficia, et opus suum suffragium denegando, aut alia faciendo, aut omittendo, quæ non fecisset, aut non omisisset, ubi talis notitia habita non fuisset, ut etiam constat ex Decreto de casibus reservatis a Clemente VIII. edito die 26. Maii 1594; in quo ita statuitur, et decernitur =: Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur, sed Regula ita per quoscumque suos in omnibus generalibus observari mandamus. Quod Decretum etiam omnibus tanto magis in Regularibus, et secularibus aliis superioribus, ut etiam quoad hoc ex usu notitiæ sacramentalis omnino æqualiter Confessarius, uti ista cum dictam

licitum talem usum retardarentur à confitendis peccatis suis; et merito Episcopus non poterit removere ab officiis, quem tantum ex Sacramentali confessione scit esse indignum, quamvis tamen hujus poterit dimittere tamen, aut ab eo curas auferre, quod ex alia confessione scit, esse ipsum.

Clericus, qui simulans se confessarium abutitur confessione ad sollicitandum ad turpia suum poenitentem, et quidem etiamsi absolutionem non impertiverit, ut patet ex his dicti edicti verbis =: Coloro, che non essendo ordinati sacerdoti s'abbiano con sacrilego ardire usurpato, o si usurpino di celebrare la Messa, ancorchè non abbiano proferito le parole della consacrazione, o abbiano presunto di ministrare il Sacramento della Penitenza à Fedeli di Cristo, ancorchè non si sia venuto all'atto dell'assoluzione =: tam quamvis vi supra relatae Benedictinae Constitutionis, et aliorum Pontificiorum Decretis denunciandus sit necdum sacerdos approbatus pro audiendis confessionibus, verum et sacerdos non approbatus, qui sacramentali confessione, ut supra, abutitur ad sollicitandum ad inhonesta suum poenitentem, ut constat ex his verbis citatae Benedictinae Constitutionis =. Meminerint sacerdotes ad audiendas confessiones constituti teneri se, et obligari, poenitentes suos, quos noverint fuisse sollicitatos, sedulo monere de obligatione denunciandi inquisitoribus, sive locorum Ordinariis personam, quae sollicitationem commiserit, etiamsi sacerdos sit, qui jurisdictionem ad absolutionem valide impertiendam careat =: Nihilominus tamen virtute relatae Benedictinae Constitutionis poenitens denunciandus non esset sive laicus, sive Clericus, qui se sacerdotem, et confessarium fingens confessione abuteretur ad sollicitandum poenitentem ad turpia, et inhonesta: sicuti et denunciandus non esset poenitens, qui in confessione sollicitaret sacerdotem ad rem, aut in alia persona turpiter peccandum, cum ex una parte in praesenti simus in odiosis, in quibus strictam interpretationem fieri oportet; et ex alia parte laudata Constitutio Benedicti XIV., sicuti et alia Pontificia Decreta solum mentionem faciunt de sacerdotibus ad turpia sollicitantibus. Propterea cum hic agatur de personis sollicitantibus denunciandis de solis vero sacerdotibus sermo erit, et quidem ubi sollicitatio fiat in confessione sacramentali, aut ejusdem occasione, et praetextu, quia ex eadem ratione, quia nempe in dictis Constitutionibus solum mentio fit de sollicitatione in sacramentali confessione, aut ejusdem occasione, et praetextu, minime denunciandus esset vi illarum sacerdos, qui in aliis sacramentis, puta in administratione Baptismi, aut Eucharistiae, aut extremae Unctionis se disponentes ad turpia provocaret.

§ 4 Quando vero ad sacerdotes in confessione, vel ejusdem occasione, et praetextu ad turpia sollicitantes, aut inhonestos sermones habentes; illud tamquam certum tenendum est, nemini posse denunciandum esse sacerdotem, sive ipse tantum sollicitaverit, sive sollicitatus a poenitente poenitentem resolicitaverit sive poenitens consensum praestiterit, sive non praestiterit ut patet ex illis Benedicti XIV verbis =: Aut sollicitatio inter confessarium et poenitentem fuerit mutua, sive poenitens sollicitationi consenserit, sive consensum minime praestiterit =: Ideo denunciandus est sacerdos, qui poenitentem sollicitaverit, ut inducat aliquod signum ad saecum faciendum, ut indicant verba illa Constitutionis Gregorii XV: quae personas ad inhonesta inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda sollicitare vel provocare tentaverint: vero et

denuntiandum esse sacerdotem, qui, ut supra, sollicitaverit poenitentem ut consentiat turpiter peccare cum se ipso, tum cum alio, ut clare ostendunt verba illa: aut sollicitatio a confessario non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. quae in Constitutione Benedicti XIV habentur: atque item denuntiandum esse sacerdotem in sacramentali confessione, aut ejusdem praetextu sollicitantem non solum mulierem, sed et virum poenitentem, sive pubes, sive impubes, sive juvenis, sive aetate provectus fuerit, ut indicant verba illa Benedictinae Constitutionis. Qui aliquem poenitentem, quaecumque persona illa sit, sollicitare tentaverint. Quibus tanquam certis suppositis pro aliquibus dubiis huc spectantibus solvendis

575 Quaeres primo, an sit denuntiandus sacerdos, qui mulieri in confessione sollicitanti simpliciter consensit?

Respondeo, plures in ea sententia esse, ut non solum valeat talem confessarium esse denuntiandum; sed etiam contendunt, oportere esse proscriptum cum a Gregorio XV, tum a Benedicto XIV, et primo quia per dictorum Pontificum constitutiones denuntiandi sunt confessarii, qui etsi non sollicitaverint, seu provocaverint poenitentes suos ad turpia, habuerint tractatus inhonestos, sicuti contingit etiam in eo casu, quo confessarius mulieri sollicitanti consentit, verbis nempe, aut nutibus, aut factis annuendo; ideo quia obligatio denuntiandi habetur etiam in eo casu, quo sollicitatio fuerit mutua, qualis videtur esse, vel cum confessarius simpliciter consentiret mulieri sollicitanti. Quod tamen negarunt asseri plures contendunt, propterea negantes obligationem denuntiandi confessarium simpliciter consentientem sollicitationi sibi factae, quia nempe Pontificiae constitutiones solum loquuntur de confessariis sollicitantibus, qualis non est, qui simpliciter poenitenti sollicitanti consentit, utpote cum talis consensus non constituat confessarium reum sollicitationis activae, sed tantum passivae, ac quam poenae inflictae contra sollicitantes, seu sollicitationem activam non attendentur. Atque hinc ex tum fundamentum prioris sententiae respondent, verba relatarum constitutionum intelligenda esse de tractatibus turpibus quorum auctor sit ipse confessarius, quod non obscure colligitur ex eo, quod verba illa: poenitentes sollicitare, aut provocare tentaverint, continuatum sensum habent cum aliis. aut cum eis illicitos, aut inhonestos sermones, aut tractatus habuerint: atque priora verba non de passiva, sed activa sollicitatione meminerint. Ad alterum vero negant, tunc sollicitationem mutuam intervenire, utpote cum haec in rigore evenit vel cum confessarius ad turpia sollicitatus a poenitente dissentit, aut alio sermone divertit, ac deinde post aliquod intervallum ipsum poenitentem sollicitat; vel cum poenitens sollicitat confessarium ad unam luxuriae speciem, sed ipse provocat poenitentem ad aliam, ut [illegible] dicendis notabitur.

576 Quaeres 2do, an denuntiandus sit confessarius qui a muliere [illegible] sollicitatus ei cognitionem de alieno peccato [illegible] [illegible] dicere nomen habere copulam?

Respondeo, hac in re passim conveniunt doctores, confessarium nominem a poenitente ad turpia sollicitatum denuntiandum esse [illegible] poenitens, sollicitans ad unam speciem [illegible] [illegible] sodomiam ipse vero confessarius eum trahens ad aliam

speciem peccati luxuriæ minimè contentā in eo, ad quem pœnitens provocavit, v. g. ad copulam, quia nempe tunc verum ēēt, quod Confessarius excitaret pœnitentē ad actū turpem, ad quē non fuit solicitatus: et per consequens sollicitatio tunc foret dubia. Dubiū verò est inter Doctores, ubi actus, ad quē Confessarius pœnitentē invitat, est inclusus in peccato turpi, ad quod pœnitens sollicitat, ut sunt turpes tactus simpliciter tales, idest sine pollutionis periculo exerciti, quia tunc videtur tantū verificari, quod Confessarius consentiat sollicitationi sibi factæ, minimè verò, quod sollicitat. Quod tn̄ admittendū non ēē arbitror, ubi tales turpes tactus secundū se intenduntur, quia nempe et hi secundū se intenti specialem malitiam à ceteris luxuriæ speciebus distinctā importare, ut in Tract. de peccatis de luxuria loquendo ostendebam, et propterea etiā in hoc casu Confessarius erit denunciandus. Sed jā

577 Quæres 3tiò, an denunciandus sit Confessarius in sacramentali Confessione, aut ejusdē occasione, ut supra, sollicitans suū pœnitentē ad actus secundū se tantum leviter inhonestos, ut puta ad turpiloquiū, cantiones non omino castas, et hujusmodi?

Respondeo, in eo omnes convenire, Confessariū nempe denunciandū esse, quoties ex circumstantijs non obscurè conjiceretur, quod eo levi actu habuerit animū ulterius progrediendi, cū de facto talis sollicitatio etiā secundū id, quod apparet, esset graviter peccaminosa. Dissidiū tn̄ maximū est inter Doctores, ubi talis levis actus cū dictis circumstantijs conjunctus non esset. Plures siquidem contendunt, tunc nullā esse denunciandi obligationem; et hoc præcipuè ex ea ratione, quod ex una parte ad denunciandū Confessariū tanquam sollicitantē ad turpia requiritur, quod actus sollicitationis sit grave peccatū; ità ut appareat, sollicitantē graviter deliquisse, ut patet tū ex eo, quod in Pontificijs Constitutionib. crimen sollicitationis appellatur nefaria improbitas: tū ex eo, quod denunciandus tanquā reus sollicitationis dicatur denunciandus tanquàm suspectus de hæresi: et ex alia parte actus, qui est levis contra castitatem nequit fieri gravis in sacramento, cū alioquin etiā peccatū leve mendacij inter confitendū commissū grave fieret ratiõe sacramenti: quod jā falsum est. Sed quamvis hæc ratiōi speculativè dicta vera ēē videantur, in praxi tn̄ ea altera non expers, cū vix videā fieri posse, ut talibus actibus vel secundū se leviter inhonestis non ostendatur pravus animus libidinosus. Atque ex his

578 Quæres 4tò, an denunciandus sit Confessarius, ubi à multo tempore facta fuit sollicitatio, et adeò merito præsumi potest, fuisse emendatum?

Respondeo quoad ad rem attinet solutionem petere ex illis verbis Constitutionis Benedicti XIV: etiamsi vel longum tempus post ipsā sollicitationem jā effluxerit et propterea dubiū tantūm est inter Doctores pro casu, quo ipse Confessa-

rius ex hac vita migrasset. Quod afirmant non pauci exemplo Conf-
sarii, qui jam etiam post mortem est denunciandus juxta communem
sententiam, sed non recte, ut arbitror, quia videlicet de heretico lo-
quendo adhuc finis legis denuntiationem præcipientis saltem ex par-
te subsistit, scilicet reparatio damni ab illo illati; è contra vero in no-
stro tali confessario, qui sollicitavit, toto vero, et finis legis man-
dantis illum denuntiari cessavit, nimirum illius emendatio, et puni-
tio; et propterea saltem talis confessarij crimen ab obligatione de-
nuntiationis probabilius manet liberatum.

579. Quantum vero ad secundum, plures non impro-
babiliter censent, Confessarium non esse denuntiandum, ubi de qui-
dem seria emendatione constat, quia nempe tunc jam cessasset
finis totalis, et adequatus legis denuntiationis, qui est Rei emen-
datio et ablatio damni forte causati. Quod tamen plures alii proba-
bilius negant, quia finis legis jubentis denuntiari sacerdotem,
ut supra, ad turpia sollicitantem, nedum est Rei emendatio, ve-
rum etiam ejusdem punitio ab ecclesia, damnum reparandum, et
scandalum removendum intento, ut patet vel ex eo, quod in Pon-
tificiis Constitutionibus mandatur, nulla penitus præmissa cor-
reptione, fieri denuntiationem. Sed pro horum majori intelligen-
tia

Quæres 5to, an denuntiandus sit Confes-
580. sarius, qui de sollicitatione jam fuerit satis convictus, et etiam pu-
nitus? Respondeo, hic in re illud certum esse, ni-
mirum nedum denuntiandum esse Confessarium, qui postquam de cri-
mine convictus, et punitus fuit, iterum delinquit; verum etiam
ubi de sollicitatione non fuit plene convictus, et ideo nec pu-
nitus, et propterea dubium tantum est pro casu, quo Confessa-
rius de suo peccato jam fuit satis convictus, et punitus, et post
pœnam, quam subijt, iterum non sollicitavit. Quo in casu quam-
vis plures censeant, tunc non esse præcepto denuntiationis,
adhuc probabilius dici potest, talem confessarium esse denunti-
andum, quemadmodum denuntiare tenetur mulier sollicitata
quamvis ab alijs ab eodem Confessario sollicitatis facta jam fue-
rit denuntiatio. Ratio autem est, quia etiam [illegible] [illegible], nisi
non certo constat de emendatione. [illegible]

581. Quæres 6to, an denuntiandus sit sacerdos
[illegible], qui pœnitentem sollicitavit?

Respondeo, hic difficultatem tantum esse posse
an talis sacerdos veniat denuntiandus vi supra relatarum Pontifici-
arum Constitutionum de Confessarijs ad turpia sollicitantibus pœnitentes
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Romanæ [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] constat ex sequentibus
[illegible] [illegible] che averanno ottenuto o ardiranno il sacrame-
to della Penitenza, confessori della Confessione, o Confessiona-
rio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] di cosa Matica o non convenienti
al [illegible] [illegible] o stato [illegible] — loquendo itaque de de-
nuntiatione [illegible] [illegible] in [illegible] constitutionum quamvis non

nulli existiment eos obligare etiam sacerdotem, qui simplicis interpretis personam in confessione gerit, quia interpres videtur non solum gerere partes Poenitentis, sed etiam Confessarii, utpote ad hujus tersa indicat poenitentem, nihilominus id negandum videtur, tum quia interpres magis se habet ex parte Poenitentis, quam Confessarii; tum quia praelaudatae constitutiones tantum loquuntur de Confessariis sollicitantibus, et poenales sunt et utpote poenales strictam admittunt interpretationem. His autem expositis pro hujus materiae complemento

582 Quaeres ultimo, quid dicendum sit pro casu, quo vel Loci Ordinarius, aut Inquisitor in tanto inolito ... baretur, ut poenitentem suum ut supra, ad turpia sollicitaret?

Respondeo, neminem esse, qui post supra relatam constitutionem Benedicti XIV. inficiatur, tum Episcopum tum Inquisitorem ad turpia in confessione sacramentali poenitentem suum sollicitantem esse denuntiandum. Verum solum controvertitur, cuinam sit facienda denuntiatio. Nam de episcopis loquendo plures in ea sunt sententia, quod non Inquisitoribus, sed Apostolicae Sedi sunt immediate denuntiandi, idque evincunt exemplo Haeresis formalis, quo nempe episcopi talis criminis rei facti, Sedi Apostolicae sunt immediate denuntiandi, ut colligitur ex capit. Inquisitores de Haeret. in 6., et ex Trid. Sess. 24. Cap. 5. sic decernente =. Causae criminales graviores contra episcopos, etiam haeresis.... ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur, et terminentur =. Quam tamen doctrinam Trid.i quamplures alii exponentes de cognitione, quae sit per processus formationem, et sententiae prolationem, contendunt, episcopos denuntiandos esse Inquisitoribus contra haereticam pravitatem, qui tamen nequeant contra ipsos procedere, sed accepta informatione rem totam ad Sedem Apostolicam mittere debent, ut non obscure habetur in Extravagan. Cum Mattheus. De Haereticis, ubi sic praescribitur procedendum contra Haereticos, et Officiales Sedi Apostolicae immediate subjectos. Loquendo vero de Inquisitoribus ad turpia sollicitantibus, communis sententia distinguit inter Inquisitores, qui sunt veri delegati Sedis Apostolicae, ejusque Officiales, et inter Inquisitores, qui tantum sunt subdelegati, et Commissarii Inquisitoris Generalis; hos quippe ipsi Inquisitori Generali, aut proprio Ordinario denuntiandos esse docent; Inquisitores vero primi generis, ut supra ad Sedem Apostolicam deferendos. Sed jam sit

Articulus Tertius.

De Personis ad denuntiandum obligatis.

583. Poenitentes ad turpia in sacramentali confessione, ut supra, sollicitatos absolvi non posse, nisi prius confessarium sollicitantem denuntiaverint, aut si id sit impediti, statim faciendam denuntiationem, sicut efficaciter promittant denuntiationem quamprimum cessaverit impedimentum, patet ex his verbis

Constitutionis Benedicti XIV =. Caveant insuper diligenter Confessarij, ne Poenitentibus, quos noverint jam ab alio sollicitatos, sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denuntiationem praedictam ad effectum perducentes, delinquentem indicaverint competenti judici, vel saltem se, cum primum poterint, delaturos spondeant, ac promittant =: Imo ad denuntiationem hanc faciendam teneri nedum poenitentes sollicitatos, verum etiam omnes alios, qui sollicitationem a Confessario factam certo sciverint, puta vel eo quia proprijs oculis viderint, ac suis auribus audierint vel ex facto, et ore ipsius Confessarij, vel ex testimonio Poenitentis, qui sit fide dignus et bonae famae, communis est Theologorum sententia, et doctrina ostenditur ex eo, quod per sacrae Inquisitionis decreta super ea re, quales sunt Confessarij sollicitantes, denuntiari jubeantur etiam a personis, quae tanquam testes immediati [illegible] audire [illegible] testari possint. Quapropter hic restat [illegible] expendere nonnullos casus, in quibus non sit aliqua difficultas, num sollicitatus, aut sollicitationem sciens denuntiare teneatur. Sed in antecessum

587 Quaeres primo, quomodo confessarius se gerere debeat cum suo poenitente, quem suae obligationi denuntiandi non satisfecisse deprehenderit?

Respondeo, hic nullam difficultatem esse posse circa poenitentem, qui citra ullam culpam denuntiationem omisit, ut puta vel eo quia invincibiliter suam ignoraverit obligationem, vel eo quia legitimo impedimento detentus, sive sponte eam distulerit vel ad Ordinarium, vel ad Inquisitorem. Hunc quidem monendum esse de sua obligatione denuntiandi, constat ex supra dictis num. 565; nullam tamen poenam incurrisse patet vel ex eo, quod haec sine culpa non contrahitur; imo et absolvi posse a quolibet confessario, ubi praesertim sollicitationi non consensit atque paratus est, ut primum poterit, denuntiare vel ex paulo supra dictis manifeste colligitur. Hinc dubium tantum est pro eo casu, quo denuntiatio culpabiliter omissa fuit per totum tempus pro denuntiatione in decretis Sanctae Inquisitionis praefixum: et propterea contracta est excommunicatio in iisdem decretis lata et praesertim in decreto S. Romanae Generalis Inquisitionis sub die 10 Martii 1677 sub his verbis =: Comandiamo in virtù di Santa ubbidienza, e sotto pena di scomunica di lata sentenza ... a tutte, e ciascuna persona di qualunque stato grado, e condizione, o dignità, così ecclesiastica, come secolare, che passato il termine di un mese ... si debbano rivelare, e giuridicamente denunziare [illegible] agli Ordinarij tutti, e ciascuno in que[illegible] sapranno o abbiano avuto, o averanno notizia [illegible] che abbiano [illegible] tentato o [illegible] il Sacramento della Penitenza [illegible] o [illegible] In eo autem casu antequam ipsa denuntiatio fiat, vel a confessario privilegiato absolvi non posse, constat ex hic [illegible] decreti verbis =: Si dichiara, che quelli, i quali non denunzieranno come si ordina col presente Editto, non

non possono essere da alcuno assolti, se non dal S. Offizio, dopo che averanno in esso giuridicamente rivelato i delinquenti = Idque etiam suadetur vel ex eo, quod ab excommunicatione reservata, qualis est ea, quae lata est in non denuntiantes intra praefixum tempus, vel privilegiatus absolvere non sit, nisi prius satisfacta parte; atque a peccatis nemo sit absolvere, nisi prius data fuerit absolutio ab excommunicatione.

586\. Hinc dubium solum restat pro casu, quo sollicitationis consensus tacet denuntiationem, aut obligatio eximitur, puta per mortem sollicitantis, autnota est jure antea a simplici confessario absolvi non posse, constat ex paulo ante dictis quoniam per Decreta Sacrae Inquisitionis absolutio a tali censura reservata est Summo Dno Pontifici, et Inquisitoribus contra haereticam pravitatem; ita tamen ut habens specialem, ac generalem delegationem absolvendi a casibus Papae reservatis absolvere etiam possit delinquentem in legem praecipientem denuntiare sollicitantes ad turpia, quia casus omissionis denuntiationis non est inter eos, qui speciali expressa licentia indigeant. Sed jam pro proposita difficultate

587\. Quaeres 2do, an detur casus, in quo conscius sollicitationis ac turpia a Confessario factae immunis sit ab onere denuntiandi? Respondeo, in primis hic admittendam non esse opinionem illorum, qui ab obligatione denuntiandi immunem existimarunt non potentes juridice probare sollicitationem, ut vel constat ex propositione ordine 5. inter damnatas ab Alexandro VII, quae est hujus tenoris =: Quamvis evidenter constet tibi, Petrum esse haereticum, non teneris denuntiare, si probare non possis = 2do neque audiendos esse eos, qui tenuerunt, non esse obligationem denuntiandi, ubi delictum est occultum, utpote cum vix contingat tale delictum publicari; atque sic lex denuntiandi foret omnino inutilis. 3tio neque probanda esse eorum sententiam, quae a dicto onere denuntiandi eximit eum, qui sub sigillo naturali scit sollicitationem, quia nemo tenetur de secreto, etiam juramento firmato, quando illud in damnum commune vergit. Itaque verum proximum est, ubi sollicitatio non fuit manifestata ad petendum consilium, quia hoc in casu satis communiter docent, eum, a quo consilium petitum fuit, ab obligatione denuntiandi immunem esse, utpote cum tunc secreti propalatio esset et contra bonum commercium, et contra bonum publicum quod in consiliis ex natura certo intervenit: 4to eo minus tenendam esse opinionem illorum qui a denuntiatione deobligant sollicitatum, ubi is sollicitationi consensit ut expresse habetur in supra citata Constitutione Benedicti XIV ut constat vel ex eo, quod in casu nihil est, quo sollicitatus dici possit deobligatus a denuntiatione, dum turpe sui consensum aperire non tenetur; imo de suo consensu interrogatus, utpote illegitime interrogatus et eludere, et etiam negare sit suum consensum, ut habetur ex Decreto Sacrae Inquisitionis sub die 27. Septembris 1724 his verbis = Si mulier consensit Confessario sollicitanti, non tenetur suum consensum manifestare, nec sit super hoc ab eiusdem interrogari =: Tandem non possum [illegible] amplius sententiam illorum qui volunt, propterea sollicitatum, aut aliud

sollicitatione inventa posse a denuntiatione supersederi, si per correctionem fraternam sit moralis spes emendationis, ut expresse decrevit Alexander VII. die 8. julij 1660. his verbis = etiamsi nulla fraterna correctio, vel alia monitio praemissa fuerit, omnino teneantur (Fideles) ad denuntiandum, quos noverint esse de fide quomodolibet aliquatenus suspectos =. et propterea cum Confessarij sollicitantes aliquam haeresis suspicionem ingerant, etiam denuntiandi, etiamsi per fraternam correctionem emendandi essent. Neque tamen quaestio omnino firma tenenda in praesenti difficultate quidquid interim sit, an Pater, Mater, Frater, Soror, aut hujusmodi teneantur denuntiare Confessarium, qui sit eorum filius aut frater, de quo vide dicta in Tract. de Fraterna Charitate à num. 425; ubi et alia colliges ad rem praesentem pertinentia, dum interim

588. Quaeres 3tiò, an obligatus, ut supra, ad denuntiandum suae satisfaciat obligationi, ubi per epistolam, aut internuntium rem ad Ordinarium, aut Inquisitorem deferat?

Respondeo hic tantum difficultatem esse posse pro eo casu, quo quis per semetipsum denuntiationem facere non sit sine gravi incommodo, sub quo lex merè positiva non habet obligare, quia penes omnes tanquam certum est, obligationem denuntiandi sollicitantes ad turpia, ut supra, esse personalem, cui per aliam personam satisfieri non potest. Pro eo autem casu, quo sciens sollicitationem commodè adire non sit Inquisitorem, aut loci Ordinarium, puta propter aegritudinem, aut clausuram, aut etiam propter pudorem, aut ruborem, quem puella nobilis v.g. sollicitata superare non possit, monere debebit vel per literas, vel per internuntium ipsum Inquisitorem, aut loci Ordinarium, ut domum mittat Notarium ad denuntiationem excipiendam; et ita quidem ut, si sine nota aliqua, aut periculo id praestari non possit per aliquem ex ministris S. Officij, aut alterius personae satis expeditas sit ut delegatur, seu mittatur Confessarius, ut recipiat in scriptis, et cum juramento denuntiationem, prout decrevit Sacra Suprema Inquisitio jussu Urbani VIII. die 27. Septembris 1624. his verbis =. E quando il penitente tuttavia persista nella medesima renitenza Nostro Signore si contenta, che dal Vescovo, o Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricevere per scrittura, e con giuramento la denunzia, per portarla subito a chi gli avrà data l'autorità di pigliarla =. Hactenus decretum, quod si executioni mandari non possit, eo quia mulier sollicitata ob timorem, aut aliam causam induci non, possit ad taliter denuntiandum, pro opportuno remedio ad Sedem Apostolicam recurrendum erit, interim tanquam indispositam remittendo poenitentem, prout post alios docet P. Viva in expositione propositionis [illegible] inter damnatas ab Alexandro VII, ubi, sub num. 7. subjungit, quod in casu non absimili ipse obtinuit per Innocentium XI, qui benigne dignatus fuit facultatem ei dare absolvendi sub ea vice Poenitentem circa [illegible] denuntiationem quam [illegible] non posse [illegible] rationis [illegible]

Articulus quartus.
De sollicitatione dubia.

589 Ad dignoscendum, an in dubio sollicitationis sit obligatio denuntiandi confessarium, attendere oportet in primis ad dubii qualitatem, nimirum an dubium sit positivum, an vero sit negativum: secundo an dubium versetur tantum circa factum, an vero tantum circa personam. Si enim dubium sit negativum, seu tale, ut vel nulla, vel nonnisi levia fundamenta habeantur, quod confessarius aliquid fecerit, aut dixerit in confessione, aut ejusdem occasione, quod poenitentem valeat ad luxuriam provocare, vel si aliquid dixerit, aut fecerit, non sit prudenter affirmari, illud factum, aut dictum esse excitativum ad turpia, aut tali animo, scilicet ad inhonesta provocandi, fuisse usurpatum, si, inquam, dubium est negativum, facile dimittendum arbitror, nullam esse denuntiandi obligationem, et hoc, non solum quia si dubia in meliorem partem sunt interpretanda, ut docent jura clamant, praesertim in dubio negativo ita sunt interpretanda; verum etiam quia ex una parte in dubiis quisque suam possidet libertatem, meliorque est conditio possidentis; et ex alia parte in dubio favendum est reo, et ipsa jura promptiora sunt ad absolvendum, quam ad condemnandum; et propterea quandiu aliter non [illegible], ubi quis a levibus, et fide non dignis personis accusatur, confessarium ad turpia suum poenitentem in confessione sollicitasse, censendus est immunis ab onere denuntiandi, nisi cum tali testimonio vehementes conjecturae, quae veritatem ostendant, habeantur, quia si haec accedant una simul cum tali testimonio, moralem certitudinem facti gignunt, atque sic denuntiatio est facienda.

590 Si vero autem dubium sit positivum, illudque tantum circa factum versetur, cognoscatur nempe persona, quae aliquid fecerit, aut dixerit suo poenitenti in confessione, aut ejusdem occasione, ignoretur tamen an illud dictum, vel factum aut de se, aut ex circumstantiis, aut ex intentione operantis sit provocativum ad turpia; quinimo ex utraque parte habeantur urgentia, et probabilia argumenta, affirmandi scilicet, et negandi sollicitationem, si dubium, inquam, est tale, communior est sententia militans pro immunitate obligationis denuntiandi; ut constat tum ex rationibus paulo ante relatis, tum ex eo, quod ex Pontificiis constitutionibus solum est obligatio denuntiandi sollicitantes confessarios, atque in dicto dubio confessarius non est vere sollicitans, cum crimen dubium non possit dici crimen. Unde hic non obstat supra laudatum decretum Alexandri VII, quo vel leviter suspecti de haeresi denuntiari jubentur. Nam ibi mandatur denuntiatio illius, de quo etiam suspicio tantum levis est, quod fecerit delictum, quod est formalis haeresis: minime vero mandatur denuntiatio illius, qui fecerit delictum, quod tantum gignit suspicionem haeresis, ubi levis solum suspicio est, quod tale crimen fuerit commissum; et propterea cum sollicitatio sit quidem

delictum quod gignit suspicionem hæresis, minimè verò sit hæresis fonis, argumentum ex dicto tractatu desumptum in præsenti nonu aget. Major verò difficultas est, ubi dubium posi-

591 tum est tantum circa personam, constat nempe, delictum fuisse commissum; ignoratur tamen persona auctrix sollicitationis, ita tamen ut habeantur graves conjecturæ, et indicia circa hunc numero confessarium. Tunc autem, quamvis pro opposita parte similes conjecturæ et indicia habeantur, videtur standum pro denuntiandi obligatione, quia dum crimen est certum, judices vitâ procedere possunt contra personam, de qua dictum dubium vergit; idque præsertim pro eo casu, quo meritò sperant, se ad moralem certitudinem deventuros. Quod diligenter notandum, quia si casus esset, quo præponderatur, quomcumque adhibito conatu, judices dictam moralem certitudinem non acquisituros, sed rem obscuram mansuram, denuntiatio non videtur facienda, tum quia inutilis foret; tum quia cum sacerdos possit esse innocens, rationem aliquo modo diffamaretur; tum quia vel si sacerdos coram Deo reus esset, attamen in dubio servari debet illæsa ejusdem fama.

592 Atque ex his cum P. Lucio Ferraris verb. Sollicitatio ad turpia num. 57. pro recta praxi ipsos Confessarios admonere juvat, ut antequam Pœnitentes obligent ad denuntiandum sacerdotes, ut supra, sollicitantes, diligentissimè attendant qualitates, et conditiones tum Pœnitentium, tum Confessariorum, et maturè examinent verba, et sensum verborum, et significationem signorum, nutuum, tactuum, et hujusmodi præfatæ sollicitationis, et ubi ex ipsis non appareat certa sollicitatio, seu de se cognoscere nequeant, an vere in his intervenerit sollicitatio denuntianda, consulant alios confessarios in his materijs instructiores, et expertiores, cum non semel à non satis instructis Confessarijs immeritò fuerint obligati Pœnitentes ad denuntiandum innocentes Confessarios cum [illegible] sacramento suæ famæ, et gravissima sua injusta affliction[e], et [illegible]; aut è contra ad reos, et sacrilegos Confessarios denuntiandos, pœnitentes sua dubia patefacientes fuerint deobligati cum maxima sacramenti injuria, et summa pœnitentium pernicie. Quapropter ad duo illa extrema omnino vitanda cum S. Alphonso Ligorio [illegible] § 4 num 709 placet subnectere nonnullos casus, particulares in quibus Doctores communiter censent, denuntiandum esse Confessarium [illegible] sollicitationis ad turpia, et sunt sequentes:

593 Primus est, ubi Confessarius mulieris confessionem audiens, aut ejusdem occasione, et prætextu ei dicerit: Tecum libenter matrimonium contraherem, si essem sæcularis: quia non nisi talia verba occasione prætextu confessionis dicta, ignota [illegible] impertinentia ad sacramentum, immò ejusdem reverentiæ contraria indicant impurum amorem Confessarij, et valent excitare [illegible] [illegible] Secundus est quando inter audiendum confessionem, aut immediatè ante aut immediatè post mulieri dicere [illegible] mei, quia ex toto corde te diligo: nisi præsertim adsint circumstantiæ clarè indicantes id fieri ex alio fine, v. g. ad [illegible] illa jam diu [illegible] inclinata ad relinquendum [illegible] [illegible]; Tertius est, ubi Confessarius statim ab audita Confessione

mulieris ei diceret: expecto me hodie domi tuae, vel hodie veni domum meam, quia tibi volo ostendere amorem meum; vel quia necesse tecum secreto loqui. ubi profectim inde domi tractasset de inhonestis. Quartus est, si confessarius agnoscens proclivitatem mulieris sibi confitentis peccatum turpe diceret: tu es alius meus non es humana: vel veniam in domum tuam, si mihi promittas tacere, quod voluero cum talis modus loquendi una simul cum circumstantia confessionis animum inhonestum ostendat. Quintus est, ubi mulieri confitenti, se habuisse turpia desideria erga ipsum confessarium, ipse responderet, quod post confessionem de eo loquerentur, cum sic ostenderet, se paratum ad peccandum cum illa. Sextus est, quando confessarius audiens peccata turpia mulieris ei diceret: Hoc tua peccata cadere me faciunt in pollutionem involuntariam, et eo magis si diceret voluntariam, ut notat Leander, ubi confessarius accepturus ad audiendam mulieris confessionem ei responderet: nolo te audire in confessione, ne aliquid mihi contingat, quia tui amore captus sum: quia talia verba sunt satis provocativa ad luxuriam. Tandem, alijs casibus omissis, ubi confessarius audiens confessionem mulieris, cum qua peccavit, eam tunc objurgaret solum de peccatis cum alijs commissis; minime vero de peccatis secum patratis, vel si reprehendendo leniter excusat, eam mirando, si in posterum cum alijs peccare audebit, utpote cum tunc ostendit; se id prestare ex zelotypia. His autem diligenter notatis

594. Quaeres, an sit denunciandus confessarius, qui inter audiendum confessionem mulieris pulchritudinem laudat?

Respondeo, inter duas extremas sententias, quarum una stat pro obligatione denunciandi, quia ex una parte tunc sine aliqua justa causa id fieret; et ex alia talis laudatio non parum conducit, experientia teste, ad excitandum impurum amorem cum de sexu diverso, ita soleant homines ac sexus nexandum aliorum. Altera vero talem denegat obligationem, quia res inhonesta non est verbis decentibus laudare mulierem ex pulchritudine. inter duas, inquam, illas extremas sententias profiteor mediam esse tenendam. quae medium tenens docet, recurrendum esse tum ad modum loquendi, tum ad circumstantias, quae si tales sunt, ut animum libidinosum ostendant, denunciationem faciendam esse; secus vero, ubi et modus loquendi, et circumstantiae denotant, solum id procedere ex quadam imprudentia, et animi levitate, quia nimirum in primo casu talis laudatio omnibus inspectis aequivalet tractatui inhonesto, secus vero in secundo casu, quamvis tamquam res maxime periculosa modis omnibus sit insectanda. Atque idem dicendum erit pro casu, quo in actu aut occasione confessionis confessarius aut traderet, aut promitteret donum magni valoris, tunc namque locus erit denunciationi, si modus donandi, et circumstantiae ostendant, id fieri ad mulierem illam excitandam ad turpia, secus vero, si alio fine id fieri dignoscatur. Pro complemento

tur, meo, quoniam praeter alios poenas in jure statutas Benedictus XIV. a 5. Augusti 1744 contra delictos, ut supra, sollicitantes ad turpia statuens, perpetuam inhabilitatem ad Missae celebrationem his verbis =: Confessarij sollicitantes ad turpia in actu Sacramentalis Confessionis, sive in ibi occasione, aut praetextu, praeter poenas a jure inflictas perpetuam etiam inhabilitationem incurrant ad sacrificii celebrationem =: Dubium, quod est inter Doctores, an executioni talis poenae locus sit etiam ante sententiam declaratoriam judicis, modo solvendum superest.

595 Circa tale dubium autem plures in ea sunt sententia, quod requiratur sententia saltem criminis declaratoria, atque illam probant ex eo principio, quod tradidi in Tract. de Legib. Cap. 7. §. 3. a num. 474, nimirum quod leges hujusmodi imponentes poenam ipso facto incurrendam, juris jam acquisiti, aut acquiri coepti privativam regulariter non obligant in conscientia ad talem poenam subeundam ante quamcumque judicis sententiam, saltem criminis declaratoriam; sicuti in casu jam privaretur sacerdos, utpote qui statim ac ordinatus est, jus habet ad Missae sacrificium offerendum. Quod principium tanquam verum plures alij admittentes solum loquendo de poenis positivis, quae scilicet actionem aliquam externam Rei exigunt ad sui executionem; secus vero de poenis privativis, quae scilicet important inhabilitatem vel ad aliquod jus acquirendum, vel cessationem a jure jam acquisito, docent, sacerdotem ut supra, sollicitantem suam sollicitatricem ante quamcumque judicis sententiam debere a celebrando desistere. Idque probant exemplis legis inhabilitantis beneficiatum ad percipiendos fructus beneficij ob horarum omissionem, conjugatum ad petendum debitum conjugale propter incestum, et hujusmodi. Quae an sint efficacia, colliges, si relegas dicta loco citato de Legib. Dum interim finem pono praesenti Tractatui de Poenitentia jam tum Poenitentib., tum Confessarijs scitu necessario ut ab eo tanquam unico medio sepositi in peccatum mortale nos Dominum salutem pandere voluerit Christus Dominus humanae Sacramentorum auctor, et Salvator noster, cui semper sit honor gloria, et gratiarum actio in saecula saeculorum. Amen.

XIV.
...a sta-
...ontas.
...nia in
...ecnas
...ut quod
...santo
...r san
...; atque
...its Cap.
...ndum
...nriva-
...) sub-
...aton-
...mae
...) prin-
... oe
...t'od
...mpor.
...dem
...rum
... a a
...ntis
...issi-
...rosta
...loco
...tolu
...acai-
...tore
...rond
...nor

utri
et ex
ae,
tuis
prop
pro
[illegible]
pos
[illegible]
[illegible]
[illegible]
fran
[illegible]
Te
cons
tho
in p
[illegible]
[illegible]

1.

uni
ra,
[illegible]
[illegible]
[illegible]
in p
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
no
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
et

2.
et
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Tractatus Decimusquartus.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

Quoniam, ut utar verbis Catechismi Romani hic num. 15. cui hostis humani generis, quod vivimus, nunquam desinit de interitu, et exitio nostro cogitare, nullo tamen tempore, ut nos omnino perdat, ac, si fieri possit, spem nobis divinæ misericordiæ eripiat, vehementius omnes nervos contendit, quam cum supremum vitæ diem appropinquare animadvertit; hinc Clementissimus Deus, ut nobis provideret de remedijs opportunis ad æternam salutem consequendam, non solum voluit instituere Sacramentum Pœnitentiæ, quo amissam gratiam post Baptismum recuperaremus, et ad filiorum consortium iterum admitteremur, verum etiam ejusdem benignitate factum est, ut instituerit Sacramentum Extremæ Unctionis, quo vim, et impetum Adversarii nostri, seu Dæmonis insidiantis [illegible] frangere, et ejus calliditatem, et artificium eludere valeamus. De hoc ergo Sacramento, quod, ut Tridentini Patres Sess. 14. in Proœmio de extrema Unctione, est et Pœnitentiæ, et totius christianæ vitæ consummativum, modo nobis agendum est, et quidem juxta methodum in aliis exponendis Sacramentis servatam, et proptereà in primis ejusdem naturam, institutionem, et necessitatem; deinde ipsius materiam, et formam; tertio ministrum, et subjectum; et tandem illius effectus exponendo. Sit ergo

Caput primum.

De natura, institutione, et necessitate Extremæ Unctionis.

1\. Varias in ecclesia Christi sacras adhiberi Unctiones, ejus praxis universalis ostendit. Nam sacerdos primo ungit oleo benedicto in pectore, et inter scapulos Baptizandum: deinde et ipsum baptizatum statim post Baptismum in vertice capitis sacro Chrismate ungit: tertio Episcopus in fronte sacro Chrismate Confirmandum perungit, sicuti et unguntur sacerdotes, et Episcopi in eorum consecratione. Sed de his sacris Unctionibus in præsenti sermo non erit, sed duntaxat de illa sacra Unctione, qua oleo benedicto et consecrato unguntur baptizati adulti ad vitæ suæ extremum redacti; quæ proptereà a Trid. Sess. 14. can. 3 nuncupatur Sacramentum [illegible]; et ab Auctoribus Catechismi Romani vocatur Sacramentum unctionis infirmorum. De hoc autem ut aliquid ordinate [illegible] no. modo: Sacramentum Unctionis infirmorum a Christo Domino institutum ad sanitatem mentis, et corporis precibus sacerdotum [illegible] per unctionem olei consecrati, et sanitate morborum [illegible] salute animarum expedierit; vel cum aliis [illegible] est, Sacramentum a Christo Dño institutum ut ægroto de sua vita periclitanti conferendo salutem animæ, vel etiam corporis, per unctionem olei Benedicti, et orationem sacerdotis.

2\. Extremam verò Unctionem ita definitam et esse verè Sacramentum novæ legis, et esse institutam à Christo Domino, patet ex Trid. Sess. 14. can. 1. de Sacramento: instituta est autem sacra hæc unctio infirmorum, tanquam verè, et propriè Sacramentum novi Testamenti, a Christo Domino nostro apud Marcum

quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum, ac Domini ratre fidelibus commendatum, et promulgatum. Infirmatur (inquit) quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiae, &c. = Cl. can. 1 sic definiente =: Si quis dixerit, extremam Unctionem non esse verè, et propriè Sacramentum à Christo Dño nostro institutum, et à Beato Jacobo Apostolo promulgatum; sed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum, anathema sit =. Quapropter difficultas tantum ea fit circa ejusdem immediatum auctorem, et tempus, quo institutum fuit extrema Unctio. Sed jam fusè tibi constabit si relegas dicta de Sacramentis in genere cap. 2 à num. 31, et pluribus sequentibus. De altero verò loquendo probabilius dici fit, Sacramentum extremae Unctionis fuisse institutum post Resurrectionem intra illud spatium quadraginta dierum quo Christus cum Apostolis versatus est. Nam ut in superiori Tractatu dictum est, Christus instituit post Resurrectionem Poenitentiae Sacramentum, cujus, testibus Patribus Tridentinis, extrema unctio est consummativa. Atque hinc superest, ut de illius necessitate dicamus.

3. Quoad verò spectat ad necessitatem, extremam Unctionem non esse necessariam necessitate medii vel Baptizatis adultis, apud omnes certum est, cum aliàs sine ejusdem susceptione vel in re, vel saltem in voto nemo salvari posset quod est falsissimum, et proinde dubium versari fit solùm circa necessitatem praecepti; in quo quamvis omnes conveniant, habendam opportunitatem illud suscipiendi, et omnino negligentes saltem venialiter peccaturos, vel quia voluntariè semetipsos privarent tanto bono spirituali, et [illegible] vitio prodigalitatis laborarent; itemque quamvis omnes concedant graviter peccaturum eum suscipere renuentem in nonnullis casibus, et praesertim in sequentibus, nempe, primò ubi quis eam ex contemptu omitteret, ut communiter tradunt Doctores, et constat ex Tridentino supra citato cap. 3 dicente: Nec vero tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, et ipsius Spiritus Sancti injuria esse posset. atque adeo eximium [illegible] quandò quis diceretur se ex contemptu omittere ut in simili diximus de Confirmatione cap. 2 num. 7. Quae relegas. 2do ubi quis eam suscipere negligeret cum gravi aliorum scandalo, ut etiam, ubi quis interrogatus, num extrema vice, aetatem aut [illegible] [illegible] et nulla rationabili causa allata renuat; atque exinde adstantes verè possent de illo saltem haeresis suspicionem concipere, vel et personae auctoritatem, et characterem ejus Sacramenti utilitatem ne [illegible] possent: 3tiò ubi quis sibi mortalis peccati conscius, et non valens habere Sacerdotem, qui ejusdem confessionem audire valeat, renueret etiam extremam Unctionem suscipere [illegible] [illegible] [illegible] obligationem per accidens tamen; difficultas superest an [illegible] ea obligatione per se tale, quae nempe ex ipsius Sacramenti [illegible] [illegible]

4. Circa hanc verò difficultatem non pauci sunt, qui talem denegant obligationem tum quia nullibi ex Divinis Scripturis tale praeceptum intimatum legitur utpote cum illud Jacobi 5 Inducat Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, quamvis praeceptum non [illegible] [illegible] [illegible], sed de consilio tum quia Sacramentum extremae Unctionis datur quidem in [illegible] opportunitas ad

61

conatus Daemonis in ultimo vitae omnibus modis insidiantis eludendos, non sit ita necessarius, ut sine ijs aegrotus vincere, et superare nequeat tentationes, et obstacula suae aeternae salutis. Quod sic negant quamplures alij, et adeo gravem recognoscunt in aegroto extremo periculitante sua vita temporali obligationem sibi procurandi remedium extremae Unctionis. Eamque in primis desumunt ex laudato testimonio S. Jacobi, quod non consilium sed praeceptum importare non obscure innuit Tridentinum sess. 14 Can. 3, extremam Unctionem dicens habere Dei mandatum, et gratiae promissionem, et Concilium Coloniense an. 1538 dicens: est autem Unctio impertienda cum expositione dicendi Apostolici. Item eam colligunt ex praxi Ecclesiae, quae summa sollicitudine semper curavit, et curat, ut Extrema Unctio ab omnibus suscipiatur; sicuti et ex fidelium communitudine et sensu, qui magnum scandalum patiuntur, ubi vident, aliquem sine tali adjumento spirituali ex hac vita decedere; et tandem ex stricta, et rigorosa obligatione, qua tenentur Pastores Ecclesiae pro tali sacramento administrando. Quapropter sicuti de Confirmatione loquentes diximus, sub dubio cadere praeceptum, etsi forte urgentior sit Extremae Unctionis necessitas: ita et hic dicere debemus de Extrema Unctione, sed nimirum eam necessariam necessitate praecepti secundum sic.

Caput secundum.

De materia Sacramenti Extremae Unctionis.

